

1272
Pius archi

Opuscula


moralia.

I.

A

21

397



11826137



BIBLIOTECA AL

Sta: A

 021

 397

PLVTARCHI

CHAERONEI,

PHILOSOPHI, HI-
STORICI'QVE
CLARISSI

MI

OPVSCVLA

MOR-
LIA.

*

Quorum Catalogum sequentis pagine
facie secunda reperies.

VIRTYE DVCE,



COMITE FORTVNA.

APVD SEB. GRYPHIUM
LVGDVNI,

1549.

*ad. aug. de ossuna. El m. de ay hiesmo
fiso tomayus*

Sanches



PLVTARCHI
CHAE RONEI
PHILOSOPI
HISTORICI
GRÆCIS

PLVTARCHI VITA,
ex Suida.

PLVTARCHVS Cheroneus ex Bœotia,
Traiani Caesaris fuit temporibus, ac antea quidem. Tri-
buit uerò ipsi Traianus honorem Consularem, impera-
uitq; , neminem per Illyriam magistratum absque illius
quicquam agere consilio. Scripsit autem multa.

COMITIBUS



PLVTARCHI

PLVTARCHI VITA
EX SUIDA

SEB. GRYPHIVS STV-
DIOSIS LITERA-
RVM S. P. D.



V^o M id mihi in omnem uitam negotij sum-
psissem, quod agerem. sedulo, curamq; dili-
genter, ut nulla unquam in re uestris comodis
studijsq; nostra haec opera, quaecunq; ea est,
deesset, praeclearaq; fere ingenia librorum caritate a bonorum
auctorum lectione auocari cognouissem: optimos quosq; in
omni arte atq; disciplina scriptores ita informare cogitavi,
ut et sumptu nullo pararetur, et comites esse possent non
molesti: neq; uobis tamen in legendo uoluptas ulla ex parte
minueretur. Dedi ab hinc menses non multos Erasmi Adagio-
rum Chiliades, dedi Iuris dictionarium atq; ita dedi, ut utili-
tates uestras meis rationibus praepositas habuerim: dabo
prope diem Galeni opera, quae quidem Latina facta sunt,
omnia: quantis meis laboribus, ut spero, cognoscetis uos:
quanto meo questu, scio ego. Damus hoc tempore Plutarchi
opuscula, haud scio an maiore, quam qui ante nos dedere,
fide atq; diligentia: sed ita certe damus, ut a lectione eius ope-
ris, unde et morum, et historiae, et naturae cognitio non exi-
gua peti potest, pretio nemo iam possit deterri. Eo erga
uos, studiaq; uestra animo quia fui semper, petere a uobis
meo iure possum, quod a spectatoribus apud Comicum Tur-
pio in opera minus certe necessaria, ut si auare nunquam
pretium statui arti meae, et eum esse questum in animum
induxi maximum, quam maxime seruire uestris comodis,
exemplum statuatis in me, ut adolescentuli uobis placere
studeant potius, quam sibi. Exemplum autem aliud in me
statui a uobis non postulo, quam ut beneuolentia uestra
nostrae sit fauatrix industriae. Valet. Lugduni 1541.

OPVSCVLORVM
PLVTARCHI CA-
TALOGVS

Quæ in primo habentur tomo.

| | |
|--|--------|
| NICOLAO SAGVNDINO | |
| INTERPRETE. | |
| <i>Politica, seu de ciuili institutione liber, ad Traianum imperatorem, charta</i> | 9 |
| CAROLO VALGVRIO, | |
| <i>De uirtute morum.</i> | 83 |
| <i>Præcepta connubialia,</i> | 108 |
| <i>Musica.</i> | 123 |
| INCERTO INTERPRETE. | |
| <i>De differentia inter odium & inuidiam.</i> | 156 |
| ALAMANO RANVTINO. | |
| <i>De claris mulieribus, siue de uirtute mulierum.</i> | 161 |
| GVARINO VERONENSI. | |
| <i>Parallela.</i> | 213 |
| <i>De liberis educandis.</i> | 241 |
| RAPHAELE REGIO. | |
| <i>Apophthegmata.</i> | 272 |
| <i>Apophthegmata Laconica.</i> | 344 |
| IOANNE REGIO. | |
| <i>An bruta animalia ratione utantur, Dialogus.</i> | 411 |
| PETRO LVCENSI. | |
| <i>Problemata.</i> | 425 |
| STEPHANO NIGRO. | |
| <i>Oratio consolatoria ad Apollonium.</i> | 507 |
| | ANGELO |

ANGELO BARBATO.

De exilio. 344

ANGELO POLITIANO.

Amatorie narrationes. 161

Quæ in secundo.

GVLIELMO BVDAEO.

De tranquillitate & securitate animi. 7

De fortuna Romanorum. 42

De fortuna uel uirtute Alexandri libri II. 131

De placitis decretis'que philosophorum naturalibus libri v. 62

BILIBALDO PIRCKHEYMERO.

De his qui tarde à numine corripuntur. 175

Quod non oporteat foenerari. 218

ERASMO ROTERODAMO.

Quo pacto possis adulatorem ab amico dignoscere 229

De utilitate capienda ab inimicis 293

De tuenda bona ualetudine 398

In principe requiri doctrinam 330

Cum principe philosophandum 337

Vtrum grauiores sint animi morbi quàm corporis 344

Num recte dictum sit, λάθε βιώσας, id est, Sic uiue ut nemo te sentiat uixisse 348

De cupiditate diuitiarum 333

De uitiosa uerecundia 364

De cohibenda iracundia 387

De curiositate 412

~~PULETTO MELANCHIONE.~~

~~De notis Pythagorica, ex octauo libro conuiualium questionum~~

stionum Plutarchi 430

OTTOMARO LVSCINIO. 434

Quòd docenda sit uirtus 434.568

Num improbitas sufficiat ad infelicitatem 440

Num philosophari conueniat inter pocula, ex primo

Symposiacion Plutarchi 445

De fortuna 453

De uirtute & uitio 459

De amicitia in multos diffusa 461

Quatenus, aut quo fructu liceat iuueni audire poëti-

cam 462

Quo pacto se quispiam circa uirtutem candoremq; mo-

rum sentiat profecisse 469

De auditoris officio 475

Carolus Valgulius, in Plutarchi Musciam 472

Stephanus Niger, de fraterna beniuolentia 488

De pacis bonis

De militie capienda

De turba boni uolentis

In principibus reuerentia

Com principibus philoſophandi

Virum grauioreſ ſunt animi morbi dunt d' rporis

Non reſte dicitur: Adde quod et sic hinc

non te ſentit inſe

De cupiditate diuitiarum

De inuoluntate

De copulanda iracundia

De cupiditate

De cupiditate

De cupiditate

De cupiditate

De cupiditate

De cupiditate

De cupiditate

De cupiditate

De cupiditate

RERVM ET VERBORVM
Index.

Quibus notam hanc b, adiecimus, in secundo
habentur tomo: reliqua in primo.

| | | | |
|----------|------------------------------|----------------------------|--------------------------------|
| | A | uis filia, scelerum uindex | |
| | Byssus | 353.b | 209.b |
| A | Academia Platonis | 552 | Adulator tam delectat quàm |
| | Achantyllides | 157 | amicus 240.b |
| | Acheron fluuius | 515 | Adulator uicia (leuat, et uir- |
| | Achilleus Tanagræorū | 495 | tutū nomine donat 245.b |
| | Achrades | 502 | Adulator in laudibus cau- |
| | Actæon | 563 | duſ 247.b |
| | Ada Carie regina | 287 | Adulatoris & amici discrim- |
| | Adimantus | 296 | men 229.b |
| | Ælus | 331 | Adulatores nec sibiſſis par- |
| | Admonitores externi | 344 | cunt 247.b |
| | Admonendum quando sit | | Adulatio pernicioſa 252.b |
| | 176.284.b | | Adulterij apud Cùmæos pœ- |
| | Admonentes liberè quàm ra- | | na 480 |
| | ri ſint 227.b | | Acaci filius Phocus 230 |
| | Adolſcentes auro & argen- | | Acacus iudex 541 |
| | to abſtineant 65 | | Aedes Saturni cur ærarium |
| | Adolſcentes qui rubefce- | | continebat publicum, & |
| | rent Catoni magis place- | | quare legati primum adi- |
| | bant, quàm qui pallesce- | | bant 448 |
| | rent 366.503.b | | Aedes Vulcani cur ſit extra |
| | Adolſcentuli ad quæ indu- | | urbem 450 |
| | cendi 262 | | Aedes fortune parue 461 |
| | Adolſcentiæ cura ibidem | | Aedem Ocriſionis præco, |
| | Adraſtia, Neceſſitatis & lo- | | & Tenæ tibicen cur non |

I N D E X.

| | | | |
|--|-----------------------|---|---------------|
| intrent | 491 | Aesopus, et eius mors | 193. b |
| Aegesta Siciliae oppidum | 239 | Aestimare se & sua | 19. b |
| Aegithalli | 157 | Affectus quid | 85 |
| Aeglator | 193 | Affectuum ratio | 150 |
| Aegrotantes res implacidif- sima est | 11. b | Affectiones corporis | 159. b |
| Aegrotos curabant ueteres | | Affectiones animi | 313. b |
| in propatulo | 349. b | Africanus Pompeio suffra- gari nolente à petitione destitit | 28 |
| Aegyptiorum reges | 276 | Agamedis & Trophonij merces | 519 |
| Aegyptiorum subuersio | 245. b | Agamemnoni graue erat imperitare multis | 11. b |
| Aemilius & eius uxor | 228 | Agamemnonis species | 94 |
| Aemilius Censorinus | 239 | Agamemnonis caedes | 237 |
| Aemulatio inter quos fit | 63 | Agasicles | 344 |
| Aemulatio laudata | 339. b | Agathocles fictilia inter au- rea locauit pocula | 280 |
| Aeneas Troianorum mens à Graecis dictus | 506 | Agathoclis tyranni amara responsa | 194. b |
| Aenianes à Lapithis sedibus expulsi | 491 | Agésilauus | 221. 307. 344 |
| Aeolus rex Tuscorum | 231 | Agésilai animus | 214 |
| Aeolis harmonia | 577. b | Agésilai in amicos studium | 32 |
| Aeoleæ | 496 | Agésilai ad Ephoros epi- stola | 350 |
| Acrarium publicum cur in ede Saturni | 448 | Agésilai ad patrem suum dictum | 378. b |
| Aër | 515 | Agesipolis Pausania | 358 |
| Aes alienum in fraudem cre- ditorum contractum Athe- nis | 32 | Agesipolis Cleombroti | 357 |
| Aeschylus | 514. 533. 555. 560 | Agis | 306. 309 |
| Aesculapij ædes cur extra urbem | 170 | Agis | |

I N D E X.

| | | | |
|---|--------|---|-----------|
| Agis uiriliter egit | 59 | coluit | 351 |
| Agis & Stilpon | 14.b | Alcmanica nouatio | 131 |
| Agis Archidami | 358 | Alcyones | 52.b |
| Agis iunior & ultimus | 359 | Alexander Magnus | 286 |
| Agis Argiuus | 252.b | Alexander Ammonis filius | |
| Agriona festa | 496 | 92. b | |
| Agrigentini cæruleum colorem prohibuerunt ob Phalaridem | 69 | Alexander inuidum habuit neminem, osores autem multos | 159 |
| Agricultura | 277 | Alexāder de Diogene | 557. |
| Ajax | 221 | a. 72. b | |
| Ainautæ apud Milesios | 493 | Alexander ad Diogenem | |
| Aius Locutius | 47. b | 335. b | |
| Ἀνατολή νεοχῶν, id est, statio ualentium circa Pyrsophium | 493 | Alexander rectè usus fortuna | 89. b |
| À lare incipere prouerbiū | 178. b | Alexander Molossus | 61. b |
| Alastor quid | 490 | Alexander ex uino ad prouocationem sumpto interijt | 303. b |
| Alcamenes | 360 | Alexandri dictum | 308. b |
| Alceste | 163 | Alexandri apophtheg. | 71. b |
| Alcibiades | 299 | Alexandri lacrymæ | 11 |
| Alcibiadis mutatio | 237. b | Alexandri ægritudo | 100 |
| Alcibiadis ante orationem questio | 23 | Alexandri uirtus | 62. 74. b |
| Alcibiadi obiectum à Lacone | 395 | Alexandri calamitates | 63. b |
| Alcibiadi grauiā dicenti cothurnix è sinu euolauit | 13 | Alexandri inopia | 64. b |
| Alcippi filie | 226. b | Alexandri disciplina | 65. b |
| Alcmeon locum limosum in- | | Alexandri continentia | 75. b |
| | | Alexandri facies | 79. b |
| | | Alexandri prandium | 86. b |
| | | Alexādri uirtus fortunæ non | |
| | | a 5 | obno |

INDEX.

- | | | | |
|-------------------------------|-------------|------------------------------|-------|
| obnoxia | 87.b | Amicus ad aras usq; | 299 |
| Alexandri præceptus saltus | | Amicus est magis necessa- | |
| 96.b | | rius, quàm aqua aut ignis | |
| Alexandri telū infixū corpo- | | 234.b | |
| ri ferentis animus | 99.b | Amicus studet utilitati | |
| Alexandri de Timoclia iudi- | | 246.b | |
| cium | 205 | Amici à nobis laudandi | 34 |
| Alexandro fortuna inimica | | Amici consuetudo dulcis | |
| 94.b | | 466.b | |
| Alexandro insunt omnium ui- | | Amici non estimandi, qui so- | |
| rorum dotes | 95.b | lum lucrū spectant | 465.b |
| Alexandro Ilias & Odyssea | | Amici futuri explorandi | |
| pro uiatico | 64.b | 465.b | |
| Alexandria | 66.b | Amici quibus rebus compa- | |
| Aliterij cognomen unde or- | | rentur | 464.b |
| tum | 490.a.428.b | Amici parandi | 325 |
| Allia fluius | 58.b | Amici quos Alexander Ma- | |
| Althea | 219 | gnus sustulit | 273.b |
| Aluus auribus caret | 317.b | Amicorum inopiæ per occa- | |
| Aluum cientibus leniter uten- | | sionē à magistratibus opi- | |
| dum | 324.b | tulandum | 35 |
| Ἄλβεϋ | 488.b | Amicitia in multos diffusa | |
| Amare ex unguibus | 245 | marcescit | 464.b |
| Amasis | 207 | Amicitia animorum paritas | |
| Amatorie narrationes | 561 | 471.b | |
| Ambitio non minus quàm | | Amicitia uera ex tribus po- | |
| auaritia est perniciofa rei- | | tissimum conflatum | 465 |
| publice | 65 | Amicitia priuata Reip. post- | |
| Amethysti uis | 468.b | ponenda est | 35 |
| Amicus uerus rara avis est | | Amicitie fructus præcipuus | |
| 471.b | | 467.b | |

Amic

I N D E X . I

- Amicitia iura quatenus ser-
uanda 34
Amicitia principium 234.b
Amicitia conciliatrix est mo-
rum & studiorum simili-
tudo. 234.b
Amictus quomodo calefaciat
459.b
Amisodarus Isaras 174
Annemones Cnidijs qui di-
cantur 481
Amor ualidissimus atq; san-
ctissimus à uirtute profe-
ctus 69
Amor non eiiciendus 104
Amor patris in filios 256
Amor sui perditus 23.b
Amor cecutit 392.397.
559.b
Amor mulierum insitus
305.b
Amor Venereus sine zelo-
typia nullus 539.b
Amphiarus 522
Amphiarus absorptus 218
Amphictyones 215
Amphion 125
Amphissa ciuitas 178
Amphisseæ mulieres 178
Amphoterus & Hecaterus
283
Amphotides 545.b
Amulius 237
Anabus 196
Anaxander 362
Anaxilas 362
Anaxagoras 536.562
Anaxagoras fundū fertilem
d. abdicauit 226.b
Anaxagoras de filij obitu
30.b
Anaxandridas 360
Anaxarchus robore canino
94
Anchurus Mide 217
Ancille Smyrneorum pro
uxoribus se libidini expo-
suerunt 232
Ancillarum consilio Romani
d. uictoria reportarūt 232
Androclidas 362
Animantium genera, & an
omnia sensu ratione que
prædita sint 167.b
Animalia quanto tēpore for-
mentur in utero 168.b
Anima an corpus sit, & que
eius essentia 147.b
Anima sensibilis unde, &
quid principatus eius
149.156.b
Anima utrum cōdolescat cor
pori

I N D E X.

| | | | |
|------------------------------|--------------|-----------------------------|----------|
| pori affecto | 159.b | Animus humanus uarius | 86 |
| Anima nū sit mortalis | 200.b | Animus si à corpore in ius | |
| Anima Neronis uisa | 215.b | uocetur, non effugiat ma- | |
| Anima Solci in corpus reuer- | | le administrationis cri- | |
| sa | 215.b | men | 326.b |
| Anime partes | 148.b | Animus est corporis inqui- | |
| Anime principatus, & qua | | linus | ibidem |
| in parte | 148.b | Animi mala latere | 345.b |
| Anime motus & immortalita- | | Animi partes due | 253.b |
| tas | 149.b. & 200 | Animi affectiones | 313.b |
| Animam Pausaniæ placare | | Animi moderandi ratio | 103 |
| iussi Spartani | 201.b | Animo insunt tria | 89 |
| Anime defunctorū tanquam | | Animo uirtus aut uitium in- | |
| bulle leuantur sursum | | est | 514.b |
| | 207.b | Anio, siue Anien, fluiuius. | |
| Anime pendent connexæ in | | | 240 |
| acere | ibidem | Anius in Anienem demer- | |
| Anime lucentes & stigmati- | | sus | 240 |
| se | 209.b | Annibal | 57.b |
| Anime in corpore purgatæ | | Annibal de Fabio | 316.b |
| Ibidem | | Annibalis exulis ad Antio- | |
| Animarū pœnæ | 289. et 20.b | chum responsum | 358 |
| Animarum pœnæ incertæ | | Anser honoratus | 58.b |
| | 201.b | Anseres Capitolini | 59.b |
| Animarum notæ | 210.b | Antagoras poëta | 292 |
| Animarum in uaria corpora | | Antalcidas | 310. 361 |
| transmigratio | 215.b | Anteas ad Philippum | 277 |
| Animus æquus in degenda | | Anthedon de qua Pythias. | |
| uita | 508 | | 488 |
| Animus exul | 560 | Anthes | 125 |
| Animus temperatus | 94 | Anticles | 132 |

I N D E X.

- | | |
|------------------------------|-----------------------------|
| Anticlia ex Sisyphi compres- | Antisthenis mater Phrygia, |
| su Vlysssem concepit 459 | et deorum 360.b |
| Anticyra insanix medela. | Antisthenis dictum |
| 407.b | 80.290.b |
| Antigenus amores 87.b | Antistrophe 380.b |
| Antigenidion 137 | Annus uertens, et quantus |
| Antigonus secundus 292 | uniuscuiusq; errantium ma- |
| Antigonus de filij nece. 337 | gnus sit annus 136.b |
| Antigoni apophth. 291 | Annus cur dicatur Iouis, et |
| Antigoni dictum 70.372. | menses Iunonis 462 |
| 377.397.b | Anulus ori admotus 74.b |
| Antimachi consolatio 314 | Aornus captu facilis 289 |
| Antiochus 310.362 | Apelles Alexandri pictor |
| Antiochus et Philippus | 79.b |
| 57.b | Apellis ad Megabyzum le- |
| Antiochus Poticus et Chari- | pidum dictum 23.248.b |
| cles fratres inuidi 390.b | Apellis lepidum dictum |
| Antiochus Hierax 294 | 252.d.268.b |
| Antipater 303 | Aper Xanthijs infestus 175 |
| Antipater Philippo a consi- | Aphabroma Megarensibus |
| lijs 306 | quid sit 486 |
| Antipater omnia que sibi le- | Apharetus 239 |
| ta cotigerat recessit. 18.b | Aphester Cnidijs quis sit. |
| Antipater intus purpureus | 481 |
| est totus, foris albus 288 | Apollo inuictor Musices 132 |
| Antipater Casandri filius | Apollinis oracula 333 |
| quo interfectus 369.b | Apollodori somnium 189 |
| Antipatrides 288 | Apollonij super luctu filij |
| Antiphates 297 | consolatio 306 |
| Antisthenes obsonium por- | Apophthegmata regum et |
| tans, mihi, inquit, porto 41 | imperatorum 272 |
| | Apop. |

| | | | |
|-----------------------------|--------|------------------------------|-------------|
| Apoph.Græcorum | 296 | Arcesilai in Apellem ægro- | |
| Apoph.Romanorum | 315 | tantem liberalitas | 268.b |
| Apoph.Laconica | 343 | Arcesilai mansuetudo in pu- | |
| Apophthegmata Laconū igno- | | eros | 405.b |
| bilibium | 390 | Arcesilai scomma in libidi- | |
| Apoph.Lacænarum | 405 | nosos | 306.b |
| Apophth.Diogenis | 297.b | Archelaus de morte | 521 |
| Apophtheg.Nasice | ibidem | Archelai dicta | 281.4.371.b |
| Apophthendoneti qui sint | | Archestratia | 381.b |
| 483 | | Archemorus | 522 |
| Appetitiæ unde fiât anima- | | Archidamus | 306.309 |
| libus & uoluptates. | 171.b | Archidamus Agesilai | 364 |
| Apum similes sumus | 548 | Archidamus pecunijs multa- | |
| Aqua uino miscenda | 318.b | tus à Lacedæmonijs | 242 |
| Aqua intercute laborans He- | | Archidamus Zeuzidami | |
| raclitus, medico præce- | | 363 | |
| pit ex imbre facere sicci- | | Archidami de Pericle senten- | |
| tatem | 327.b | tia | 19 |
| Aque potus est lenis | 320.b | Archidamidas | 63 |
| Aquilæ cum draconibus pu- | | Archilochus | 130.554 |
| gnant | 157 | Archilochus in acie cæsus. | |
| Ara tenuis amicitie iura, & | | 200.b | |
| ultra seruanda, contra Pe- | | Archie fatum | 564.b |
| riclem | 33 | Archytæ habita fides | 68 |
| Ara Herculi & Musis com- | | Archytæ scite dictum | 259 |
| munis | 455 | Arclus | 489 |
| Aræ magnæ Herculis oblata | | Arcus cœlestis | 140.b |
| 456 | | Area cœlestis quæ fiat | 146.b |
| Aræ in Germania | 227 | Aræni littus in Thracia | 492 |
| Arati ad remp.gradus | 25 | Aretaphila Cyrcnea | 193 |
| Arcesilaus | 205 | Aretaphile purgatio | 194 |
| | | Argæus | |

I N D E X.

| | | | |
|------------------------------|-------|------------------------------|-------|
| Argæus | 362 | Ariston mulieres exofus ex | |
| Argei cur dicta sint simula- | | afina puellâ genuit | 232 |
| cra | 442 | Ariston cum omnibus dispu- | |
| Argia uia | 168 | tans, seras intelligere ser- | |
| Argille natura | 218.b | mones reprehensoribus re- | |
| Argiue claræ | 168 | spondit | 337.2 |
| Argiui et Lacedæmonij | 215 | Aristophanes in Socratem | |
| Argonautæ & aureum uel- | | 259 | |
| lus | 64 | Aristophon delator Timo- | |
| Ariobarzanes | 221 | thei | 557 |
| Aristides | 298 | Aristoteles ad Alexandrum | |
| Aristides & Themistocles | | 67.b | |
| priuatâ similitatem quum | | Aristoteli obiectum | 552 |
| magistratu fungerentur | | Aristotelis de ambulatione | |
| deposuerunt | 36 | post cœnâ sententiâ | 322.b |
| Aristio hostis Reipub. | 37 | Aristotimus | 181 |
| Aristippus Socraticus | 69.b | Aristotimi cædes | 187 |
| Aristippus quantum pro eru- | | Aristoxenus defensio | 580.b |
| diuione exegerit | 248 | Aristoxenia | 582 |
| Aristippi responsum | 17.b | Ars laborat citra fortune o- | |
| Aristippi dictum | 355.b | pem | 456.b |
| Aristoclea | 561 | Ars imitanda & decorum, | |
| Aristocrates | 176.b | non res | 479.b |
| Aristodemus in cœnaculo do- | | Arsinoë facta oratio | 524 |
| micilium habebat ostio | | Artabani iudicium | 591.b |
| pēsili, ubi dormitabat cum | | Artaxerxes Longimanus | |
| puella | 334.b | 275 | |
| Aristodemus Battus | 207 | Artaxerxes Persarum rex | |
| Aristogiton | 302 | ibidem | |
| Ariston | 363 | Arte corrigendum si quid | |
| Aristonis dictum | 321 | malè cecidit | 526 |
| | | Artifi | |

I N D E X.

| | | |
|-------------------------------|-----------------------------|-------|
| Artificum exemplum, quo- | Attalus | 294 |
| rum alter disertior, alter | Auaritiæ seminaria ad ole- | |
| peritior | scantibus uitanda | 64 |
| Artis nemo iudex nisi exper- | Auaritiæ mala | 404 |
| tus | Auaritiæ proprium | 356.b |
| 178.b | Auarorum doctrina | 359 |
| Artini Epidaurijs qui dican- | Auarorum natura | 305.b |
| tur | 480 | |
| Aruntius hydropota | Auctus crescentium | 171 |
| 227 | | |
| Aruntius Paterculus | Audendum quomodo sit | |
| 239 | 34. b | |
| Asiæ incolæ | 353 | |
| Asias cithara | 127 | |
| Assentatores fugiendi | 264.a | |
| 245. b | tio prior, dicendi poste- | |
| Assentator comparatur spe- | rrior | 545.b |
| culo & chameleonti | Auditus | 154.b |
| 237. b | Auditus à turpitudine cohi- | |
| Assentâtes Dionysio | bendus | 473.b |
| ibidem | Auditoris in sedendo habi- | |
| Aster Olynthius | tus | 560.b |
| 219 | | |
| Astycratidas | Augures ulcus habentes se- | |
| 365 | dere nefas | 460 |
| Atepomarus rex | 232 | |
| Atheniensis populi natura | Augur cur solus sacerdo- | |
| 13 | tum alium non substituit | |
| Athenienses Philippi literas | simulac dānatus sit | 472 |
| interceptas resignare no- | Augustus | 338 |
| luerunt | ibidem | |
| Athenienses nunquā nisi pul- | Augusti fortuna | 48.b |
| latti pacē decernūt | 307.b | |
| Ater color in anima est auar- | Aulæ frequentia in solitu- | |
| ritiæ signum | dinem uertitur, si desit | |
| 210.b | questus | 465.b |
| Athos mons Thraciæ | Auspicari post Sextilem cur | |
| 80.b | uetuerit Metellus | 445 |
| Atossa Xerxi blandita | 89 | |
| | Auspicius et auguribus cur | |
| | lumina | |

I N D E X.

| | | | |
|---------------------------------------|-------|---------------------------------------|-------------|
| <i>luminaria aperta</i> | 460 | <i>Bias</i> | 365 |
| B | | <i>Biantis dictum</i> | 253.4.176.b |
| <i>Bacchantium pompa</i> | 361.b | <i>Biantis responsum</i> | 254.b |
| <i>Bacchicum antrum</i> | 211.b | <i>Bionis sententia de Dei puni-</i> | |
| <i>Bacchi sobria sacrificia</i> | | <i>tione reprobatur</i> | 202.b |
| 320.b | | <i>Bionis uana sententia</i> | 249.b |
| <i>Bacidis responsa</i> | 162 | <i>Bito & Cleobis</i> | 519 |
| <i>Ballachrades</i> | 502 | <i>Blepsus</i> | 191 |
| <i>Balneis frigidis non uten-</i> | | <i>Borborus fluuius</i> | 552 |
| <i>dum</i> | 316 | <i>Boream sol superauit</i> | 111 |
| <i>Battus Eudemon</i> | 205 | <i>Bona aduentitia, nobilitas,</i> | |
| <i>Battus schola exclusus</i> | 242 | <i>diuitiæ, gloria, forma, sa-</i> | |
| <i>Beati erimus, si fecerimus ut</i> | | <i>nitas, uires, intellectus, ra-</i> | |
| <i>nulla nobis doleant</i> | 22.b | <i>tio</i> | 249 |
| <i>Bellerophon</i> | 174 | <i>Bona discissa</i> | 531 |
| <i>Bellerophontis integritas</i> | | <i>Bona fortune</i> | 249 |
| 421.b | | <i>Bona nature & animi ibidē</i> | |
| <i>Bellum sacrum</i> | 178 | <i>Bona dilatanda</i> | 524 |
| <i>Bello non est locus iterū pec-</i> | | <i>Boni non semper dant pœ-</i> | |
| <i>candi</i> | 300 | <i>nas ob malos progenito-</i> | |
| <i>Bellorum origo</i> | 517 | <i>res</i> | 205.b |
| <i>Beneficio afficere iucundius</i> | | <i>Boui cornupetæ cur foenum</i> | |
| <i>quàm affici</i> | 341.b | <i>in cornu</i> | 460 |
| <i>Beneficiorum uicisitudo in</i> | | <i>Bos camelo neganti partem</i> | |
| <i>amicitia necessaria</i> | 104 | <i>oneris ferre, minatus est,</i> | |
| <i>Beneuolētia fraterna</i> | 589.b | <i>mox se & onus totum la-</i> | |
| <i>Besi pœne</i> | 186 | <i>turum, quod eo mortuo</i> | |
| <i>Bestiæ quas odio habemus</i> | | <i>euenit</i> | 309.b |
| 157 | | <i>Bos nō amittitur, nisi q̄s im-</i> | |
| <i>Bestiarū inter se odia ibidem</i> | | <i>probū habeat uicinū: quo</i> | |
| <i>Bestius excæcatus</i> | 230 | <i>modo intelligatur</i> | 512.b |
| | | β | Bou |

I N D E X.

| | | |
|----------------------------|---------------------------|------------------------------|
| Bouem benefactori præter | Cædendi pueri raro | 256 |
| Pyrrhiam immolat nemo | Cæsaris fortuna | 47.b |
| 493 | Cæsar Augustus | 338.d.48.b |
| Branchidarum urbs ob deli- | Caius ubi tu, ego Caia | 441 |
| cta maiorum euerfa | 193 | Calendæ |
| 306.365 | Calendæ redduntur ab usu- | 437 |
| Brasidas Lacedæmoniorum | rarijs nefastæ | 219 |
| dux | 175.b | Callicratidas |
| 366 | Callicratidas | 366 |
| Brasidæ mater | 405 | Callimachus stetit occisus |
| Brennus Gallorum rex | 224 | 214 |
| 224 | Callimachi dictum | 552 |
| Breuitas in dicendo | 23 | Callinici |
| Bruma | 133.b | 85.b |
| Bruta ratione uti | 411 | Calliope regibus ueneranda |
| Brutus & Decius | 221 | comes |
| 221 | 18 | Calliope & Clio |
| Bruti filij | 222 | 340.b |
| Bucula pro uirgine caesa | 223 | Callirhoë Lyci filia |
| 223 | 229 | Callistratus |
| Bucephalia | 66.b | 312 |
| Bottici qui, & ubi | 494 | Calpurnia Marij |
| 494 | 224 | Calpurnius Crassus |
| Bulla cinctus | 452 | 229 |
| Bulle cur pueros exornent | | Calpurnius Romanus uirgi- |
| nobiles | 473 | nem compressit |
| 473 | | 221 |
| Buris & Spertis Lacedæ- | | Caluia Nicocratis mater cre- |
| monij | 397 | matur |
| 397 | | 197 |
| Buſiridis cædes | 238 | Calypso uestem Vlyſſi dedit, |
| 238 | | quam tandem reiecit |
| Byſaltia | 230 | 225 |
| Byſius menſis quis | 482 | Camillus |
| 482 | | 58 |
| C | | Camillus exul non inglorius |
| Cadmea victoria | 259 | 557 |
| 259 | | Camilli fortuna |
| Cæcias ad ſe nubes trahit, | | 47 |
| prouerb. | 298.b | Camilli uirtus utiliter nota |
| 298.b | | Romanis |
| Cæcutiētes in proprijs | 17.b | 350.b |
| 17.b | | Camma |

I N D E X.

| | | | | |
|--------|-------------------------------|--------|--------------------------------|---------|
| 256 | Camma & eius exitus | 198 | prouerb. | 222.b |
| 27.b | Campi lancee. | 48 | Capite cur operto deos, ho- | |
| 48.b | Candidati cur sint sine toga | | mines nudato salutent Ro- | |
| 441 | 451 | | mani | 430 |
| 437 | Candys | 67.b | Capite aperto cur Saturno | |
| usu- | Canes feroces | 8.b | immolent & Honori | 431 |
| 219 | Canis Lysimachi | 68 | Capite cur tecto filij, nudato | |
| 366 | Canis cruci affixus | 59.b | filie parētes suos efferant | |
| ifus | Canis cur laribus assistat, & | | 432 | |
| | cur dea Geneciae macte- | | Carboni iuranti non creditur | |
| 552 | tur | 452 | 17 | |
| 85.b | Canis ligneus | 486 | Carmentis aedem cur matres | |
| anda | Canis septem milibus drach- | | aedificarint | 454 |
| 18 | marum emptus | 299 | Carminum altior, & latens | |
| 40.b | Cani abscissa cauda | 299 | mens | 155 |
| 229 | Cane & capella abstineat sa- | | Carnades quid admonerat | |
| 312 | cerdos | 477 | 30.b | |
| 224 | Cantharides medicinam ue- | | Carneadis dictum | 249.b |
| 229 | neni sui habent | 187..b | Carnia | 579.b |
| irgi- | Cantharolethron | 28.b | Caro emendicata quanam sit | |
| 221 | Canticorum genera | 579.b | apud Aenianas | 464 |
| r cre | Cantores Dionysiaci | 296.b | Carnem crudam ne tangat | |
| 197 | Cantus Lydius & Phrygius | | sacerdos | 477 |
| ledit, | 70 | | Carnium esus temperandus | |
| 225 | Canuliam sororem Papyrius | | 318 b | |
| 58 | gravidam fecit | 231 | Carthaginenses | 318 |
| orius | Caphena uirgo | 172 | Carthaginenses mulieres ca- | |
| | Caphisus | 295 | pillos in machinarum usus | |
| 47 | Capra qua herba sistatur | | pro patria impenderunt | |
| nota | 338.b | | 219.b | |
| 50.b | Capram gestare non ualco, | | Carthaginensium natura | 13 |
| mma | | | β 2 | Caricas |

I N D E X.

| | | | |
|--|------------|--|-------------|
| Caricas fundis uindemiare | | Celte in Italia, & eorū mulieres clare | 170 |
| 330 | | | |
| Cassander | 288 | Celte qui, & quod sint Barbarorum nobilissimi | 327 |
| Cassandræ uaticinium quare ciuibus inutile | 68 | Censores quare anseres curant | 472 |
| Cassandræ cædes | 237 | Censura quare ab eundem mor tuo collega | 451 |
| Cassandri statua | 198.b | Cercaphus | 491 |
| Cassandri ultio cur suspensa | 184.b | Ceres neglecta | 220 |
| Castoria lex musicæ | 376.b | Cecropis conuersio | 182.b |
| Castorius modus | 141 | Chabrias | 301.313 |
| Catacaute | 489 | Chalcedoniæ cur alteram xillam aperiant | 501 |
| Cato acerbius Catulo censori respondit | 33.a.377.b | Charillus | 158.305.367 |
| Cato ad senem improbum | 222.b | Chares | 302 |
| Cato Uticensis cæteris nauis impositis sibi manu necem consciuit | 334.b | Charicles & Antiochus fratres inuidi | 590.b |
| Catonis seueritas | 111 | Charila apud Delphos | 483 |
| Catonis in dicendo mos | 24 | Chiræ mulieres clare | 166 |
| Catonis bona æstimatio | 295.b | Chilonis dictum | 293.b |
| Catonis cautio | 310 | Chimarchus | 174 |
| Catonis senioris apophthegmata | 322 | Chimera | 175 |
| Catalos disereuit Lycurgus | 244 | Chiomara Ortiagontis uxor uiolatorem obruncandum curat | 200 |
| Catulus Lucretius | 330 | Chiron musicæ, iustitiæ, & medicinae doctor | 152 |
| Caudine furcæ | 216 | Chius negociator sordidus | |
| Causa quid | 120.b | uappam bibens | 17.b |
| | | Chori | |

I N D E X.

| | | | |
|------------------------------|-------|--------------------------------|--------------|
| Chori tragici | 344 | ta, Aristonis non item | 196.b |
| Choreæ & saltationes | 380 | Cinesias | 380.b |
| Chresti | 470 | Cinna à Romanis saxis ob- | |
| Christiano dogmati proxi- | | rutus | 233 |
| mum, inimicos laudare | | Circulus lacteus | 137.b |
| 295.b | | Circuli terræ | 143.b |
| Chroma | 136 | Circus cur Flaminius | 458 |
| Chrysippus definiens patien- | | Citharæ partes | 375.b |
| tiam & continentiam | 100 | Ciues inducendi, ut absenti- | |
| Chrysippi cædes | 234 | bus præfectis ab officio nō | |
| Cibaria amarulenta | 345 | discedant | 32 |
| Cibi multi nutrimenti par- | | Ciues qui pro hoste habendi | |
| cius sumendi | 317.b | 37 | |
| Cibi & potus cauēdi, autore | | Ciuitas uolens gloriari de ma- | |
| Socrate, qui sint | 303.b | iorum meritis affligatur de | |
| Cibi ægrotis exhibendi ibidē | | eorum peccatis | 198.b |
| Ciborum parcitas | 400 | Ciuita qui bene tractaue- | |
| Ciborum inexhausta auidi- | | rint officia | 255 |
| tas per medicos curatur, | | Claudum facit uicinus clau- | |
| rerum & diuitiarum ne- | | dus | 246 |
| gligitur | 272.b | Cleanthes molere non desijt | |
| Cicero | 334 | uictus gratia | 223.b |
| Cicero exul clarus à Clodio | | Clearchus fulmen gestauit | |
| iectus | 557 | 85.b | |
| Ciconia | 432.b | Clearchus, Ponti tyrannus, | |
| Cicæ, & earum castitas | 178 | arcule inclusus dormire | |
| Cimbri & Teutones | 57.b | solitus | 334.b |
| Cimoni uinum uitio datum | | Cleobis & Bito | 519 |
| 16 | | Cleomenes | 168.309.368. |
| Cimonis resipiscentia | 183.b | 370 | |
| Cimonis posteritas honora- | | Cleombrotus | 368 |
| | | β 3 | Cleon |

I N D E X.

| | |
|--|--|
| Clcon quia dijs rem sacram fecerat, senatus est solutus 13 | Condemnationes micant an- tequam accusationes, sicut fulgur ante tonitru 335.b |
| Cleopatra 48.b | Conipes Epidaurijs qui ap- pellentur 480 |
| Clisibenis ad Alexandrum dictum 391.b | Coniugibus communia o- mnia 113.117 |
| Clitus Neptunus 84.b | Coniugium unitum 117 |
| Cloelia uirgo equo donata 180 | Connubialis lex 108 |
| Clonas 129 | Conscientia ultrix mali 190 |
| Clystere utendum 324.b | Conscientia facinorosa 35.b |
| Cochleæ uitam uiuere 358.b | Consilia quarum sint rerum 88 |
| Cocles claudicans 219 | Consilium muliebre 167. 172 |
| Cocytus 315 | Consuetudo quid possit 244 |
| Codrus Atheniensis 226 | Consuetudo in naturã transit 318 |
| Codrus ex exule ortus 360 | Continentia uirtus imperfe- cta 92 |
| Cœli sectio, substantia, & circuli 129 | Continentia secundũ Chry- sippum 99 |
| Coliadæ qui sint 485 | Conuersio unde dicta 182.b |
| Colores 121.b | Conuiciantem tolera 393.b |
| Colores inamœni 345 | Conuiuiorum ratio 399 |
| Colores animarum quorum uitiorum sint notæ 210.b | Copiæ cornu 45.b |
| Columnis similes qui 321.b | Corax qui fuerit 200.b |
| Coma pulchros decentiores fieri 305 | Cordax 380.b |
| Coma Lacedæmoniorũ 306 | Coriolanus exercitus 54.b |
| Communijs equis distractus interimitur 235 | Corona querna et ciuica 469 |
| Concentus tres 385.b | Corpus passionibus obtem- perat |
| Conceptus quõ fiat 161.b | |

I N D E X.

| | | | |
|---|-------|--|---------|
| perat | 102 | Craterus | 186 290 |
| Corpus cibus onustum non lauandum in balneo | 309.b | Crates de puerorum negle- cta cura | 248 |
| Corpus an genitura | 160.b | Crates in re tenui beatus ac letus uixit | 11.b |
| Corpus, & quod nobis nihil cum corpore | 317 | Crates cur sua reliquit | 226.b |
| Corpus non est exercendum sine animo, nec animus si- ne corpore, ut admonuit Plato | 329.b | Creontis dictum | 302.b |
| Corporis affectiones | 159.b | Creta ueneno caret | 293 |
| Corporis partes singulae ex quibus consistit elemen- tis | 168.b | Creticum | 378.b |
| Corporum sectio | 121.b | Cretinae & Hermiae in com- pescenda similitate pru- dentia | 36 |
| Corpuscula minima | 120.b | Crinitae stellae | 138.b |
| Correctiones absurde dicto- rum profunt | 310.b | Crisson Himeræus | 249.b |
| Cothurnus Theramenis | 75 | Cristas adnasci corydalidi- bus, id est, alaudis omni- bus | 36 |
| Cothus | 489 | Crithologus apud Opon- tios quis sit | 481 |
| Cotoneum pomum quare nu- betibus prægustandū | 109 | Critola | 207 |
| Cradias lex | 128 | Critolaus | 225 |
| Crantor | 330 | Cruma | 380.b |
| Crantor Academicus | 308 | Cryassa urbs | 172 |
| Crantor ad Hippoclem | 311 | Ctesiphon quare Lacide- monia eiectus | 404 |
| Crapula ingenio nocet | 24.b | Cupido honorum | 58 |
| Crassus male audijt, quod Vestalem sepius conueni- ret | 291.b | Cupiditas diuitiarum | 354.b |
| | | Cureticum | 378.b |
| | | Curiatij & Horatij | 225 |
| | | Curiosus omni fide caret | 420.b |

I N D E X.

| | | | |
|----------------------------|---------|-------------------------------|------------|
| Curiositas quid sit | 412.b | miles , frenum suscipien- | |
| Curiositas uitanda | ibidem | tium | 224 |
| Curius | 315 | Debitorum esse primum de- | |
| Curtius Romanus | 217 | lictum apud Persas : men- | |
| Curulis lex | 128 | tiri secundum | 227.b |
| Cyanippus & Cyane eius | | Debitorum radices | 221.b |
| filia | 226 | Debitorum turpis patien- | |
| Cyanippi uxor | 227 | tia | 226 |
| Cyaxares | 281.b | Decimæ cur Herculi offere- | |
| Cyclia | 579.b | bantur | 433 |
| Cylonis zelus | 186 | Decembri mense cur mor- | |
| Cynegyrius & Datis | 214 | tuis parentabat Decius | |
| Cyri nasus aduncus | 69 | Brutus | 443 |
| Cyrus uictus | 169 | Decius & Brutus | 221 |
| Cyrus iunior | 275 | Decius & filius eius interfi- | |
| D | | ciuntur | 226 |
| Demoni hominem offerre li- | | Defuncti beatissimi | 530 |
| cet, Deo non licet | 465 | Delius ager | 191 |
| Daiphantus | 164 | Demadis statua | 67 |
| Daiphanti genere orti | 195.b | Demades de Alexandri ex- | |
| Damatia | 406 | ercitu | 290 |
| Damis | 371 | Demades | 304 |
| Damidas | ibidem | Demades gulosus | 357.b |
| Damonidas ibidem, & | 309 | Demades de Atheniensibus | |
| Danista uitandus | 220 | 307 | |
| Darius | 221.273 | Demaratus | 371.a.68.b |
| Darij de Alexandro senten- | | Dementia præcipuus animi | |
| tia | 86.b | est morbus | 345.b |
| Datis & Cynegyrius | 213 | Demetrius Phalereus | 305. |
| Daulides | 431.b | 549 | |
| Debitorum sunt equorum si- | | Demetrius de pictura | 292 |
| | | Democ | |

I N D E X.

- | | |
|------------------------------|------------------------------|
| Democratis in se scomma 22 | Dei notionem unde habue- |
| Democriti dictum 258.4 | rint homines 113.b |
| 312. 326.b | Dei mansuetudinem imitari |
| Demodicus & Demodica | debent homines 180.b |
| 225 | Deus quid 115.b |
| Demostratidæ 224 | Deus sator 103 |
| Demosthenes 303 | Deus quando maximè colen- |
| Demosthenes & Alcibiades | dus 9.b |
| meticulosi in dicendo | Deus de quo homo nil certi |
| 530.b | asserere potest, solus nouit |
| Demosthenes ad consulen- | scelera punire rectè 179.b |
| dū accersitus restitit, quòd | Deus cur tardè uindictet ra- |
| imparatus & minime in- | tio, & quòd seipsum uir- |
| structus esset 258 | tutis exemplar constituit |
| Demosthenes de filiae inte- | 180.b |
| ritu 537 | Deus est in scrutandis homi- |
| Demosthenes de Demade | num sceleribus prudentif- |
| 75.b | simus 182.b |
| Demosthenis dictum 370.b | Deus suspèdit uindictam in- |
| Demosthenis sententia bona | terdum, ut homines emen- |
| ab alio recepta 17 | dentur ibidem |
| Deo magna, fortunæ parua | Deus uerã horam corripien- |
| committas, autore Euri- | di nouit 184.b |
| pide 42 | Deus quare ob peccata ma- |
| Deo maximè fruitur homo, | iorum aliquando ciuitatem |
| dūcius opa imitatur 180.b | punit 197.b |
| Deo & Prouidentiaē obse- | Deus nihil nisi quod decet, |
| quendum 524 | agit 196.b |
| Deos qui se nominarint, ut | Deus non tantopere curam |
| Clytus, Clearchus, Diony- | nostri haberet, si nil diui- |
| sus 85.b | ni nobis inesset 200 |
| | β 5 Deus |

I N D E X.

| | | |
|------------------------------|------------------------------|-------------------------------|
| Deus cordium scrutator | Dictys consolator | 514 |
| 204.b | Diei principium à medio no- | |
| Deus cur sepe malis parcit | ctis | 466 |
| 185.b | Dies omnis uiro bono festus, | |
| Deum urbis Romæ cur no- | iuxta Diogenem | 37.b |
| minare nefas | 456 | Diesis enharmonia |
| Deorum nomina à Poëtis ua- | 251 | 151 |
| rie usurpata | 489 | Difficilia sunt que honesta |
| Dexicreontis Venus | 502 | 251 |
| Diabogoe Parysatis | 89.b | Dij tacitè iuuant |
| Diali flammis cur iurare ne- | | 269.b |
| fas | 449 | Dij turpitudinis non sunt au- |
| Dialis cur cælebs non sit | | tores |
| 451 | | 34.b |
| Diali quare nefas attingere | | Dilator ubiq; cum detrimen- |
| farinam | 477 | tis luctatur |
| Dialis ne tangat hederam | | 536 |
| 479 | | Diogenes in exilio |
| Dianæ ædes in angiportu: | | 13 |
| et cornua boum Dianæ | | Diogenes in Aristotelē |
| in Auentino | 427 | 554 |
| Dianæ simulacrum amissum | | Diogenes Cynicus exilio da- |
| est | 173 | mnatus, quid impreccatus |
| Diapason | 138.139 | 550 |
| Diapente | 139 | Diogenes ad Alexandrum |
| Diateffaron | 139 | 557 |
| Diatonum | 130 | Diogenis liberum ad Philip- |
| Dicendum non esse ex tem- | | pum dictum |
| pore | 252 | 558 |
| Dicelictæ, histriones | 353 | Diognetus |
| Dicta ficetè | 22 | 189 |
| | | Diomedes et Vlysses |
| | | 34 |
| | | Diomedes seruatus |
| | | 229 |
| | | Dionis festa |
| | | 232 |
| | | Dion de amicis |
| | | 281 |
| | | Dion Syracusanus de filij |
| | | morte |
| | | 537 |
| | | Dionysius ad citharœdum |
| | | 76.b |

Diony

I N D E X.

| | | | |
|-------------------------------|-------|--------------------------------|---------|
| Dionysius in Philoxenū | 77 | Ditare, quàm ditescere, ma- | |
| Dionysius Apollinis filius | | gis regium est | 290 |
| 85.b | | Dithyrambi | 379.b |
| Dionysio, idest Baccho sa- | | Diuinatio | 159.b |
| cratæ mulieres sedecim | | Diuitiæ & nobilitas | 249 |
| 183 | | Diuitiæ cæcæ | 378 |
| Dionysius senior | 279 | Diuitiæ & patria | 344 |
| Dionysius cur Liber pater | | Diuitiarum cupiditas | 354.b |
| 475 | | Diuitiarum insatiabilitas, au- | |
| Dionysius tyrannus | 184.b | tore Solone | 356.b |
| Dionysius Semelen ab infe- | | Diuitem esse quid sit | 197 |
| ris reduxit | 211.b | Diuortium ne minetur | 119 |
| Dionysij tyranni immoderata | | Doctrinam requiri in prin- | |
| cupiditas | 23.b | cipe | 330.b |
| Dionysij tyrani in filium ex- | | Dolia Homericæ | 26.b |
| clamatio | 268 | Dolia factorum duo | 346 |
| Dionysij tyranni dictum | | Dolonis formido | 100 |
| 70.b | | Dolor naturalis | 509 |
| Dionysij iunioris dicta | 280 | Dolor mediocris | ibidem |
| Dionysium uenire pede bo- | | Domitius | 320 |
| uino quid sit | 494 | Domus plura significat | |
| Dionysij corpus post mortē | | 488.b | |
| effossum | 78.b | Donationes coniugū & so- | |
| Dionysio assentantes | 239.b | ceri ac generi irritæ sunt | |
| Diophantus Themistoclis fi- | | 429 | |
| lius, quia matri charus & | | Dorica harmonia | 133.134 |
| mater patri, pater autem | | Doris | 377.b |
| populo, quicquid uolebat | | Doryxenus aper per uicos | |
| habebat | 242 | cultus apud Megarenses | |
| Disciplinarum orbis | 253 | 487 | |
| Discipuli expetendū | 341.b | Dos uiri censeatur | 173 |
| | | Drusi | |

I N D E X.

| | | | |
|----------------------------|-------------|------------------------------|-------|
| Drusi domus perspicua | 16 | meretricule orāti pro uin- | |
| Δυσωνία | 365.b | cti liberatione, quàm Pe- | |
| E | | lopidæ | 35 |
| Eamus Athenas | 494 | Epaminondas ciuibus die fe- | |
| Echo quomodo fiat | 136.b | sto porantibus, solus excu- | |
| Echemythia | 420.b | bias egit, dicens se sobrium | |
| Educatio liberorum | 241 | esse | 434.b |
| Elaphebolia festa | 165 | Epaminondæ fiducia | 14 |
| Elasij qui | 490 | Epaminondæ iocus | 327 |
| Elegia | 228 | Epaminondæ apophthegma- | |
| Eleus urbs | 240 | ta | 310 |
| Eloquentia & eius usus | 18 | Epæctus | 372 |
| Embaterius | 576 | Ephemerum semen | 531 |
| Embantis nomen | 497 | Ephialtæ artes | 44 |
| Embrio | 154. & seq. | Ephori qui fuerint Athenis | |
| Emerepes | 372 | 538.b | |
| Emicantes stelle | 138.b | Epibomium | 578.b |
| Emmeles | 580.b | Epicharmia | 196.b |
| Emmelia | ibidem | Epicharmus de morte | 521 |
| Empedocles exul | 560 | Epicharmi multa | 278 |
| Encnisma apud Argiuos | | Epicherecacia | 418 |
| 490 | | Epicydes | 296 |
| Endymatia | 579.b | Epicuri summum bonum | |
| Endrone | ibidem | 341 | |
| Enharmonium | 130 | Epimenides arce donatus | |
| Epaminondas | 222 | 66 | |
| Epaminondas decretus The | | Epodi | 579.b |
| bis Thelearchus | 41 | Epoda Archilochus inue- | |
| Epaminondas quandiu latuit | | nit | 143 |
| inutilis fuit | 350.b | Epona equæ filia, & Fuluij | |
| Epaminondas plus tribuit | | Stelli | 232 |
| | | Equarum | |

I N D E X.

| | | | |
|-------------------------------|-------|------------------------------|---------|
| Equarum initus | 302 | Eteocles malus frater | |
| Equi Achillis | 68 | 390.b | |
| Equi & asini cur sint corona | | Euboidas | 372 |
| ti in Consualibus | 450 | Eubolus pecunia remp. iuuit | |
| Equus indomitus | 244 | 45 | |
| Equus arcus factus | 239 | Eudemonidas | 310.372 |
| Equus uictor cur Marti im- | | Eudemus Aristotelis liber | |
| moletur | 471 | 530 | |
| Erechtheus, & eius filia | | Euenus se in fluumium præci- | |
| 227 | | pitem demisit | 240 |
| Eretrienfium mulieres cur | | Euergetæ | 85 |
| non ad ignem, sed ad so- | | Eumenes | 294 |
| lem Cerealibus carnē con- | | Eumolpus | 233 |
| coquant | 493 | Eunostus, cuius lucum mu- | |
| Eringitem herbam capella in | | licres non ingrediuntur | |
| ore tenens totum post se | | 497 | |
| gregem trahit | 196.b | Euripides de oblocutoribus | |
| Erinnys, Adrastiaē ministra, | | 258 | |
| quas punit | 209.b | Euripides de morte | 516 |
| Erinnydes deæ quæ pœnas | | Euripides homines infantes | |
| infligunt | 398.b | & elingues esse optat. pa- | |
| Errones qui felices prædicāt | | gina | 18 |
| taxat | 553 | Euripides aptè obiurgat | 45 |
| Eros & Fundanus | 7.b | Euripides non probatus | |
| Eruditio, intellectus, ratio, | | 176. b | |
| res perpetuæ | 250 | Euripides de indigenis | 555 |
| Erungium, seu ἐρύσιον her- | | Euripides de exilio | 557 |
| bam si capra in os sum- | | Euripides de Venere | 318.b |
| pserit, sistitur, & gregem | | Euripidis sententia | 42.50. |
| totum sistit | 338 | 531.533 | |
| Eteocles | 395 | Eurybiades | 296 |



I N D E X.

| | | | |
|--|----------|--|--------|
| Eurycratidas | 375 | Facetijs quomodo utēdū | 22 |
| Eurydice liberos erudiuit in musicis | 267 | Fastus diuinitum | 509 |
| Euthynous | 519 | Fatale debitum | 515 |
| Ex nihilo nihil fit | 221.b | Fatum | 124.b |
| Exacta & nimis seuera uitae ratio inutilis | 312.b | Fati substantia | ibidem |
| Eexecratio | 449 | Fatorum dolia duo | 546 |
| Exemplum Leonis Byzanti tini regerentis conuicia | 299 | Fauni caedes | 238 |
| Exercitatio & labor | 243 | Faustulus pastor nutritor | 237 |
| Exercitatio fortis non conuenit repletis & lassatis | 316.b | Febris qualis sit affectus, an adnatus | 171.b |
| Exercitationis bona | 314.b | Febris futurae indicia | 312.b |
| Exilij ferendi ratio | 544 | Febri aestuantes sobrietatem laudant | 307.b |
| Exilio multa scripta | 556 | Fecem emi | 304.b |
| Exul quae res sit | 559 | Fel abijciendum | 115 |
| Exules clari | 556, 557 | Felicitas inuidiam attenuat | 160 |
| F | | Felicitates & infortunia | 509 |
| Fabius Maximus | 217, 316 | Felicitatem homini locus non adfert | 561 |
| Fabij in fratrem amor | 593.b | Felicia foris, infelicia intus | 188 |
| Fabricianus paternae caedis ultor | 238 | Felis natura | 120 |
| Fabricius | 315 | Fenestra porta | 444 |
| Fabula Socratica de deorum in homines imperio | 540 | Ferae naturam suam protinus ostendunt, homines ceculant | 204.b |
| Fabula de Satyro | 294.b | Ferae promiscuos concubitus auerfantur | 470.b |
| Fabulae uis | 475.b | Festa Dioni instituta | 232 |
| Faeces nuptiales | 426 | Festum | |

INDEX.

| | | |
|---|--|----------|
| Festū ancillarū Romæ ibidē | men | 160.b |
| Fides primum & maximum bonum | Fœnerari nefas | 218 |
| Figulum figulus odit 296.b | Fœnori pecuniam accipimus non indigentia, sed luxus causa | ibidem |
| Filius uirtute præditus, ob patris improbitatem non obstupefcit 500.b | Fœnator igni similis | 222.b |
| Filij possidentes maiorum bona, luant eorum scele- ra 199.b | Fœnus qui accipiendum pro- bant damnat | 225.b |
| Filij peccatorum parentū ut honorum hæredes 136.b | Fœtor oris | 278 |
| Filiorum parêtes quales sint 241 | Foris cœnare | 443 |
| Filiorum ob delicta paren- tum pœne 192.b | Forma quid | 121.b |
| Filiarum tyranni mirificus in obcunda morte animus 188 | Forma res caduca | 249 |
| Firmus à Nuceria nouerca cæsus 235 | Formæ stellarum | 131 |
| Flamen unde dictus 447 | Formicarum sumus similes | 548 |
| Floræ, quæ Bona est dea, quare nō importent myr- tos 435 | Fortitudo | 91 |
| Florentia 221 | Fortitudine nil opus iustis | 308 |
| Fœcialium maximus cur di- catur Pater patratus 456 | Fortuna quid sit | 42.125.b |
| Fœminæ quomodo gignantur 161.b | Fortuna Romanorum | 42.b |
| Fœminæ utrum emittant se- | Fortuna Romam ingressa | 45.b |
| | Fortuna uirilīs & muliebris | 54.b |
| | Fortuna primigenia | 176.a |
| | Fortuna Idia, Parthenos, seu Virginea, & Ixcutria, id est, Viscatrix, & Euelpis, & Mascula | 55.b |
| | Fort | |

I N D E X.

| | | | |
|-----------------------------|-------|-------------------------------|--------|
| Fortuna in Alexandrū | 62.b | Fortunæ delubra | ibidem |
| Fortuna recte usus Alexan- | | Fortunæ ad Romulum uer- | |
| der | 89.b | ba | 31.b |
| Fortuna Alexandro aduer- | | Fortunæ parvæ ædes | 461 |
| sa | 97.b | Fortunam secundam sine in- | |
| Fortuna non eget nature | | uidia ferre, hominis est be- | |
| operatio | 455.b | ne instituti | 254 |
| Fortuna improbis propitia | | Forum inferis simile | 220.b |
| 444.b | | Fraterna charitas | 589.b |
| Fortuna quomodo cæca | 416.b | Fraterna beneuolētia | ibidem |
| Fortuna etiam bestię nō re- | | Frigida balnea nocent | 316.b |
| guntur | 453.b | Frugalitatis asylum | 220.b |
| Fortuna abest ratione non | | Frui Deo | 180.b |
| utentibus | 458 | Fulgura & fulmina | 139.b |
| Fortuna nostra, quantumuis | | Fuluius Stellus equæ se im- | |
| tenui, simus contenti | 21.b | miscuit | 232 |
| Fortuna à casu differt | 125.b | Funarius Plutonicus | 27.b |
| Fortuna inconsiderata | 511 | Fundamentum Politicæ | 10 |
| Fortuna & natura | 476 | Fundanus & Eros | 7.b |
| Fortuna ulciscenda sapien- | | Funebri laudationis lex Ro- | |
| ter | 546 | manis instituta | 161 |
| Fortunæ ductu an omnia re- | | Furari permissum Sami, Mer- | |
| gantur | 453.b | curio dum Charidotæ rem | |
| Fortunæ aut generis infeli- | | diuinam faciunt | 503 |
| citas homini non expro- | | Furciferi cur dicti | 459 |
| branda, sed animus corri- | | Futurum præterito sepe de- | |
| gendus | 515.b | terius est, & occultum no- | |
| Fortunæ uaria cognomina | | to | 205.b |
| 461 | | | |
| Fortunæ obijci solita | 42.b | Galli | 58.b |
| Fortunæ simulacrum | 47 | Galeritis omnibus inesse cri- | |
| | | stam | |

I N D E X.

| | | | |
|-------------------------------------|--------------|--|-------|
| <i>stam</i> | 295.b | <i>rentum, corum ferant de-</i> | |
| <i>Gallum Germanicus uidere</i> | | <i>licita</i> | 196 |
| <i>non poterat</i> | 157 | <i>Gobryas</i> | 233 |
| <i>Garetium castellum</i> | 230 | <i>Gorgias</i> | 270.b |
| <i>Gelon tyrānus</i> | 277.d. 282.b | <i>Gorgias de muliere</i> | 161 |
| <i>Gemini & trigemini quo-</i> | | <i>Gorgo</i> | 406 |
| <i>modo gignantur</i> | 162 | <i>Gorgonis Leonidæ uestes</i> | 122 |
| <i>Geneciæ cur canem macilent</i> | | <i>Gracchus orator ad fistule</i> | |
| <i>452.b</i> | | <i>tonum dicebat</i> | 393.b |
| <i>Generatio animalium</i> | 106.b | <i>Græci omnes honesta cogno-</i> | |
| <i>Generationsi qualis opera</i> | | <i>scunt, Lacedæmonij fá-</i> | |
| <i>danda</i> | 241 | <i>ciunt</i> | 296 |
| <i>Genius unus, & Genij duo</i> | | <i>Græcorum apoph.</i> | 296 |
| <i>29.b</i> | | <i>Grana Cnidia</i> | 323.b |
| <i>Genius Romanorum</i> | 57.b | <i>Grandines</i> | 140.b |
| <i>Genij</i> | 119 | <i>Granicus fluuius</i> | 221 |
| <i>Genus meū à me incipit</i> | 300 | <i>Gratijs opus uxori</i> | 115 |
| <i>Geometræ liberi</i> | 558 | <i>Gratijs Musas coniungens</i> | |
| <i>Geryon multa crura & ma-</i> | | <i>oratio</i> | 116 |
| <i>nus habebat, unicum quo</i> | | <i>Gratiarū nomina ab alacri-</i> | |
| <i>cuncta regebat animū</i> | 64 | <i>tate & gaudio, & floru-</i> | |
| <i>Gesta Romanorum obscu-</i> | | <i>lencia eis indica</i> | 342.b |
| <i>ra</i> | 61 | <i>Grauedo & lassitudo spon-</i> | |
| <i>Gidica Comminium depe-</i> | | <i>te oborta morbum denun-</i> | |
| <i>rit</i> | 235 | <i>tiat</i> | 309.b |
| <i>Glaucus & Hasdrubal</i> | 214 | <i>Gryllus in suem mutatus</i> | 271 |
| <i>Gloria res inconstans</i> | 249 | <i>Gubernator nauis</i> | 33.b |
| <i>Gloriari uiuus potest nemo,</i> | | <i>Gulæ probum</i> | 309.b |
| <i>ut est à Menandro dictum</i> | | <i>Gustatus</i> | 154.b |
| <i>35.b</i> | | <i>Gutte</i> | |
| <i>Gloriantes de nobilitate pa-</i> | | | |

I N D E X.

| | | | |
|--|-------|-----|--|
| Gutte aquarum lapidem ca- uant | 243 | 535 | Hector ad Andromachen |
| Gygis opes | 19.b | | Hederam tangere nefas cur |
| Gylippus in exilium missus quod sacculos pecuniarum soluerat | 259 | | Diali 479 |
| Gymnastica | 253 | | Hegemonis munus 339.b |
| Gymnopodiae | 579.b | | Hegesistratus Eleunta con- didit 240 |
| Gyrtias | 406 | 236 | Helena à cæde liberatur |
| H | | | Hellanicus senex 183 |
| Habitaculum Tettigi | 201.b | | Hellanici uisum 186 |
| Habitus, potentia, & affectus sunt in animo | 89 | | Helepolis machina 293 |
| Hæc præcipua, aut hæc do- mina, prouerb. | 499 | | Helotes serui Lacedæmo- niorum 306 |
| Hamaxocylistæ apud Me- garenses | 505 | | Hephæstionis ori admotus ab Alexandro anulus 74.b |
| Hanno quod leonis opera usus, in exilium missus | 13 | | Hephæstionis responsum 83 |
| Harma | 218 | | Heraclætus 515 |
| Harmonia, & eius nomina 576.b | | | Heraclitus de sole 554 |
| Harmonia coelestis | 139 | | Hercules uictor 218 |
| Harmoniæ tres principes 138 | | | Hercules & Iole 223 |
| Harmonici | 585.b | | Hercules simulatus clauam ueram non fert 250.b |
| Hasdrubal & Glaucus | 214 | | Herculis pater exul 560 |
| Hebetare gladium hostis cæ- de sui | 397 | | Herculis labores 92.b |
| Hebius, eius proles, & uxor 234 | | | Herculi cur decimæ offere- bantur 433 |
| | | | Herculi & Musis communis ara 455 |
| | | | Herculi cur soli sine cane sa- cra faciant 469 |
| | | | Herc |

I N D E X.

| | | | |
|--|-------------|--|-------|
| Herculi Græcia omnis pa- tria | 347 | Histeropothmi | 428 |
| Herculem iurare sub tecto prohibentur | 440 | Histriones qui | 476 |
| Heraclitius fluvius | 198 | Homerus | 9.b |
| Herodicus Silymbrianus | 187.b | Homerus consolator | 313 |
| Heronas | 374 | Homerus de Achille, qui e- quos homines que hortari solitus | 68 |
| Heroum genus musicū | 378 | Homerus de uirō forti | 104 |
| Heroēs | 110.323 | Homerus mortuus alit decem milia hominum | 378 |
| Hesiodus consolator | 313 | Homeri nihil habenti magi- stro pugnam incussit Alci- biades | 299 |
| Hiampolis | 164 | Homeri patria | 355 |
| Hiatu terræ absorpta Phe- neatenſium regio | 194.b | Homo quando & quō inci- piat in utero perfici | 168.b |
| Hiatus immensus | 211 | Homo planta | 347 |
| Hyenæ fel prodest | 185.b | Homo curiosus hostibus uti- lior quàm sibi | 412b |
| Hieron | 277.a.182.b | Homo quilibet cuiq; non con- uenit | 467 |
| Hieronī scetorem oris non uxor, sed inimicus indica- uit | 292.b | Homīnem deo immolare cur nefas, demoni fas | 465 |
| Himerij aduſatio | 253 | Homīnem ne te obliuiscaris eſſe | 512 |
| Hipparchi ſomnium | 189 | Homines liberi natura ſpon- te ſe locis astringūt | 343.b |
| Hippocentaurus | 240 | Homine clamitoſus nihil | 549 |
| Hippocratidas | 373 | Homophonus | 385.b |
| Hippodamia | 234 | Honos permanēdæ rei præ- clare | γ 2 |
| Hippodamus | 373 | | |
| Hippolyti cædes | 235 | | |
| Hippothoros in muſica | 108 | | |
| Hirundo & Tereus | 431.b | | |
| Hister | 132 | | |
| Hister ſcenicus | 476 | | |

I N D E X.

| | | | |
|---|---------|---|-----------|
| clarè gestæ signum | 66 | Ignem igni adijcere, prouer- bium | 253.301.b |
| Honor per bonâ memoriã exhibetur | 529 | Ignis animal | 462 |
| Honores falsi qui | 69 | Ignis & deus | 231.b |
| Horatij & Curiatij | 225 | Ignis, id est, coctio condimen- tum optimum | 307.b |
| Hortæ deæ cur ædes aperta 450 | | Iliã Rhea grauida | 237 |
| Hostium respectus | 296.b | Ilias malorum | 113 |
| Humana quæ patimur omnia sunt existimanda | 31.b | Ilias & Odyssæa | 64.b |
| Humorum abundantia cor- pus ad morbos propesum reddit | 309.b | Ilus Palladium rapuit | 225 |
| Hyems & æstas quomodo fiant | 131.142 | Imbricus | 230 |
| Hypate | 136 | Imitatio in turpibus uitanda 495 | |
| Hypecaustria | 481 | Imperium Rom. | 56.b |
| Hyporchema | 129 | Imperium nõ spatio, sed sta- bilitate metiedũ est | 330.b |
| I | | Imprecari nefas | 449 |
| Ialyson | 292 | Improbi in hac uita suapte affliguntur conscientia | 190 |
| Iamborum inuentor | 138 | Improbitas an sufficiat ad infelicitatem | 441 |
| Iani portæ clausæ | 53.b | Inane | 122.b |
| Ianus cur bifrons | 436 | Incommoda hilaritate con- dienda | 547 |
| Ianuarius cur initium anni institutus Romæ | 434 | Incontinentia ab intemperan- tia differt | 93 |
| Ias harmonia | 576.b | Incontinentia diminutum ui- tium | ibidem |
| Iason | 382 | Inconstantia fastidit amicos 463 | |
| Idathyrsus | 276 | Indolentia | 508 |
| Ideæ | 119 | Incertium | |
| Idus unde dictæ | 437 | | |
| Idricus Cares | 347 | | |

I N D E X.

| | | | |
|------------------------------|--------|------------------------------|----------------|
| Inertium uita | 12. b | rus | ibidem |
| Infans in utero an sit ani- | | Intemperantia ex toto ui- | |
| mans | 164. b | tium | 93 |
| Infans unde alatur in utero, | | Intemperantiam uiri ferat, | |
| & quid primum absolua- | | non uideat uxor | 112 |
| tur in utero, & cur septi- | | Inuenta plura à priscis | 142 |
| mestres uiuant | 165. b | Inuidia & odium brutorum | |
| Infelicitas quorundam | 347 | | 157 |
| Infortunij contemptus | 29. b | Inuidos se negant omnes | 158 |
| Insula Ptolemæo addita | | Inuidia in omni repub. | 293 |
| 245 | | Inuidia dolor est de bonis | |
| Inimicus præceptor gratui- | | alienis | 157. 4. 418. b |
| tus | 291. b | Iole & Hercules | 223 |
| Inimici plus docent quàm | | Iphicrates | 300 |
| amici | 292. b | Iphicrates domi declamans | |
| Inimici non omnes expellen- | | ridetur | 46 |
| di è ciuitatibus, sed tole- | | Iphigenia | 225 |
| randi | 295. b | Ippoclus rex obtruncatur | |
| Iniurati Romani cur pugna | | | 166 |
| abstinebant | 445 | Ira caeca | 102 |
| Iniuriã accipere melius quàm | | Ira excitanda | 104 |
| inferre | 516. b | Ira Alexandri nobilis | 23. b |
| Inopinata plus dolent | 31. b | Ira impedit animum | 181. b |
| Instituti malè quales tandem | | Ira quibus incitetur | 392. b |
| euadant liberi | 248 | Ira unde nascatur, & quid | |
| Insula beatorum | 341 | sit | 396. b |
| Insularum inhabitatores sum | | Ira omnia inuadit | 392. b |
| mi uiri, Aeolus, Vlysses, | | Ira homicidio deterior | |
| Aiax, Alcinous, Zeno | | | 408. b |
| 552 | | Ira in connubio esse non de- | |
| Insularum laudator Home- | | bet | 115 |

| | | | |
|-------------------------------|----------|------------------------------|--------|
| Ira animi nervi | 110 | Iupiter quorum pater | 288 |
| Iram uincere, uiri munus est | | Iupiter hospitalis | 355 |
| 254.a. 305.b | | Iustitia secundum Zenonem | |
| Iram uites | 259 | & Chrysippū quid sit | 84 |
| Ira Archytas domuit | 181.b | Iustitia prestat fortitudini | |
| Iram Plato puniens | ibidem | 307 | |
| Iram cohibendā esse | 387.b | Iustitiæ uituperatio | 246.b |
| Iram nihil magis decet quā | | Iustitiæ laus | 332.b |
| silentium | 392.b | Iuuenes temerarij | 102 |
| Iracundia uitium intolerabile | 406.b | Iuuenum delicta | 262 |
| Iracundiores sunt mulieres | | Ixion in nubē incidit | 340.b |
| uiris, ægrōti sanis, senes | | Κατακαῦται | 489 |
| junioribus, & infelices sen- | | Κατὰ φῆλα | 365 |
| licibus | 396.b | Κόρη | ibidem |
| Iraſci uetat | 15.406.b | Κόρη & ἄκορη | 43.b |
| Irena | 163 | Κρέωρ | 352 |
| Ismenias tibicen | 277 | L | |
| Ismenus balneator | 359 | Labor omnia uincit | 243 |
| Ithacensium Alalcomenæ | | Labor & somnus | 253 |
| 499 | | Labradæus Iupiter bipennē | |
| Iudicare nemo de arte nisi | | sustincens | 500 |
| expertus potest | 179.b | Lac grauēdinē adducit | 318 |
| Iudices apud inferos, iudi- | | Lacedæmonij | 215 |
| ciūq; æquum | 540 | Lacedæmoniorū antiqua in- | |
| Iugurthe imago in anulo Syl- | | stituta | 399 |
| le, à quo captus erat | 29 | Lacedæmoniorum pactum | |
| Iulius Cæsar | 336 | cum Antipatro | 271.b |
| Iulius Drusus cur clarus ha- | | Lacedæmoniorum lepidum | |
| bebatur | 116 | beneficium | 207.b |
| Iunius Brutus | 222 | Lacænarum apophthegma- | |

| | | | |
|--|--------|--|--------|
| | 405 | 452 | |
| Lacon de pueris instituen- dis | 105 | Lauari quàm ungi plures cupiunt | 25.b |
| Laconis capti nobile dictum | | Larētīā scortum quare tanto- pere uenerētur Rom. | 444 |
| 394 | | Leander culco insuitur | 198 |
| Lacones de latronibus | ibidē | Learchus | 205 |
| Laconica cantio | 522 | Lectā quomodo in usum tra- ducenda | 512 |
| Lacydes ob comam notatus | | Lectiois exercitatio | 315.b |
| 291.b | | Lecto sit pax & concordia | |
| Lacydis amicū faciunt | 269.b | | 118 |
| Lacteus circulus | 137.b | Leges musicæ | 575.b |
| Lacus apud inferos tres | | Leges cantuum | 129 |
| 214.b | | Leges hominum non semper æquæ | 179.b |
| Ladas semper plausus specta- culorū audire sibi uisus | 25 | Leges Lacedæmoniorum, et Romanorum, & Solonis ridiculæ | ibidem |
| Lælij & Scipionis amicitia | 28 | Lex omnium regina | 331.b |
| Letādi obiectū, & unde læ- temur habemus oēs | 18.b | Lex funebri Rom. de pro- bis mulieribus | 161 |
| Læua in auspicijs | 463 | Lex indigentia fauere de- bet | 218 |
| Lægus & Læsus | 579 | Lex connubialis | 108 |
| Læius suspitione liberatus | | Lex Solonis | 109 |
| 234 | | Lex Aegyptiaca de grauida noxia ad partum seruāda à Græcis recepta | 184.b |
| Lamachus de bello | 300 | Lex uetans usuram | 218.b |
| Lampes | 395 | Legumina cur castis con- traria | |
| Lampsacæ honores | 192 | | |
| Lampsacum urbs | ibidem | | |
| Lar Deus | 55.b | | |
| Λάρθε βίωσας num rectē di- ctum sit | 348.b | | |
| Laribus cur canis assistat | | | |

I N D E X.

| | | | |
|-----------------------------|--------|--------------------------------|-------|
| traria | 471 | Libitine in æde cur quæ ad | |
| Leo dux ceruorum | 301 | sepulturam pertinent uen- | |
| Leocrates Themistoclis | ac- | ditent | 436 |
| cusator | 557 | Libri multi in exilio conscri- | |
| Leonis Byzantij facetiæ | 23 | pti | 556 |
| Leon Eurycratides | 374 | Libri qui sint legendi | 255 |
| Leonidas | 375 | Licinius | 320 |
| Leonidæ cor | 216 | Licorma | 239 |
| Leonides pædagogus | 286 | Lictores unde dicti | 458 |
| Leontis mulier | 161 | Lingua eadem & optima & | |
| Leosthenes | 303 | peßima | 545.b |
| Leotychidas | 374 | Linguam contine | 260 |
| Leptani mores | 117 | Linus | 125 |
| Lethe inferorum | 211 | Lisî scopulus | 393 |
| Leucadia petra | 191 | Literis uacare mulieres con- | |
| Leuconia urbs | 166 | uenit | 121 |
| Leuctrica pugna | 356 | Liuor in omni Repub. | 293.b |
| Liberi à matribus lactandi, | | Liuor perspicit | 292.b |
| & educandi | 245 | Lochadus | 376 |
| Liberorum qui plus amen- | | Loco cedentes | 248 |
| tur | 117 | Locrensiùm lex in curiosos | |
| Liberorum educatio | 241 | 420.b | |
| Liberorum instituendorum | | Lorica | 577.b |
| ætatis secundum Phocylid- | | Locus | 122.b |
| dem | 246 | Locus uirtutē non affert | 560 |
| Liberè loquendi ratio | 285.b | Loculamentum | 122 |
| Libertas loquendi est amici | | Lucar quare dictum | 468 |
| propria | 234.b | Lucius satelles tyranni | 182 |
| Libertas uera | 250.b | Lucretia Romana | 179 |
| Libertas condienda | 274.b | Luctus tempore minuitur | |
| Libertas moderata | ibidem | 59 | |

Luct

I N D E X.

| | | |
|----------------------------|---------------------------|----------------------------|
| Luctus demon inhonorus | Luxiucunda | 196 |
| 525 | Luxus foeneratorum parcus | |
| Luctus ob immaturam mor- | 218.224 | |
| tem | 527 | Lycastus |
| Luctus inanes | 530 | Lycæum ingressus sponte |
| Lucullus | 330 | 496 |
| Lugere foemineum est | 526 | Lychnum extinguere cur ha- |
| Lugentes non statim sunt à | | bitum sit nefas |
| luctu debortandi | 507 | Lyciæ mulieres claræ |
| Lumen uirtutis & philoso- | | Lyciscus |
| phia | 362.b | Lycios urbs |
| Luna quã præbeat speciẽ, & | | Lycurgus |
| cur terrea uideatur | 136.b | 272.305. |
| | | 376 |
| Lunæ substantia | 134.b | Lycurgi facinus |
| Lunæ magnitudo | ibidem | Lyde uxor & elegia |
| Lunæ forma | ibidem | Lydiades ex tyranno prin- |
| Lunæ illuminatio | 135.b | ceps bonus euasit |
| Lunæ deliquium, siue ecli- | | Lydia harmonia |
| psis | ibidem | Lydius cantus |
| Lunæ à sole intercapedo | | Lydorum institutum infa- |
| ibidem | | me |
| Lunule cur sint in calceis | | 320.b |
| nobilium | 462 | Lynceus perspicax |
| Lupa Romuli | 237.a.50.b | 295.b |
| Lupa infantes nutrit, pro- | | Lyra Paridis & Achillis |
| prijs abiectis catulis | 237 | 152.a.72.b |
| Luperci cur canem immo- | | Lyra usi Cretenses |
| lent | 458 | 142 |
| Lupum auribus teneri non | | Lysander |
| posse | 20 | 307.382 |
| Luscinia | 431.b | Lysias |
| | | 124 |
| | | Lysimachus |
| | | 293 |
| | | Lysimachi sera querela |
| | | 190.b |
| | | Lysimachus ob sitim hosti- |
| | | bus |

I N D E X.

- bus se dedit* 190.308.b
Lysimache Mineruæ sacer-
dos 377.b
Lysippus Alexandri statua-
rius 79.b

M

Macareus sorore uiolata se
interfecit 231
Macellum unde dictum 453
Mæacten Athenienses deo-
rum regē appellant, à be-
neficiendi promptitudi-
ne 398.b
Magæ regis erga Philemo-
nem factū egregium 398.b
Magistratū gerere, aut pete-
re, cur nefas sacerdoti 479
Maius Metagetnion, & Me-
tagetnia regio 548
Mala sunt rotunda 531
Mala contrahenda 529
Mali malos corripunt 184
Mali sibi ferunt crucē 187.b
Mali à sua uita puniuntur ibi.
Mali semper horrent 189.b
Mali suapte affliguntur con-
scientia 190.b
Mali assiduo cruciatu sene-
scunt 188.b
Mali semper tristes 191.b
Malis cur utantur boni 17
Malis sæpe parcit Deus, à
quibus optimos orituros
nouit 187.b
Malitia sese affligit ibidem
Malos odimus 156
Malorū reminiscencia 214.b
Malorum obduratio, & quō
seipsos execrentur 192.b
Malorum pœnæ 209.210.b
Malus mali supplicio ita suc-
cedit, ut in ære alieno
205.b
Mamercus 220
Mammæ duplices cur mulie-
ribus date 245
Mancipia frugi 277
Mandron 191
Manlius Torquatus 222
Manlius imperiosus 223
Manum admouenti fortuna
est imploranda 403
Mansuetudo 91
Mansuetudo Dei 181.b
Marcellus 220
Mare unde constet, & cur sit
amarulentum 145.b
Maris reciprocationes &
æstus unde fiant 146.b
Mares quomodo gignantur,
aut fœmine 161
Maritum imitatur uxor 182

Mariti

I N D E X.

- Mariticiur se aduētare prae-
 nuntiant 430
 Marius Syllae opera felicissi-
 ma uti consulto destitit 29
 Marius & eius filia 227
 Marij Prisci fortuna 46.b
 Marij apophthegmata 329
 Maron 578.b
 Marpissa 239
 Marfyas musicus 128
 Materia quid 119.b
 Marti cur immoletur equus
 uictor 471
 Matrum nomina sortiri 176
 Matuae aedem cur non ingre-
 diantur ancilla, & cur in
 ea non filijs, sed nepotibus
 bona optentur 433
 Maximi filij 231
 Medica uestis 68.b
 Medicina & gymnastica ad
 corporis sanitatem 253
 Medicina ante morbum ad-
 hibetur sapienter 203
 Medicinae laus 399.b
 Medicinae quicquid utile, idē
 & iustum est 198.b
 Medium multiplex 91
 Medium tenere artis est 253
 Medius adulator 272
 Medullina 227
 Megali 85
 Megistone animus uirilis 184
 Megistone in filias tyranni
 heroica clementia 187
 Meleager 219
 Meliae clare 170.171
 Melos 375.b
 Memnon in militem maledi-
 cum 276
 Memoria, quae Graecē Mne-
 mosyne, Musarum est ma-
 ter 258
 Menander consolator 313
 Menandri dictum 37.309.
 a. & 35.b
 Menandri dictum: Quem di-
 ligunt dii, iuuenis moritur 338
 Mensam cur uacuum tollere
 nefas habitum 457
 Mensis cuiusq; cur tria quasi
 principia, & dierum no-
 mina 437
 Menses cur dicantur Iuno-
 nis, & annus Iouis 462
 Mens sola uidet 81.b
 Mentiri est seruire 261
 Menyllus 303
 Mercurij statuta apud simu-
 lacra Gratiarum 559.b
 Mer

I N D E X.

| | | | |
|---|-------|--|------------|
| Mercurius iuxta Venerē | 109 | Miserationē culpantes | 15.b |
| Mercurius cōmunis | 340.b | Miseris non inuidemus | 159 |
| Merops Tragicus | 7.b | Mithridates | 201.a.57.b |
| Meropa per fortunam aduersam sapientior effecta | 391.b | Mithridatis fuga | 292 |
| Mese | 572 | Mixarchageua | 490 |
| Messenij serò ulti | 176.b | Mixolydij modi | 133 |
| Metagetnia | 548 | Mixtio | 121.b |
| Metelli fortuna | 46.b | Modestia est optima honoribus custos | 67 |
| Metellus cæcus | 225 | Modestia & boni moribus uiaticum | 255 |
| Metiochus in ore omnium | 42 | Modulus | 577.b |
| Metius Suffetius | 218 | Monophagi Aeginæ | 499 |
| Micca & Megistona | 181 | Monstra quæ fiunt | 161.b |
| Midas & Anchurus | 217 | Morbi irremediabilis medicatio est eius prolongatio | 347.b |
| Milciadæ trophæa Themistoclem insomnem effecerunt | 296 | Morbo bene usi | 295.b |
| Milciadæ conuersio | 183 | Morbi non taciti | 309.b |
| Milesiæ mulieres claræ, & earum furor | 177 | Morbi animorum utrum sint grauiores quam corporum | 344.b |
| Milichion, hoc est placidum, deorum regē uocāt | 398.b | Mordeo ut leones | 394 |
| Minerua cana | 19 | Mores quid sint, & unde dicantur | 88 |
| Minerua Chalciœca | 345 | Mores persuadent, non oratio | 17 |
| Minyi filie | 496 | Morum simplicitas & facilitas magnum ad mansuetudinem uiaticum | 404.b |
| Minos iudex | 541 | Morum uirtus | 83 |
| Minos tibiam submouit à sacris, & coronam à luctu | 320.b | | |
| Minutius | 316 | | |

Mors

I N D E X.

| | | | |
|-------|------------------------------|--------|-----------------------------|
| 15.b | Mors breuis iucunda | 278 | Mulieres Aegyptiae domi |
| 159 | Mors optima inexpectata | | manent |
| 37.b | 338 | | Mulieres claræ |
| 292 | Mors unde fiat | 169 | Mulieres iracundiores sunt |
| 490 | Mors utrius sit, animæ an | | uiris |
| 133 | corporis | ibidem | Mulieres uirili habitu |
| 21.b | Mors medicus, orcus | 515 | Mulieres pudenda monstnan |
| ono- | Mors quibus rebus similis | | tes uiris suis |
| 67 | 516 | | Mulierum migratio |
| 5 fe- | Mors immatura | 522 | Mulierum nullum in tenc- |
| 255 | Mors iuuenum non est lu- | | bris discrimen |
| 77.b | genda | 531 | Mulieru perturbationes |
| 499 | Mors à multis malis sæpe li- | | Mulierum consilia |
| 61.b | berat | 528 | Muliebne silentium |
| edi- | Mors malorum non pœna, | | Muliebne, flere |
| atio | sed finis pœne | 187 | Mulius |
| 95.b | Mori est melius quàm uiuere | | Mundus an animans |
| 9.b | 516 | | Mundus qualis animans |
| sint | Mortem timere quid | 518 | Mundus an expers corru- |
| po- | Mortui putati ut recipiantur | | ptionis, unde alatur, à quo |
| 4.b | 427 | | elemēto adorsus fabricam |
| 394 | Mortui honore iuuandi | | mundi deus |
| di- | 529 | | Mundus an unus & finitus |
| 88 | Mortuus triduanus reuixit | | 112 |
| ra- | 206.b | | Mundus musica factus |
| 17 | Motus | 123.b | Mundi coagmentio |
| ici- | Mulæ cur steriles | 164.b | Mundi forma |
| uc- | Mulier optima quæ | 161 | Mundi structura, & cur sit |
| 4.b | Mulier frequētius indulgens | | cernuus |
| 83 | Veneri cur non concipiat | | Mundi extrarie partes, & |
| ors | 162.b | | nuncubi uacuum |
| | | | Mundi |

I N D E X.

| | | | |
|---|-------|---|-------------|
| Mundi pars dextera, & le- ua | 129.b | Myrrha Cynaræ | 228 |
| Muri quare sancti, & non portæ | 440 | Myrtis poëtria | 498 |
| Musica ueteres usi | 153 | Mysorum ac Phrygum fi- nes, prouerb. | 398.b |
| Musica instrumenta | 88 | N | |
| Musica augusta & adulte- rata | 133 | Nabis, Aristio, Catilina, simi- les'que ciues pro hostibus habendi | 37 |
| Musica conuiuijs apta | 155 | Narrationes amatorie | 561 |
| Musica coenula | 308.b | Nasica apophthegmata | |
| Musica fiunt rerum motio- nes | 155 | Nasus aduncus Persis in ho- nore & pretio | 69 |
| Musice nomina, & Harmo- nie | 575 | Nati è malis boni | 185.b |
| Musice tria genera | 125 | Natura, ratio, consuetudo, disciplina, exercitatio, ad operis perfectionem re- quiruntur | 242 |
| Musice auctus | 131 | Natura quid sit | 105, 125, b |
| Musice partes tres | 146 | Natura & fortuna | 476 |
| Musice studiũ & bona | 153 | Natura nullã nobis patriam dedit | 547 |
| Musice complures factio- nes | 581.b | Natura auarorum | 305.b |
| Musici | 580 | Naturæ iura uiolari nequeũt | 279 |
| Musici insignes | 123 | Naturæ magnæ exorbitant aliquando | 184.b |
| Musicus unde peritus eua- dere possis | 150 | Nauigia incensa per mulie- res | 164 |
| Musicantes reges | 245 | Nauis gubernator | 33.b |
| Mutationes maiores in ho- mine quàm in ciuitatibus | 197 | Nauis insignia | 174 |
| Mutius & Porsena | 215 | Nauplius | |
| Mutuuum rapere | 502 | | |
| Myronides | 298 | | |

I N D E X.

| | | | |
|--------------------------------|--------|------------------------------|---------|
| Nauplius | 493 | dies quæ sit | 474 |
| Naufithei fuga | 552 | Nomina Gratiarū unde sint | |
| Naxus & Thuria | 551 | indita | 342.b |
| Nœera | 189 | Nomphis | 175 |
| Neceſſitas | 124.b | None | 437 |
| Neceſſitatis eſſentia | ibidem | Non expectaram | 300.525 |
| Nepenthe quo Helena uſa | | Noſce teipſum | 532 |
| 450.b | | Nox iners | 351.b |
| Neptē ex ſore ſore ducere per- | | Nubendi tempus uirginum | |
| miſſum | 429 | uiduarumq; | 475 |
| Ne quid nimis | 532.a. | Nubes & pluuiæ | 139.b |
| 303.b | | Nugari Laconū nō eſt | 394 |
| Neronis anima uiſa | 115.b | Numæ fortuna | 45.b |
| Neroni tragicus ornatus ad- | | Numiſmata Iano & nau ſi- | |
| ditus | 245.b | gnata | 447 |
| Nectoris domus | 362.b | Nundinæ | 448 |
| Nete | 135 | Nunquā redibitis in patriam, | |
| Nicanor | 282 | cur dicatur | 491 |
| Nicander | 385 | Nuptiales faces | 425 |
| Niciæ dicendi infelicitas | 20 | Nuptialis ſatio optima quæ | |
| Nicoocrates tyrannus | 193 | 119 | |
| Nicostratis cædes | 196 | Nuptia noua cur limen non | |
| Nicostratus | 309 | transcendat | 441 |
| Nili exuperantia | 146.b | Nuptiæ quæ uetitæ, & quæ- | |
| Nimietas uitanda | 303.b | obrem | 476 |
| Niobe | 532 | Nutrices quales ſunt | 245 |
| Niuus & pluuiæ | 139.b | Nymphæus | 170 |
| Nix Aegyptia | 304.b | O | |
| Nobilitas & diuitiæ | 249 | Obiurgans culpæ ſe admi- | |
| Nomina matrum ſortiti | 175 | ſceat | 285 |
| Nominum imponendorum | | Obiurgatio Socratis, & quod | |
| | | obiurg | |

I N D E X.

| | | |
|--------------------------------|-----------------------------|------------|
| obiurgationi laus sit ad | Odoratus | 154.b |
| miscenda | Oedipodi curiositas | obfuit |
| Obsonatores boni | | 426.b |
| Obsoniorum artifices opti- | Officium medium, &c. | 90 |
| mi Alexandro uisi, noctur- | Olympiorum uictor | 20.b |
| na profectio ad prandium, | Olympus musicus | 128 |
| et prandij tenuitas ad coe- | Olympus inimitabilis | 135 |
| nam | Olympus funebris carminis | |
| Occupato non est moriendi | inuentor | 138 |
| ocium, iocus | Olynthus urbs euerfa | 357 |
| Ochna | Omnibus respondere serui- | |
| Ochus Xerxis filius | le, omnes despiciere stulti | |
| Ocrisia uirgo | & superbi est | 502.b |
| Oculus regis & Oeconomi | Onesicrates | 123 |
| pinguem facit equum | Onobatis apud Cumæos | |
| Odati & Zariadres ex ui- | | 480 |
| sione nocturna se mutuò | Onochus rex | 191 |
| deperierant | Onomademi de non expel- | |
| Odimus malos | lèdis omnibus inimicis sen- | |
| Odia bestiarum inter se | tentia | 46.a.295.b |
| Odia soluenda, non amicitie | Onoscelis ex asina Aristot- | |
| | nis filia | 231 |
| Odium non est cæcum | Opes arte parantur | 458.b |
| Odium auget uitiorum magnitudo | Opinio quid possit | 545 |
| | Opulentia est res leuis | |
| Odium & inuidia quid differant | | 361.b |
| | Oracula Apollinis | 212.b |
| Odij ortus | Oratio consolatoria | 507 |
| Odontismos | Oratio uiri ciuilis & Demo- | |
| Odoramenta uxoribus gra- | sthenis | 20 |
| uia ne ferant uiri | Oratio qualis sit | 252 |
| | Oratio | |

I N D E X.

| | | | |
|--|---|--|------|
| Oratio est actionis umbra | Panætius | 326 | |
| 258 | Pandæsia urbs | 61.b | |
| Oratio cui similis | 298 | Panicus terror | 310 |
| Oratores prohibiti | 97 | Panthoedas | 385 |
| Orchomenij | 176.b | Parallela Plutarchi | 213 |
| Orcus Pæan | 315 | Parasitus cancro similis | |
| Orcus cur dictus infernus | 240.b | | |
| 352.b | Parentibus unde cum genitibus similitudo, et unde cum alienis | 163 | |
| Orestes ultor necis paternæ | 237 | Pareusius fluuius | 240 |
| Ornatus nimius uitandus | 115 | Parrhasius | 237 |
| Orobos Trallianis quid sit | 500 | Papyrius sororem uiolauit, & se peremit | 231 |
| Orpheus quousq; perduxerit uxorem ab inferis | 212.b | Parysatis Cyri mater | 276 |
| Orthia lex | 128.575.b | Parmenio imperator | 282 |
| Ortus & interitus | 123.b | Pasiades Byzantius | 85.b |
| Oscula cognatis cur Romæ | | Pasiphaë similes | 110 |
| dent mulieres | 164.428 | Pater qualis sit | 264 |
| Osioter apud Delphos | 482 | Pater sit filio exemplo | 265 |
| Othryades | 215 | Pater patratu cur sit is, qui foecialium maximus | 456 |
| Ouium initus | 502 | Patientiæ secundum Chrysippum definitio | 100 |
| P | | Patientia Socratis | 259 |
| Pæanes | 124 | Patriam nullam nobis natura dedit | 547 |
| Pædaretus | 309.387 | Patriam reliquerunt philosophi | 556 |
| Palamneus quid | 490 | Patriæ plus quàm liberis concedendum | 37 |
| Palladis lex | 575.b | | |
| Palladium raptum | 225 | | |
| Palintocia Megarensiū | 487 | | |
| Panæma | 503 | | |
| | | ♂ Pat | |

I N D E X.

| | | | |
|--|-----------------|--|-------|
| Patres, & Patres Conscripti qui sint | 455 | populum dimisit | 251 |
| Patricius quare non habitet circa Capitolium | 469 | Pericles de æ ornatu ad bellum usum uendidit | 219.b |
| Patris in filios amor | 256 | Pericles Olympius | 536 |
| Patroclus in armis Achillis hasta abstinuit | 250.b | Periclis præoratio | 23 |
| Paulus Aemilius | 218.321 | Periclis imperium | 19 |
| Pauli Aemilij fortuna | 45 | Pericranus nisi perijssimus, inquit Themistocles | 149 |
| Paupertas ærumnosa quidē, sed secura est | 222 | Perillus artifex egregius | 238 |
| Paupertatē fateri non turpe est, sed nō effugere | 374.b | Perillo responsum | 286 |
| Pausanias | 221.385.4.190.b | Perse septem tiaram in anteriori capitis parte gestantes | 66 |
| Pecuniarum usus | 8.b | Persarum reges | 549 |
| Pecuniæ exactio | 279 | Persarū reges omnes pro seruis habent, præter uxores, quibus commode sint domini | 331.b |
| Pedetes Andron | 503 | Persides claræ | 169 |
| Pegasus nauis | 174 | Persis lacrymæ | 30.b |
| Pelopidas | 314 | Persei dictum | 370.b |
| Pelops, & eius proles ac uxor | 234 | Pes aliquando laxandus | 60 |
| Peregrinatio | 560 | Pestilentia Lacedæmonis & Valeriorum sedata | 236 |
| Perdiccas ad Alexandrum | 94.b | Petreius uiuus crematus | 53 |
| Pergamena mulier | 202 | Petronius Valentinus | 238 |
| Periander commode tardē perijt | 184.b | Phædra Minois regis filia, Thesci uxor | 235 |
| Pericles | 299.4.371.b | Phaëthon lacrymabundus | 12.b |
| Pericles mores cum magistratu mutauit | 15 | | |
| Pericles se imparatum dicēs | | | |

Phæth

I N D E X.

| | |
|--------------------------------|-------------------------------|
| Phaëthontis ob necem pul- | Philosophia quid tyranno |
| lati accole 194.b | profit 280 |
| Phalaridis uacca ærea 238 | Philosophiæ laus 254 |
| Phagilus apud Itachefios | Philosophi notantur 9 |
| 486 | Philosophi placita mutant |
| Phalerci statuæ 67 | 97 |
| Phantasia quid distet à phan- | Philosophi qui nihil scriptum |
| tasto 352.b | reliquerunt 65.b |
| Phantasie an ueræ 150.b | Philosophum debere maxi- |
| Pharmaca uitanda 324.b | me cum principibus dispu- |
| Pheræa Thebana 194 | tare 337.b |
| Pherecrates Comicus 144 | Philosophorum placita 104.b |
| Phedimus 193 | Philosophantes in morte, So- |
| Phcynnus musicus 237 | crates, & cæteri 561 |
| Philammon 125 | Philosophandum ne sit inter |
| Philantropos 131 | pocula 445.b |
| Philippus dormit 285 | Philoxenus 131.145. |
| Philippus luscus factus 219 | a. 75.b |
| Philippi iocus festiuus 301 | Philoxenus, bona, inquit, hæc |
| Philippi edictum 167 | me non perdent 226.b |
| Philippi consilium, ut se uiuo | Philoxenus & Gnatho gula |
| Alexander amicos com- | proceres 348.b |
| paret 29 | Philoxenus musicus 580.b |
| Philippi Alexandri patris | Phobus |
| apophthegmata 281 | Phocæ coagulum prodest |
| Pilippicæ Demosthenis 39 | 185.b |
| Philippides Comicus 210.b | Phocus Aeaci 230 |
| Philodemus 181 | Phoci filia 566 |
| Φιλοκόλαξ 229.b | Phocenses claræ 164.178 |
| Philosophia quid 104.b | Phocion 191 |
| Philosophia triplex ibidem | Phocion frugi 357.b |
| | α 2 Pho |

I N D E X.

| | | | |
|-------------------------------|--------|------------------------------|-------------|
| Phocionis in dicendo breuitas | | Pigritia | 9.b |
| 23 | | Pindarus | 316 |
| Pocionis dictum | 302.a. | Pindari ædes receptæ | 195.b |
| 270.374.b | | Pindari de pijs sententia | 339 |
| Phœbides per Agesilaũ ab- | | Piscis medicamento captus | |
| solutus | 33 | est insipidus | 109 |
| Phœnicis cerebrum | 321 | Pisistratus | 305.a.182.b |
| Phœnix Achillis pædagogus | | Pisistratus in senatu ut Ro- | |
| 247 | | mulus discerptus | 233 |
| Phos, id est lux, cur dicatur | | Pisistratus de filijs | 393.b |
| homo | 352.b | Pittacus tantum agri acce- | |
| Phrygia | 577.b | pit, quantum iaculo perie- | |
| Phrygius Nilæi filius | 189 | cit | 66 |
| Phrynes disterium | 304.b | Pittacus muliebris turbam | |
| Phyllis musicus | 579.b | sine turbatione tulit | 21.b |
| Phyximelum | 483 | Pittacus fratris amator | 391.b |
| Pindari dictum | 298.b | Pityoëssa | 192 |
| Pirei lippitudo | 299 | Placere multis quid | 250 |
| Pictorum mos | 246 | Placita philosophorũ | 104.b |
| Pictores insignes | 162 | Plato de mundo | 85 |
| Pictoris in equo pingendo | | Plato concentus cur repu- | |
| mirabilis casus | 457.b | diauerit | 137 |
| Pictura est pœtica muta | | Plato de animæ immortali- | |
| 479.b | | tate | 139 |
| Picus Martius | 50.b | Plato cur in Siciliam profe- | |
| Picum cur uenerantes ab eo | | ctus | 343.b |
| abstineant Latini | 435 | Plato utiliter notus Dioni | |
| Pieria mulier clara | 188 | 350.b | |
| Pieriã ut adamauerit Phry- | | Platonis resp. | 113 |
| gius | 189 | Platonis oratio magnanimis | |
| Picrius | 125 | & candida | 276 |
| | | Platonis | |

I N D E X.

| | | | | |
|-------|-------------------------------|------------|------------------------------|-----------|
| 9.b | Platonis dictum | 259.317.4. | audienda | 574.b |
| 516 | | 233.313.b. | Poëtica est pictura loquens | |
| 95.b | Platonis admonitio | 325.b | 479.b | |
| 539 | Platoni est homo animal uer | | Poëtica imitatrix morum, ui- | |
| aptus | fatile | 18 | ta, ac hominum | 495 |
| 109 | Pliftarchus | 387 | Poëtice ad duo utilis | 515.b |
| 82.b | Pliftonax | ibidem | Poëtice non reijciēda | 474.b |
| R0- | Ploides quæ sint | 481 | Poëtice admouenda philo- | |
| 233 | Plutarchus Traiani præce- | | sophia | 475.516.b |
| 93.b | ptor | 561 | Poëte damnant turpia quæ | |
| acce- | Plutonis regio | 540 | recensent | 481.b |
| erie- | Pocula inter leta non est ad- | | Poëte multa mentiuntur | |
| 66 | monendum | 278.b | 475.478.b | |
| bam | Poemandrus | 495 | Poëtarū subita mutatio affe- | |
| 21.b | Pœna qualis de inimicis su- | | ctus mouet | 494.b |
| 91.b | menda | 486.b | Poëtis non aliter credendum | |
| 192 | Pœna eorum qui palàm & | | atq; pædagogis et legum- | |
| 250 | qui clàm peccarint | 213.b | latoribus | 500.b |
| 4.b | Pœna eorum qui lucri causa | | Poësis allegoriæ | 482.b |
| 85 | iniuste egerunt, & quo- | | Politicae fundamentum | 10 |
| pu- | rum ob scelera descenden- | | Polites apud Epidamnios | |
| 137 | tes puniuntur | 214.b | 492 | |
| ali- | Pœna culpa grauior | 392.b | Pollis & Cratais fratres | 173 |
| 139 | Pœnæ malorū | 209.210.b | Pollux & Castor fratres ge- | |
| ose- | Poëtica omnis disciplinæ ini- | | mini & amantissimi | 590.b |
| 3.b | tium | 475.b | Poltya de Helena reddenda | |
| ni | Poëtica histrionice non ad- | | 276 | |
| | modum absimilis | 493 | Polybius | 324 |
| 113 | Poëtica bona & tristia con- | | Polybius de Gallis | 60 |
| nis | tinet | 473.b | Polycrita | 189 |
| 76 | Poëtica quo fructu iuueni | | Polycratidas | 388 |
| nis | | | ¶ 3 Polydorus | |

I N D E X.

| | | | |
|--|-------------|---------------------------------|--------|
| Polydorus | ibidem | Præco cur non ingrediatur | |
| Polydorus Priami | 230 | templum Ocridionis | 191 |
| Polymnestor | ibidem | Præcepta connubialia | 108 |
| Polynice | 217 | Præceptor puerorum qualis sit | 247 |
| Polyzelus cæcus factus | 214 | | |
| Pompa Bacchantium | 361.b | Præceptores ad quid condu- | |
| Pompeius Magnus | 331 | cant | 439.b |
| Pompeio obiectū, quòd unico digito caput scalperet | | Præfractis canticis & molli- | |
| 16.d.291.b | | bus abstinuere ueteres | 137 |
| Pompicio assurrexit Sylla | 30 | Præneste urbs | 240 |
| Pompeij ad rempublicā gra- | | Prænomina Rom. | 475 |
| dus | 25 | Prætorum uirgæ | 465 |
| Pontius | 58.b | Praxithæa | 227 |
| Popilius | 330 | Priamus | 230 |
| Popularitas | 20 | Princeps quid sit | 332 |
| Portiæ prudentia | 162 | Principi opus esse doctrina | |
| Porus rex | 74.b | 331 | |
| Pori responsum | 290 | Principes imitantes statua- | |
| Porsena rex | 179.215.219 | rios, qui colossos tibijs di- | |
| Posidens plura quàm sat est | | ductis fingunt | ibidem |
| incurabilis est | 355.b | Principum ad regulam com- | |
| Posthumius Albinus | 216 | paratio | ibidem |
| Posthumie risus | 291 | Principia quæ sint | 106 |
| Postridie Calendas, Nonas, | | Principiū uerū quod fuit se- | |
| Idus, cur dies habetur atri | | cundū philosophos | ibidem |
| 437 | | Principium & elementum | |
| Potentie ab ultimis ad pri- | | Prinistum oppidum | 240 |
| ma relationes habet | 197 | Problemata | 425 |
| Præceptum aureum de ui- | | Probitatis opinio | 17 |
| te ratione eligēda | 300.b | Prodici de igne, id est coctre- | |
| | | | 74 |

I N D E X.

| | | | |
|------------------------------|-------------|--------------------------------|--------|
| 7a sententia | 307.b | Pudoris immodici detriment- | |
| Prodigium uisum | 185 | ta | 369.b |
| Prophtasia | 66.b | Pudoris efficacia | 177.a. |
| Procli figmentum | 234 | 564.b | |
| Promantis, id est Pythias | | Puella auri pondere uiua ob- | |
| 519 | | ruta | 224 |
| Promedon | 189 | Pueri non cædendi frustra | |
| Prometheus | 541 | 257 | |
| Prorectis utendum | 44 | Pueri an sint amatoribus cõ- | |
| Profodium | 578.b | mittendi | 261 |
| Prudentia quadruplex | 509 | Pueri male instituti quales | |
| Prudentia informat affectio- | | tandem | 248 |
| num uim | 89 | Pueri mox pædagogis com- | |
| Prudentia secum non pu- | | mittendi | 246 |
| gnat | 95 | Pueris ad ludendum ueniam | |
| Prudentis est nonnunquam | | Anaxagoras postulauit | |
| tacere | 557 | 66 | |
| Psanatha | 230 | Pucrorum sepulcrum | 489 |
| Psoloës & Aeoleæ | 496 | Pulsus sui rationes nemo igno- | |
| Psycomantion | 520 | ret | 328.b |
| Ptolemæi Lagi dictum | 291 | Purgandi modi tres | 209.b |
| Ptolemæi Cerauni amici ui- | | Purgationis finis | 210.b |
| sum | 189.b | Purpurati cur non incedant | |
| Ptolemæis mulier musicæ pe- | | Tribuni, ut cæteri | 464 |
| rita | 381.b | Pyrauder saxis obrutus | 233 |
| Publicani turpes | 221.b | Pyrachmes uictus | 218 |
| Publio Rom. claudio quan- | | Pyrrhias bouem immolans | |
| tum sit agri datum | 66 | 494 | |
| Pudor duplex | 98 | Pyrrhie | 579.b |
| Pudor honestus adolescentu- | | Pythagoras Tyrrenus, pa- | |
| lorum | 321.503.544 | gina | 430.b |
| | | d 4 | Pytha |

I N D E X.

| | | | |
|------------------------------|-------|------------------------------|-----------|
| Pythagoras aucupium ueluit, | | Ratio & rota | 310 |
| & pisces captos mari re- | | Redde, fœneratorũ uerbum | |
| stituit | 294.b | auditu molestum & tem- | |
| Pythagoræ enigmata | 264 | pestuosum | 223.225.b |
| Pythagorici | 533 | Reduua | 8.b |
| Pythagorica mandata | 479 | Reges Homerici eloquentiæ | |
| Pythagoricum dogma | 85 | cupidi | 18 |
| Pytheas | 301 | Reges deorũ discipuli | 338.b |
| Pythæ dictum de Demosthe- | | Regis gestamen | 335.b |
| nis oratione | 20 | Rex magnus | 307 |
| Pythes | 188 | Regi sacrificulo cur non li- | |
| Pythæi diuitiæ, uxor, auari- | | ceat magistratum gerere, | |
| tia, & exitus | 210 | aut concionẽ habere | 457 |
| Pythæ de Alexandro face- | | Regulus auicula Aesopi | 30 |
| te dictum | 24 | Reipub. capessundæ uiæ | 25 |
| Pytho Nisibensis | 206.b | Remigum mos | 348.b |
| Python | 295 | Requies danda pueris | 257 |
| Q | | Rerum motiones non sine | |
| Quaternarius numerus san- | | musica | 154 |
| ctissimus Pythagoræis | 109 | Respectus hostium | 296.b |
| Quernæ coronæ causa | 469 | Respiratio | 157.b |
| Quies muta | 350.b | Retana ancilla | 232 |
| Quiescendum est | 526 | Rhadamanthus iudex | 541 |
| Qui se ipse non habet Samũ | | Rhetorica persuadendi ad- | |
| uult, prouerb. | 392 | iutrix, non opifex est exi- | |
| Quintius | 319 | stimanda | 17 |
| Quirinalia quare sint stul- | | Rhesus | 231 |
| torum feriæ | 468 | Rhetoræ Lacedæmoniorum | |
| R | | leges | 355 |
| Rapere mutuum | 502 | Rheximachidæ | 224 |
| Rationis habitus | 151.b | Rhiglus à balneo subitò | |
| | | mor | |

INDEX.

| | | | |
|-------------------------------|--------|------------------------------|----------|
| acerbam dedit | 260 | Stefichoria nouatio | 131 |
| Soteres | 85.b | Sthenius | 331 |
| Soterichus | 132 | Stilpo suorum nihil amisit, | |
| Spartiatæ | 14.390 | capta urbe, & bonis | 250. |
| Spartiatæ seruilibus non in- | | | 32.b |
| seruit | 394 | Stilponis filia impudica | 14.b |
| Species captat uiros | 114 | Stirpes quomodo augetant, | |
| Speculi usus | ibidem | & an sint animates | 170 b |
| Speculorum species | 153 | Stoicum decretum | 73.b |
| Spes Alexandri | 94.b | Stoicorum sapiens | 24.249.b |
| Spes perniciosa | 310.b | Stratoclis mæsis aurea | 11 |
| Speusippus | 281 | Stratoclis scurrilitas | 14 |
| Sphodrias | 33 | Stratonica Deiotari | 200 |
| Spolia dijs oblata cur situ | | Stratonicus de exilio | 550 |
| pereant | 445 | Stratonicus Rhodiensium lu- | |
| Sponsus cur sponsæ primum | | xuriam taxans | 357.b |
| iungitur in tenebris | 458 | Strobilus | 579 |
| Spirij unde dicti | 475 | Strophæ | ibidem |
| Stasirati responsum | 79.b | Struthias in Biantem | 245.b |
| Statuæ erectæ | 67 | Studiosi non parcentes cor- | |
| Statua equestris Clæliæ | 180 | pори taxantur | 329.b |
| Stellarum formæ | 131.b | Studiosorum exercitatio | |
| Stellarum ordo & situs | | | 314.b |
| ibidem | | Studiosorum secundæ men- | |
| Stellarum uectatio & motus | | se, poëticæ exercitatiun- | |
| ibidem | | culæ | 322.b |
| Stephanophoria | 195.b | Studiosis non uacat meminif- | |
| Steriles qui fiant tum mulie- | | se uoluptatum | 327.b |
| res, tum uiri | 163.b | Stultitia mortē lugentium | 533 |
| Steriles cur nulæ | 164.b | Stulti | 558 |
| Stesibrotus | 222 | Subalaria negotia | 271.b |
| | | Succ | |

| | | | |
|---|-------|---|---------|
| Succedere nõ debemus | 16.b | Tanaquilis astutia | 162.d. |
| Supplicia scelestorum cohibent alios | 201.b | Tantali saxum | 21 |
| Sus Mineruam. At ista Minerva in adulterio deprehensa | 22 | Tantalus & Phacethon caelo deiecti | 361 |
| Sycophantæ unde dicti, | | Tarpeia uirgo | 224 |
| 428.b | | Tarpeius mons | 239 |
| Sylla | 52.b | Tarquiniij expulsio | 179 |
| Sylla Felix | 330 | Tartarus | 340 |
| Sylla Iugurthæ à se capti imaginem in anulo gestabat | 29 | Taurutius | 444 |
| Sylla Marium deiecit ibidem | | Taxili responsum | 289 |
| Syllæ de sole dictum | 25 | Telamon | 220.230 |
| Syllæ fortuna | 46.b | Teleclus | 306 |
| Sylvia | 219 | Telecrus | 389 |
| Synorix uenenum bibit | 199 | Telegonus & Præneste | 240 |
| Syrarnnes | 273 | Telesterium | 578.b |
| Systema | 380.b | Telephila | 168 |
| | | Telephiam quia libera erat cogi uctabat Alex. | 289 |
| | | Tellen nouas tibias habet | 313 |
| | | Telephorus | 558 |
| Tacere quandoque expedit | 557 | Temperamentum adhibendum esui carniuum | 318.b |
| Tacuisse, poenituit Simonidem nunquam: locutum esse, sæpe | 305.b | Temperatura | 121 |
| Tenarus | 172 | Temperantia & intemperantia | 92 |
| Talasiij nomen cur inuocatur in nuptijs | 442 | Templum Dianæ in Epheso | 219.b |
| Talorum iactus | 527 | Tempori quod facias, rationi & | |
| Tanais traiectus | 91.b | | |

I N D E X.

| | | | |
|-------------------------------|-------|------------------------------|------------|
| ni & eruditioni fac | 525 | Theatra quādo cōdita ibidem | |
| Temporis essentia | 122.b | Thectamenes | 389 |
| Temporis punctum omnia | | Thematicos | 131 |
| uertens | 311 | Themis consultissima | 19 |
| Tempus | 122.b | Themistias | 389 |
| Tēpus maturat omnia | 507 | Themistocles in iactantem se | |
| Tenebræ an uisibiles | 153.b | Rempub. bene administra | |
| Terentius Probus | 318 | turum | 31 |
| Teres de se ocioso | 276 | Themistocles torquē auream | |
| Tergemini Tegeatæ, & Phe | | ab hoste noluit | 35 |
| neatæ, & Romani | 225 | Themistocles se nihil splen- | |
| Termino Deo quare nihil | | didum gessisse, quod inui- | |
| quod sit animatum sacrifi- | | dum nō haberet, dixit | 158 |
| cent Rōmani | 432 | Themistocles exul | 557.b |
| Terra, & quæ eius essentia, | | Themistocles ex Pausaniæ | |
| quantiq; sit | 142.b | familiaritate cōtraxit pro- | |
| Terræ figura, situs, inclina- | | ditionis suspicionem | 291.b |
| tio, motio, dimensio, motus | | Themistoclis insomnia ob | |
| ibidem | | Miltiadis trophæa | 15 |
| Tesserarum ludus | 290 | Themistoclis apophibegma- | |
| Teuthides | 298 | ta | 295 |
| Teutones | 57.b | Themistoclis notitia utilis | |
| Thales milesius | 106.b | Græciæ | 350.b |
| Thamyras | 125 | Theocriti philosophi in Ale- | |
| Thasus insula | 554 | xandrum dictum, & in | |
| Theagenis arrogantia | 42 | Antigonū, & in Eutropio | |
| Theagenis mors | 202 | nē coquorū magistrū | 261 |
| Theanūs dictum | 117 | Theodori ad Lysimachum | |
| Theanūs ornamenta | 122 | liberum responsum | 558 |
| Thearidas | 389 | Theopompus | 306.389.d. |
| Theatro ignota musica | 142 | 33.b | |

Theo

I N D E X.

| | | | |
|---|-----------|---|-------|
| Theopompi de Spartana salute sententia proba. | 56 | Titus in balneo extinctus | 301.b |
| Θεωπόμῳ | 142 | Tonitrua & turbines | 139.b |
| Therycion | 390 | Toredorax | 201 |
| Therpander musicus | 126 | Trabes in cælo | 138 |
| Thersitæ deformitatē corporis q̄ animi pluribus depinxit Homerus uersibus | 158 | Tragici | 133 |
| Thesei templum | 559 | Tragœdia | 474.b |
| Themothetæ & Archontes | 89.b | Trapezite | 532 |
| Thespesius | 208.213.b | Treres Ioniam inuasit | 70 |
| Θεσπείῳ | 488.b | Tribuna Stratocli & Dromocli di mensis æstimatum est aurea | 11 |
| Thracæ uxores uerberāt in Orphei uindictam | 194.b | Trite | 135 |
| Thuria & Naxus | 551 | Triumphantis ossa in urbem deferre, & cur triumphantes deprecentur Consules, ne conuiuio adsint | 464 |
| Thyades | 179 | Troades claræ | 163 |
| Thymocles | 209 | Troscius | 220 |
| Tiberij Cesaris dictū | 328.b | Tubarum usus | 142 |
| Tiberius in Capreis | 551 | Tullus Hostilius | 218 |
| Tibias ablegat Agathon e conuiuio | 361.b | Turunda | 50.b |
| Tibicen Tenæ ædem ne intret | 491 | Tuscium Samnij opp. | 238 |
| Tibicines in uestitu muliebri Idibus Ianuarijs cur urbem lustrabant | 453 | Tyliphus pastor | 237 |
| Tigranes | 57.b | Tynnichus filij mortem fortiter tulit | 395 |
| Timoclia | 202 | Typhones | 92.b |
| Timoleo Corinthius | 33 | Tyrannis genitrix iniuriæ | 85.b |
| Timotheus | 576.b | Tyranni magni boni principes effecti | 183.b |
| | | Tyrannor | |

I N D E X.

| | | |
|---|--------------------|---|
| Tyrannorum xxx. ciectio | autore Democrito | 312 |
| 176.b | Venus Dexicreontis | 502. |
| Tyrannis nulla fides habenda | 66 | Venus: & quòd Venerem Hippolytus salutet procul |
| Tyrrhenæ claræ | 172 | 341.b |
| Tyrteus | 136,397 | Vepolitanus |
| V | | 202 |
| Vacuum nunciubi sit | 122.b | 313 |
| Valeria Valerij filia | 229 | Verecundia vitiosa |
| Valeria Publicolæ | 179 | 363.b |
| Valerius Torquatus | 218. | Verecundia moderata innocentie custos |
| 223 | | ibidem |
| Valetudo bona est bonum diuinum | 307.b | Veritatem sequere |
| Valetudo prospera & aduersa, atq; senectus | 171.b | 261 |
| Valetudinis bonæ tuendæ ratio | 398 | Veritatis oratio simplex |
| Valetudini cõducentium memorabile dictum | 314.b | 266.b |
| Varietas in oratione | 252.b | Vestales incesti reæ cur uiuæ defodiuntur |
| Vatinius | 334 | 471 |
| Vegetatio | 171.b | Vestes beluis inuise |
| Veneri interdicta bella | 24.b | 120 |
| Venia interdum danda pueris | 265 | Vestes albæ cur in luctu mulierum |
| Veneralia | 449 | 439 |
| Venter caret auribus | 317.b | Vestium raptoribus ignouit tyrannus |
| Venti | 141.b | 279 |
| Venti & imbrium prognostica ex coruo, gallo, suc, | | Viaticum senibus modestia |
| | | 255 |
| | | Vicinus bonus |
| | | 297 |
| | | Victoria Cadmea |
| | | 258 |
| | | Vindicare tardè, lōgè est melius, quàm inconsultè |
| | | 186.b |
| | | Vindicta, numinis scra |
| | | 175.b |
| | | Vini effundendi ratio in Veneralibus |

I N D E X.

| | | | |
|---|-------|---|-------|
| neralibus | 449 | Vita triplex | 254 |
| Vini laus | 318.b | Vita, est æquiuocum | 488.b |
| Vir dominetur uxori | 110 | Vita optima quæ uirtute prædita, non quæ longissima | |
| Vir malus est qui malum laudat | 381.b | | 522 |
| Viri nõ irritent uxores | 119 | Vita est poena | 529 |
| Viri uitia in uxorem redundant | 112 | Vita est punctum | 535 |
| Viri non cum alijs mulieribus uersentur | 119 | Vita est deorum depositum homini datum | 532 |
| Vires corporis facile contabescunt | 250 | Vita non uita, sed labor censeatur | 538 |
| Virgulæ cœlestes | 141.b | Vita sedentaria marcorem conciliat | 350.b |
| Virginum uiduarum quæ nubendi tempus | 475 | Vitanda in ridiculis | 21 |
| Virginalia | 578.b | Vitæ humane spatium apud deum uix est momentum | |
| Virtus quid | 84 | | 188.b |
| Virtus à materia semota | 83 | Vitæ ratio exacta inutilis | |
| Virtus sola beat | 250 | | 312.b |
| Virtus triplex | 104 | Vitia uirtutis specie fucata, magis nocent | 363.b |
| Virtus quid significet | 492.b | Vitia hamis similia | 156 |
| Virtutum & morum profectus argumenta | 523.b | Vitium ubi unum, ibi plura | |
| Virtuti obijci solita | 42.b | | 192.b |
| Virtutis elementa | 263 | Vitio omni careat, qui alios reprehendit | 298 |
| Virtutis sanum | 54.b | Vlciscendi modus | 180.b |
| Virtutis laus | 397.b | Vlysses è caprisico pendens | |
| Virtutis lux | 351.b | | 33.b |
| Visa an sint uera | 150.b | Vlyssis ædes iuxta Leucipidarum templum | 501 |
| Visus, & qui fiat | 152.b | | |

Vltionem

I N D E X.

| | | |
|------------------------------|---|--|
| 254 488.b pre ima | Vltionem de inimico negli- gere est humanum 294.b | Vtilitas nulla tarde uindi- ctæ 178.b |
| 529 535 utum | Vltione quando utendum 403.b | Vtilitatis ex inimicis capien- de ratio 293 |
| 532 cen- | Vngi sub dio quare Flami- ni diali nefas 446 | Vulcanus 55 |
| 538 orem | Vniuersum an unum 112.b | Vulpes Aesopica 344.b |
| 50.b 21 apud utum | Vocabula in seditione muta- ta 243.b | Vultur in augurio 469 |
| ilis | Vocabulorū usus rebus sub- iectis inseruat 488.b | Vxor freno regenda 110 |
| cati, 63.b 156 lura | Voconius 335 | Vxor mariti parentes suis preferat 118 |
| alios 298 80.b dens | Voluptates superare ratio- ne, sapientis est 254 | Vxor uirum ne irritet 120 |
| cip- 501 nem | Voluptates & appetentiæ unde fiant animalibus 171.b | Vxor leta sit coram uiro 115 |
| | Voluptates ab animo in cor- pus scatentes perniciosif- simæ 304 | Vxor ne sit amicæ similis 116 |
| | Vomitus & alii subductio- nes uitandæ 322.b | Vxor pareat ibidem |
| | Vortices cœlestes 139.b | Vxor uiro loquente fileat, & silente loquatur 118 |
| | Vox an sit incorporea, & quomodo fiat Echo 156.b | Vxor detractrices caueat 119 |
| | Vox anini index 70.b | Vxor uiri moribus conso- net 111 |
| | Vocis definitio 123 | Vxor maritum imitetur 112 |
| | Vocis commodum exerci- tium 315.b | Vxor splendeat uiro, non alijs 110 |
| | Vsuram lex uctans 219.b | Vxor si premat, ne ferat 114 |
| | Vtilitas ex conuiciando 298 | Vxor non oculis aut digitis capienda, & cur speculo utatur 114 |
| | | Vxor non habeat amicos proprius, sed cum uiro communes 112 |
| | | Vxoris |

I N D E X.

| | | | |
|--------------------------------|------|----------------------------|---------|
| Vxor̄is ducendæ ratio | 98 | fit | 293 |
| Vxor̄is Aristotim̄i suspē- | | Xenocrita | 207 |
| dium | 186 | Xenophanes pauper | 278 |
| Vxor̄i opus est gratijs | 115 | Xenophanis Lagi ad Her- | |
| Vxor̄i est conuiuendum | 111 | moncū scitē dictum | 370.b |
| Vxor̄i uir dominetur | 110 | Xenophon | 8.b |
| Vxor̄i domi manendum | 116 | Xenophon de principe | 59 |
| Vxor̄ē ducāt lasciui, & qua- | | Xenophon Socraticus de fi- | |
| lis sit uxor ducenda | 266 | lij obitu | 536 |
| Vxor̄em ducētium comæ cur | | Xenophontis dictum | 293 |
| hasta discriminentur | 468 | Xerxes & Agesilaus | 214 |
| Vxor̄em repudiare quare nō | | Xerxis stoliditas | 68 |
| liceat | 451 | Xerxis probe dicta & facta | |
| Vxor̄em cur Maio mense nō | | | 274 |
| ducant | 467 | Xerxis ad montem episto- | |
| Vxor̄es sunt ferendæ | 108 | la | 393.b |
| Vxor̄es Romanæ cur nec | | Z | |
| molant, nec coquant | 467 | Zelia colonia | 174 |
| X | | Zeno | 293 |
| Xantippe Socratis uxor | | Zeno cithara motus | 88 |
| 293.b | | Zenonis in rerum amissione | |
| Xen. enetus | 22 | constantia | 13 |
| Xenocrates Poëta | 130 | Zenonis Resp. | 67.b |
| Xenocratis de disciplinis sen- | | Zenonis egregie dictū | 553.d. |
| tentia | 105 | 377.b | |
| Xenocratis de philosophan- | | Zepoëthus rex | 501 |
| tibus sententia | 95 | Zeuxidamus | 390 |
| Xenocratis in contemnenda | | Zoilus sacerdos | 496 |
| pecunia uirtus | 75.b | Zopyrus, & de eo Darij di- | |
| Xenocrati munus accipere | | ctum | 227.274 |
| recusanti quid responsum | | | |

FINIS.

NICOLAI SAGVN-

DINI AD CLARISS. IVRE

CONSULTVM, PATRI-

cium Venetum, M. Donatum,

in Plutarchi de Ciuili

institutione, tra-


ductio -

ncm

Præfatio.



V^o M plerisq; alijs humanitatem, erudi-
tionem, animi magnitudinē tuī, præstan-
tissime Marce, intelligere potui, tum uerò
hoc maxime, quòd te uehementi amore
Græcè dicēdi sepe numero flagrare ani-
maduerti. Eius enim te rei nō propterea cupidū esse sentio,
quòd ostentationis gloriolæ ue cuiuspiam studio rapiaris,
quippe cuius spectata grauitas sapiēterq; institutæ ratio ui-
tæ, cuiuscemodi te uacare affectionibus persuadere mihi fā-
cile potest: neq; quòd Græca faciūdia dictionis ue peregri-
no lepōre paulò altiuscule te ipsum imbuere uelis, tanquā ad
Atheniēses quandoq; aut Lacedæmonios pro suggesto sis
habiturus orationē; quin ut Latinā eloquētiā, qua plurimū
uales, ueluti cōdimētis quibusdā aspergas, remq; satis per se
cōptā, copiosam, luculentā, suauē, pro uirili parte iucūdio-
rem, distinctiorē, locupletiorē, ornatiorēq; reddere pos-
sis. Ad hæc ut de doctis tum præsentis, tum futuræ ætatis
hominibus optime promeritus uideare, qui quæ apud Græ-
cos digna nactus esses, quibus in Latinū uertēdis operā im-
penderes, sedulò hæc Latina efficeres. Etenim re uera, si li-
berè loqui licet, splēdescit magis nescio quomodo, atq; liqui-
dius



2
 dlus elucescit, & tanquã p̄egrinarũ adiectione gemma-
 rum & mercũ cõditior & illustrior Latina oratio fit, ubi
 Græcicæ supellestilis quippã literatè, aptè, peritè demũ
 intertextueris. Hanc ego humanitatẽ egregiamq; uoluntatẽ
 tuã diu mecũ summopere admiratus, dignissimã continuò
 arbitratus sum, quam ingenti cõmendatione & laude erudi-
 tissimus quisq; omni studio prosequatur. Quid enim quæso
 præclarius, quid præstabilius homini contingere potest,
 quàm quæ honesta natura sunt, studiosè expetere? quid fru-
 ctuosius, quid uitæ cõducibilius, quàm quæ semel expetẽda
 delegeris, hæc ut tibi cõpares, elaborare atq; admitti, nempe
 ut ijs potius ad cõmodũ uti queas? Quid deniq; liberalius,
 quid cõmunius, quàm ea in usum cõferre hominũ, & qua-
 dem ultro atq; gratuito, quibus adipiscendis ipse diu mul-
 tumq; insudaris, diligentia, studiũ, operã exhibueris, uigi-
 lias quam plurimas egeris, sumptus, necesse fuit, pertuleris?
 Enimuero immortale nomẽ, & penè diuinos honores his
 rationibus plerosq; mortalium consecutos accepimus, pro-
 pterea quòd suapte industria, felicitate quadam ingenij fre-
 ti, optimarũ inuectores artium atq; excultores quum ex-
 titissent, his nõ contenti, ut qui non modò se sibi, uerum alijs
 quoq;, atque adeo cuncto mortalium generi natos arbitra-
 rentur, sua inuenta, suorum quoq; laborum & industrie
 fructus, citra omnem inuidiam satis expolitè atq; limatè ad
 posteritatis utilitatem literis & memoriæ tradere destina-
 rant. Hos tu Marce optime imitaris, horum instituta ge-
 nerose secutus uirtutem in primis adamauisti, humanita-
 tem & bonas artes amplexus es, tale tibi sumpsisti nego-
 tium, unde clarissimo tuo nomini immortalis gloria qua-
 reretur, & bene de alijs promerendi facultas ubertim tibi
 suppeditari queat. Gratulor itaque tibi, quem non ad fa-
 stum

stum ingens splendor natalium rapuit, non ad superbiam amplitudo magnitudoq; patriæ traxit, non deniq; fortune & opes & id genus perniciose illecebræ ad uoluptates & luxum pellicere potuere, quando præsertim plerofq; huc occæcatos ferri atq; præcipientes ruere quotidie cernere licet: sed uirtus, sed probitas, sed doctrina & uitæ optima ratio ad humanitatem, comitatem, facilitatem præclare instituit & perpulchrè ornauit. Id quod hominum grauiſſimorum ſententia, opulentiſſimum patrimonium, opimus & fructuoſiſſimus ager, nobilitatis firmiſſima ſedes, ueræ ac ſolidæ gloriæ certiſſimum domicilium, tutiſſimum uitæ ualidiſſimumq; præſidium ſemper habitum eſt, atque omnium quæ homini contingere poſſunt, antiquiſſimum & pulcherrimum. Et rectè quidem: uirtus enim una res omnium eſt, ad quam nati præcipue ſumus, quæ non temeritate & caſu, non cæcis affectibus, non effreni obſequio appetitus comparari poteſt, ſed ratione, uoluntate, conſilioq; expetita & delecta diligentia, deinceps ſtudio, aſidua opera, actionibus perſecitur noſtris, nec alieno impulſu, neceſſitate uel ulla adhibita, ſed uoluntate libera, ductu atq; iudicio noſtro ſinem aſſequitur. Hæc ſemel rectè poſſeſſa & parta, actis iam altè radicibus, ipſa ſui cuſtos uigilantiſſimus eſt, ipſa ſe ſuis tuctur artibus, ſuis armis repugnat, & ab omni iniuria ſe fortiter uindicat, ægritudinem ab animis amolitur, culpa uacat, ſecuritate gaudet, ſe ipſa demum contenta uiuit & uiget nunquam interitura, nuſquam offenſura, nullibi detrimentum factura. Suis etenim innixa uiribus, nullis machinamentis fortunæ dimouetur loco, nullis improbitatis tormentis labefactatur, nullis inuidiæ morſibus leditur. Ego uerò ſortem uehementer indoleo noſtram, quæ ita tuliffe uidetur,

ut per occupationes priuatas & publicas tuas minus tibi
 licuerit Græcis literis operam dare, atq; cognitionem eius
 rei reliquæ eruditioni tuæ, uti cumulum quendam, & ad-
 sciitū ornamentum apponere. Et hæc hæctenus. Cæterum
 ut de me aliquid dicam, fateor uir præstantissime, huma-
 nitatem erga me, atq; beneuolentiam tuam multiplici signi-
 ficatione rerum recognouisse. Illud uerò non iam odore
 quodam, & umbratis sum uestigijs affecutus, quin lucu-
 lenter perspectum, exploratum, compertum habeo, haud
 stetit per te, quo minus honore & commodis auctus, re-
 liquum quicquid superest uitæ in tranquillo locare, atq; se-
 cure degere possem. Quod etsi tantum tibi debitum solue-
 re, gratiamq; referre minime possum, soluendo enim non
 sum, tentare tamen aliquid in gratiam tuam uolui, quo mea
 in te uoluntatis testimonium & haud ingrati animi docu-
 mentum daretur, ea in re potissimum in qua non ægre ni-
 mis operam ipse ponere possem, & eandem tibi fore iucun-
 dam existimarem. Inchoaui proinde opus, absoluiq; hor-
 tantibus maximè, & mihi mea sponte currenti calcaria
 propemodum adigentibus, Phæbo Capella, Marcoq; Au-
 relio, uiris probitate, eruditione, natura egregijs, & ut
 mihi amore, consuetudine, familiaritate, & pene necessi-
 tudine quadam arctè deuinctis, ita nomini tuo haud uul-
 gariter deditis, atq; honoris & famæ obseruatissimis tua.
 Illum ergo librum Plutarchi, uiri profecto illius grauissi-
 mi, qui omni ratione instituere conformareq; eum uidetur,
 qui rempublicam administrandam capeßere animo desti-
 narit, atq; in ciuitate futurum se principem, & patriæ sa-
 lutarem ciuem exoptet, hunc inquam librum Latinum de
 Græco tuo nomini efficiendum suscepi. Quem quidem il-
 circo mihi potissimum, in quo traducendo consumerè ope-

ram, deligendum existimaui, cum quòd ad hanc diem, quod
 scire possim, in Latinum uertendum aggressus est nemo,
 tum uerò quòd mirum in modum rem eiusmodi tibi posse
 accommodari sum arbitratus. Ea enim in republica natus
 es, quæ magnitudine, fortunis, pulchritudine, uiribus, reli-
 gione, fide, iustitia, opibus, imperij ditionisq; terra & ma-
 ri amplitudine, antiquitate, autoritate, splendore, rerum ge-
 starum gloria, fortissimis, ac præstantissimis ciuibus, opti-
 mis temperamentis, & legibus ita pollet, adeò nobilis est
 & illustris, ut non modò cæteris huius seculi ciuitatibus
 sine ulla controuersia antecellere uideatur, & iure præ-
 ferri possit, uerumetiam cum ijs quas antiquitas tulisse tra-
 ditur, quæq; rerum longè lateq; diu potitæ, pace & bello,
 domi & foris floruisse commemorantur, omnibus rebus,
 omni commédationis & laudis genere strenuè cõtendere,
 atq; ut aiunt, suo Marte certare possit. Cæterum in ea uir-
 tute, probitate, doctrina, prudentia uires: ea integritate, sa-
 pientia, fide, consilio, abstinèter, grauitè, innocenter, per-
 sanctè, tum legatus tum prætor dubijs temporibus, atque
 difficillimis rebus rempublicam foris gessisti: talem in ma-
 gistratibus & honoribus, qui tibi frequentissimè deferrun-
 tur, te domi iam ostendisti, atq; in dies magis ostendis: ita
 temperanter, tam lautè, sic frugalitè & modeste rem do-
 mesticam, & familiarem tueris, ut meritò iam iudicio om-
 nium, autoritate, existimatione, gratia in ciuitate existas,
 & plurimum ualeas, magisq; quotidie te ualiturum su-
 peris approbantibus confidendum sit. Tibi itaque uiro
 optimo, & in florentissima republica clarissimo ciui, opus
 hoc maximè conuenire, atque tuo nomini oportere dicari
 putauit. Hoc loco de grauitate Plutarchi, ipsius eruditione,
 existimatione, prudentia, plurimarum & maximarum

rerum scientia, deq; in omni doctrinarum genere singulari quadam cognitione, dicendum mihi merito arbitrarer, ni id omnino certissimis rationibus superuacaneum futurum animo cernerem. Ita enim fama nomenq; uiri illius percrebuit, tam per cruditorum omnium ora uersatur & uolitat, adeò locis omnibus scripta eius admirabiliter celebrantur, ut Græciæ iandiu fines transgressa, maria percurrerint, uniuersam Italiam occuparint, nemoq; inter doctos, & humanitatis cultores sit, quem nomen, quem grauitas, quem rerum ubertas, quem dicendi copia, quanta in illo fuerit, fugiat. Nam etsi Græcus homo Græcè scripta edidit sua, usque adeo tamen gustata Italos delictarunt, ut omnes qui Græcè sciunt, pro ingenio & facultate dicendi quisq; scriptis eius traducendis, eruditionis suæ & quatenus Græcè ualent periculum facere certatim inducant animum: & ut semel dixerim, is paulò indoctior, & penè insulsior inter doctos & eloquentes haberi solet, qui Plutarchi scripta ignorare omnino uidetur. Postremò opus ipsum quod Latinum utcunque factum tuo nomini dedicauit, laudibus impræsentiarum efferre, & siue totius materiam operis unum in argumentum redigere, seu membratim per partes diuidere, nequaquam consilium fuit. In manibus enim est, quod statim euoluas licet, nec legas modò, uerum quoq; perlegas, atq; identidem lectites: unde qua sapientia, quo consilio, quo rerum ordine & iudicio, quibus institutis & rationibus totum hoc negotium contextatur, animo percipere queas, & ut ita dixerim, singulis diligenter expensis, quo rerum pondere, qua uerborum potestate & ui, qua dicendi serie explicata omnia sint, quanti deniq; faciendæ, haud difficulter considerare. Equidem qua fide, qua diligentia, quibus rationibus potui, res

tui, res ipsas seuerè secutus, ueritatem sententiarum sincerè seruauit. Ceterum uerbis ipsis eatenus indulgendum inferuendumq; censui, quatenus comoditas linguae & tenor Latine dicendi permittere uisus est. Saluis enim rebus uerba ipsa quandoq; mutare & paululum inuertere, quo dicendi contextu & orationis equabili filo religioni aurium modicè mos gereretur, non ab re neq; alienum putauit: quando praesertim uel maiorum exèplo tutò id fieri posse, non nisi rudis rerum & imperitus, aut nimium pertinax ire inficias potest: modò si quae singillatim uertendo numero reddere ut recepta sunt nequeas, usu scilicet repugnante uerborum, & grumulos eiusmodi & salebras equore & planitie detractante orationis, uì dein atque pondere referendo, rebus ipsis integrè ratione & uia facias satis. Nec arbitror ullum tam iniquum rerum extimatorem, tamq; acerbum, atq; inexorabilem fore iudicem,

qui utriusq; linguae peritus absurdum hoc facinus audax ue & toleratu indignum negotium dicere possit, negctq; fieri oportere, ubi per nominum uertendorum asperitatem,

si secus res pertractare uelis,
duriter & inepte com-
mitti oratio & peni-
tus inconcinne
componi uideatur.

Vale.

PLUTARCHVS

CHAERONEVS TRA-
IANO IMPERA-
TORI SAL.



ODESTIAM tuam noueram non appetere principatum, quem tamen semper morum elegantia mereri studuisti: quo quidē tanto dignior iudicaris, quanto à crimine ambitionis uideris esse remotior. Tuæ itaq; uirtuti congratulor, & fortunæ meæ: si tamen recte gesseris quem probe meruisti: alioqui te periculis, & me detrahentium linguis subiectum iri non dubito: quum & ignauiam Imperatorum Roma non ferat, & sermo publicus delicta discipulorum refundere soleat in præceptores. Sic Seneca Neronis sui culpa detrahentium linguis carpitur: adolescentum suorum temeritas in Quintilianum refunditur: & Socrates in pupillum suum clementior fuisse culpatur. Tu uerò quiduis rectissime geres, si non recesseris à teipso: si primum te composueris, si omnia disposueris ad uirtutem, recte tibi procedent uniuersa. Politicæ cōstitutionis, morumq; uires tibi descripsi, cui si obtemperas, Plutarchum uiuendi habes autorem: Alioqui præsentem epistolam testem inuoco, quod in perniciē imperij non pergis autore Plutarcho.

Vale.

PLVTARCHI

CHAERONEI POLI-
TICORVM, SEV, DE

Ciuii institutione, opus, ad
Traianum Impe-
ratorem.

*

NICOLAO SAGVNDINO

INTERPRETE.



I Q V A M ad rem poë-
ticum illud accommodari po-
test, ô Menemache, ex Ache-
is nemo reprehendet uerba,
nec obloquetur, uerum res
exitum inuenit nullum: haud
absurdè ijs quoq; Philosophis
mihi cōuenire uidetur, qui, ut
aliquam rem adeas, adhortantur quidem: sed nihil ipsi sug-
gerere, nullam ue rationē, quonam pacto id fieri oporteat,
asserre uidentur. Sane nō illis absimiles, qui lucernæ, ut ar-
deat, lychnum emungūt, & manu cōtrectāt, ceterum olei
nihil omnino infundunt. Equidē te iampridem ratione atq;
cōsilio uideo ad Rempubicā capessendā impulsū, uolen-
tem pro domestica nobilitate, et gloria, in rebus patriæ cum
dignitate uersari, atq; iuxtā & uerborū oratorē, & rerū
actorē effici. Verū quòd per ætatē tibi philosophiæ nauare
operā minus licuit, neq; in aperto & sub dio, ut aiunt, ne-

a 5

gotijs



gotijs te publicis, atq; rei administratione ciuilis exercere
 quiuisti, & facta cōspicere, unāe nō tam oratione & uer-
 bis, quān ipsiis rebus exēpla capere posses: proinde petis à
 me, ut tibi præcepta dem aliqua, quæ ad Rempublicā admi-
 nistrandā, atq; dignitatē tuendā attineant. Id quicquid est
 operæ, tibi negare periniquū equidē duxi: opus uerò ipsum
 diligentia & desiderio tuo, uoluntate item erga te mea di-
 gnum ut euaderet, uehementer optaui. Demū, ut tu popo-
 scisti, uarietate sum exemplorū paulò accuratius usus: quip-
 pe qui ex industria multa undiq; congesi. Principio itaq;
 uoluntas & propositum ipsum Reipublicæ capeffendæ
 ueluti fundamentum aliquod firmum atq; præualidum ia-
 ciendum est, ut ratione id atq; iudicio proficisci, non trepi-
 dationem animo, sollicitudinem uē inijcere uideatur, æquē
 ac si res tanta inanis studio gloriæ, contentione uē ulla, po-
 stremodò cessatione & ocij gratia suscipi uideretur. Nam
 ut quibus donū nil boni usui est, libenter hi foris degunt,
 atque nullo rerum usu maximam partem temporis in fo-
 ro absument, sic quoque nonnulli quod sibi nihil operæ
 pretium domi priuatimq; exhibetur curandum, publicis
 se propterea implicare negotijs pergunt, non secus atque
 si terendi ocij gratia sibi duntaxat eò diuertendum esset.

2 Pleriq; alij forte fortuna Rempublicam attigere, qui mox
 fastidio & rerum satietate affecti, inde auersi ad ocium se
 à negotio uindicare percupierunt: quod facile sibi effice-
 re nequuerunt, ut quibus idem accidit, quod ijs qui ge-
 stationis, ac paulum exercendi sui causa nauem ingressi,
 leuem futuram ac facilem nauigationem rati, porrò tem-
 pestate subita in pelagus tracti, terram uersus identidem
 spectant: qui etsi facti à se pœnitet, at nihilominus inuiti
 & anxij nausea uertigineq; affecti manent in nauī. Et

hos

hos candida in tranquillitate pulchellæ nauis cursu sul-
 candi maris per iniuriam numinis cupido uana incescit. Hi
 mihi uidentur cum poenitentia facti, tum uerò microrum
 animi maximæ rei detrudere, quando aut assequendæ glo-
 riæ spe adducti, postea in ignominiam incidunt, aut ter-
 rori se alijs futuros opum ingenti ui rati, demum pericu-
 losis ipsi negotijs impliciti perturbantur. Enimvero qui
 ut sibi maxime conuenit, & rationis & consilij ductu
 pulcherrimum hoc Reipublicæ gubernandæ negotium
 capeunt, nulla hos harum rerum à proposito abstertere
 potest, nec poenitet, nec piget ceptorum, ut retro cogita-
 tione cogantur respicere. Nec enim tanquam ad nundina-
 nas & lucella eundum est ijs, qui sibi gubernacula Reipu-
 blicæ committi uolunt. Quemadmodum Stratoclem illum
 & Dromoclidem accepimus solitos sese mutuò ad messem
 auream inuitare: sic enim ioco tribunal & curiam appel-
 litare consueuerunt. Neq; perturbatione commotum ani-
 mi, atque affectu impulsus, in administrationem Reipu-
 blicæ uadere quenquam oportet, subitario utique impetu
 ueluti numine raptum. Quemadmodum C. Graccho usu-
 uenisse accepimus, qui sub recentem fratris calamitatem à
 muneribus Reipublicæ sese abdicauit, mox contumelia
 maledictisq; percitus, aliquorum inflammatu ira, in mu-
 nus publicum se rursus recepit, non multò post negotio-
 rum fastidio, & honorum satietate affectus, eiusmodi
 onus & sarcinam ponere cupiebat, quietis & ocij inops:
 ceterum id consequi ob magnitudinem contractæ iam po-
 tentiæ haud potuit, ut inde ad extremum perierit. Qui
 uerò emulatione ambitioneq; ducti, fingere se, atque hi-
 strionum in morem ad spectaculum componere pergunt,
 hos rerum suarum tedium capiat demum necesse est: Quan-
 doquid

doquidem aut ijs, quibus imperitare cupiunt, seruire coguntur: aut hos, quibus obsequi maxime & placere uolunt, offendunt. Mihi quidem uidetur, eos coepi mox poenitere, & animo perturbari, qui se in aliquem puteum temere & ab re demittunt: ijs uero recte euenire, ut & rebus semper modice atq; modeste utantur, & nihil contingat, quod ulla eos molestia & difficultate implicitos habeat, qui freti consilio per ocium non praecipites, sed ex instituto eò descendunt: quippe qui actionum omnium, atq; uite totius finem honestum sibi constituunt & proponunt, nihil praeterea aliud. Hac uoluntate, his artibus, hoc firmo incommutabiliq; innixum iudicio, uertere se inde ad mores ciuium cognoscendos oportet, atq; eorum penitus exploranda atque pertractanda ingenia. Quae res temperamentis optimis atque rationibus constituta eiusmodi est, ut appareat plurimum, ualeatq; longè necesse sit. Etenim statim mores & ingenia conari mutare populi, nouisq; ea legibus moderari extemplo uelle, non modò non facile, uerum ne tutum quidem omnino est, ut res quae multo tempore, & ingentibus uiribus indiget. Proinde quemadmodum uini usus initio quidem arbitrio atque lege bibentis regitur, ubi uero sensim ac placide calefecerit hominem, immutare continuo incipit, atque nouis imbueri moribus, hac ratione decet uirum ciuilem, & Rempublicam tractare incipientem, tandiu ciuium moribus consentaneè uiuere, & se ad eorum naturam accommodare, atque scite coniectura sectari ea & assequi, quibus populus soleat delectari, & quibus adduci facile, donec opinione uirtutis, & fide iam comparata, autoritate inniti possit. Varij enim sunt populorum mores, uaria ciuitatum ingenia. Athenien-

sis popu

sis populus facile concitatur ad iram, at idem facile ad
 misericordiam flectitur: celeriter suspicari, quam tardè
 & leniter edoceri mauult: ut ad opem ferendam inglo-
 rijs & humilibus promptior est, ita iocos atque ridicula
 libenter amplectitur. Eum coràm si laudes, delectatur:
 hunc ipsum si reprehendas, grauate non fert. Formidabi-
 lis est uel principibus: idem dehinc humanus, & clemens
 etiam hostibus. Alia Carthaginensium est natura, alia
 morum & uitæ ratio. Acerbi sunt, tristes, facile magistra-
 tibus parent: iidem subditis sunt molesti & graues, igna-
 ui aduersus pericula, immanes & truces ira perciti, per-
 stant pertinaciter in sententijs, ad iocos & urbanitatem
 duriores, quam quos ulla ridicula mollire gratia possis.
 Iis nunquam probari posset illud Cleonis, qui iam coacto
 senatu, dijs se inquit rem sacram fecisse, hospites lautè ac-
 cepturum, precari perinde senatum in præsens dimitti,
 atque in diem insequentem reijci. Id risu Athenienses ex-
 cipientes continuo coctum soluerunt. Multo minus Alci-
 biadem tolerandum censuissent Carthaginenses, cuius,
 dum sententiam frequenti senatu de re seria dicit, cothur-
 nix euolauit è sinu. Eam Athenienses auiculam studiosè
 per curiam cursitantes aucupati, Alcibiadi reddide-
 runt. Vtrunque Carthaginenses necassent, utputa cor-
 ruptos delicijs, atque per lasciuiam molliter contumelian-
 tes. Quandoquidem Hannoni, uiro insigni, quòd leo-
 nis in expeditione opera usus esset ad utensilia conue-
 ctanda, insimulantes affectatè tyrannidis, poenam exilij
 irrogarunt. Equidem arbitror, ne Thebanos quidem de-
 stituros fuisse, quo minus hostium literæ, quæ in eorum
 manus uenissent, resignatè perlegerentur. Atqui Philip-
 pi tabellarijs captis, qui literas ad Olympiadem datas de-
 ferrent

ferrent, Athenienses non resignarunt, mariti peregrinantis arcanam uxoriā comitatem detegendam omnino atq; referendam minimè arbitrati. Rursus mihi non uidentur laturos fuisse Athenienses fiduciam atq; libertatem Epaminondæ, cui dies dicta quum esset, causam ad populum dicere noluit, quin è theatro per concionem incedens, sese in gymnasium omnibus spectantibus contulit. Multo minus Spartiatis æquanimiter accepturos fuisse puto Stratoclis scurrilitatem, atque adeo insolentiam: Is enim perinde ac re optimè gesta uictoriæ partæ nuncium accepisset supplicatio dijs immortalibus ut publicè decerneretur retulit persuasitq;. Non multo post cladis accepto certo nuncio, proq; eo, illius factum populo, ut par erat, indignè ferente, singulos rogabat, num iacturæ quippiam fecissent, quòd totum triduum per se illa fuissent Letitia & opinione affecti. Enimvero aulici, & ut sic dicam, cortales adultores, uelut aucupes uoces imitantur auicularum, cæterisq; rebus similes se fingunt, nèpe ut hisce artibus regibus se maxime insinuent atq; commendent. Sanè ciuem, qui Rempublicam rectè administrare uelit, mores & uias uulgi effingere atq; imitari minimè decet, scire duntaxat ac probè tenere, qua quisque maxime ratione capi adduciq; possit. Ignoratio enim eorum, quibus cum tibi uiuendū est, ut opinione & spe frustreris, ac cæptis se penumero decidas, in causa est: quod non minus in ciuitatibus, quàm in amicitijs regum usu uenit. Mores proinde ciuium tum leniter atq; scite tractandos, moderandosq;, meliores efficiendos aggredi debes, quum tibi iam uires sunt, & autoritas comparata apparet: Vulgi enim & multitudinis rationes uiuèdi derepente immutare, atq; aliorum traducere difficile nimium & nimis arduū est. Cæterū teipsum ita excolere, ita

mores

mores exornare tuos, sic uitam omnem tuam tueri debes, ut qui in aperto medioq; spectaculo, ante omnium oculos uitā acturus sis, neminē celaturus. Quòd si tibi non tam facile forte fuerit uniuersa omnino, si quæ sunt, animi extergere uitia, ac penitus emaculare, illa certe tibi tollēda, minuendā ue sunt, quæ apparent maximè, primoq; conspectu occurrunt. Auditui & memoriæ proditum est, Themistoclem, ut animū ad Rempub. capeffendā appulit, computationibus comeffationibusq; primo abstinuiffe, secundo loco uigilijs se sollicitum & sobrietati dediffe; amicis dicere solitum, quò minus dormiret, Milciadæ sollicitari trophæo. Pericles item rationem uiuendi, & cultum corporis traditur immutasse, incessu tardo, orationeq; leni usus est, compositū os, & uultum sibi constantē solitus præ se ferre: postremò manu contenta intra amiculū, unam omnino uisurpasse uiam quæ ad forum & curiam duceret: Non enim cuiusuis est, neq; tractatu & factu facile, uulgus & multitudinem salutaribus allici rationibus, & in officio contineri. Sat erit, si uelut fera natura suspiciosa & uaria, uocem atque aspectum rectoris minimè reformidans, regimen & frenum admittit. Ut hæc igitur præclarè curare optimum est, ita quoq; uitam sibi quisq; & mores pulcherrimè excolere debet, quo prorsus omni nota uituperationeq; careat. Quando præsertim eorum qui Reipublicæ præsunt, non modò singula uerba, nec res tantum publicitus gestæ animaduerti notariq; solent, sed uirtus quoque, ioci simul & seria quæque, domus, ipsa familia, uxor, cubile, curiosius conquiruntur. Quid hoc loco commemorare Alcibiadem atinet? quem circa rem communem administrandam solertissimum habitum, atq; inuictum compertum Imperatorem, uiuendi licentia atque
animi

animi ferocia perdit, cuius cætera uirtus ob sumptus immoderationem, & uitæ luxuriam, parum Reipublicæ uisa est profuisse: Quando Athenienses Cimoni uinum, populus Romanus Scipioni somnolentiam soliti exprobrare traduntur: quippe qui nihil præterea aliud, quod illis obiectari posset, haberent. Verum in Cn. Pompeium inimicos cauillatos accepimus, unico digito caput scalpere deprehensum. Quemadmodum enim indignius ferri, maiorique haberi solent dedecori uerrucæ, ficus ue in facie, quam nocte, næui, atque mutilationes in reliquo corpore: sic etiam ob eam, quæ plerisque omnes de principatu atque ciuilibus magistratibus tenet, opinionem, utpote de re magna atque dignissima, quæ omni facinore atque temeritate uacare debeat, minima quæque principum, & Rempub. administrantium errata notantur, & pro magnis habentur. Eam ob rem Iulius Drusus Publicola haud immerito claruit, quod domus eius ex pluribus partibus uicinis conspicua quum pateret, & quinque eam talentorum omnino sumptu faber quidam euersurum atque commodius directurum reciperet. Decem, inquit, dabo, si totam ita exponas conspicuam, ut uniuersi ciues, nedum uicini, perspicere queant, qua domus meæ ratione uiuatur. Nempe uir erat modestus ac frugi, nec ei fortè eiusmodi domus perspicuitate opus erat, qui uirtutis egregiæ specimen, & præclaræ uitæ documentum eruditissima quotidie foris dabat. Vulgus igitur mores, uitam, actiones, cõsilia omnia eorum qui Reipublicæ præsent, curiosissime rimari atque introspicere solet, etiamsi hoc altè admodum obtegat, & tanquã uelamentis obnubas & abdas. Nec minus hoc accidere amat ex priuatis, quam ex publicis studijs. Quo fit ut ijdem alium ament & admirètur, aliũ oderint & pro nihilo ducãt. Cur igitur, dice

quiss

quiss
ra pl
præg
ginen
posi
ne ob
rector
git &
tur, cu
induct
meam
renten
officit
lentum
pollice
id adf
se illi r
dam in
qua de
dignita
Ephor
tentie
& for
consent
menti i
uero ci
cenda e
ricam s
stunare
Mores
uera ut

quissiam, sceleratorum quoq; , nequiterq; uiuentium ope-
 ra plerunq; ciuitates utuntur? Proptereaq; sepe mulieres
 pregnantes humum lapillosq; , nausea uerò affecti salsu-
 ginem, & id genus edulia persequuntur, sanè non multò
 post respuunt, atq; ab illis abhorrent: haud absimili ratio-
 ne ob luxuriam & delicias populus seu inopia meliorum
 rectorum quibusuis utitur, mox eos abominatus negli-
 git & minimi facit, caq; in se dici sepenumero delecta-
 tur, cuiusmodi sunt quæ * Comicus populum usurpantem
 inducit: Apprehende, apprehende manum quàm celerrimè
 meam, Agryium decreturā Imperatorem: & rursus quæ
 rentem peluim ac pennam scelus euomat. dicentem deniq;
 officit mihi linteum ad tribunal eunti, depascitur foetu-
 lentum caput morbus teterrimus. At Populus Romanus
 pollicente nescio quid Carbone, & iurisiurandi adiectione
 id adfirmante, fore adiurauit contrà, assuerauitq; , fidem
 se illi non habiturū. Lacedæmone uerò Demosthenes qui-
 dam in senatu autor sententiæ fuit satis salutaris, & rei
 qua de agebatur idoneæ. Ad quam repudiandam pro in-
 dignitate autoris uisus est senatus propensior. Proinde
 Ephori alium ex senioribus delegerunt, cui id negotij sen-
 tentiæ dicendæ demandauerunt, tanquam ex uase obsoleto
 & sordido ad parum bene imbutam rem transfundendam
 consententes, quo multitudini acceptior fieret. Tantum mo-
 menti in rebus publicis probitatis opinio possidet. Ad hæc
 uerò ciuile ius & gratia eloquentiæ non in postremis du-
 cenda est, uirtute magistra & principe. Non enim rheto-
 ricam suadendi opificem, sed adiutricem esse debemus exi-
 stimare. Qua ratione illud est corrigendum Menandri:
 Mores dicentis sunt qui persuadent, non oratio. Re enim
 uera utrunque est quod rem efficit, mores nimirum atque

*Plato Co-
 micus.

oratio: nisi quispiam dicere uelit, nauem à gubernatore duntaxat dirigi, non à clauo quoque: & equitem esse qui equum in gyros uerset, non etiã frænũ: ita ciuitatem quoque oratorum uita & moribus regi, non & oratione: nempe qua ueluti gubernaculis ac fræno utantur, quibus maxime uersatile animal, ut Plato inquit, tanquam è puppi regatur atque uersetur. Quando enim reges illi magni & Ioue sati, ut inquit Homerus, tametsi sceptrũ & purpura nobiles, satellitibus constipati, deorum demum oraculis inflati & tumidi, uulgus territare soliti, ac sibi subijcere, uolebant tamen uerborum oratores effici, gratiamque dicendi nequaquam aspernabantur, conciones, in quibus clari solent effici uiri, non negligebantur, nec Iouem duntaxat consilij præsidem obseruabant, bellicosumque Martem, aut militarem Mineruam, sed Calliopen quoque uenerabantur, quæ regibus ueneranda comes accedit, ferociam atque duritiam uulgi suadela leniens atque pudore. Homo certe priuatus de ueste atque habitu populari ciuitatem regere, uoluntatem populi prauales, multitudinis moribus modum facere nunquam poterit, ni oratione & eloquentia præditus sit, quæ una suadeat, afficiat, flectat, ducatque multitudinem. At uerò gubernatores nauium alijs utuntur iussoribus, qui imperata excipientes ad alios deferant: qui autem Rempublicam regere uult, mentem is secum uelut gubernatorem habere debet: orationem insuper, quæ accepta mentis imperia demum in alios ædat, ne idem ipse uoce externa indigere uideatur, ne ue ut Iphicrates Aristophontis superatus oratione, meliorem esse dicat aduersariorum actorem, ceterum suam ipsius causam longè potiorem: ne sepe quoque Euripidis illa in mentem ueniant: Vtinam misfe-

ram mortalium genus lingue & infans sit, resq; ipse pro
 uoce hominibus sint, quo qui grauitate præstant oratio-
 nis pro nihilo habeantur. Quæ quidem Alcameni nimi-
 rum, & Nestoræ, & Ictio reliquisq; sordidis illiberali-
 bus que opificibus dicere concedendum est, dicendi com-
 moditatis expertibus, ut Athenis quondam duobus archi-
 tectis propositis ad opus quoddam publicum affabrè fa-
 ciendum, uter esset præstantior quum quæreretur, alter
 disertior scilicet, & qui ad orandum scitior atque com-
 ptior esset, orationem iam inde ab initio meditatus, ad
 populum eam de ædificio & opere habuit, affecit de-
 mum & mouit. Alter uerò arte quidem longè præstan-
 tior, cæterum dicendi imperitus, uerborumque inops:
 Viri, inquit, Athenienses, quæ iste pulchre disseruit,
 equidem re efficiam. si sunt, ut inquit Sophocles, qui
 opus omnino curandum suscipiunt, uelut ferrum inani-
 me plagis obnoxium in incude tundentes producant.
 At cultor ille canæ Mineræ, atque consultißimæ The-
 midis, quæ conciones agere, cæciusque dimittere nouit,
 oratione usus tanquam instrumento, nunc consingendo
 res inter se atque aptè conglutinando, nunc quæ obstant
 operi molliendo leniendoque, & quæ ut nodi grumuliq;
 circumstant stipitem, uel ut ferrum ferrugo, repurgan-
 do omnino ciuitatem exornat. Quas ob res Periclis Rem-
 publi. gubernandi ratio, uerbo quidem, ut Thucydides
 inquit, popularis esse uidebatur: re uerò, uir & faculta-
 te orationis unius omnium primi uiri regebatur imperio.
 Quando Cimon erat uir ille quidem bonus, Ephialtes
 item atque Thucydides: sed ab Archidamo rege Spar-
 tiatarum idem interrogatus, uter, ipse ne, an Pericles lu-
 cta præstaret, haud facile dixerim respondit excipiens:

ubi enim luctando illum ego prostrauero, mox ille dicendo cecidisse negat: denique spectatoriſus ita rem habere perſuadet & euincit. Quæ quidem dicendi facultas & uis, non modo gloriam illi, uerum quoque ſalutem ciuitati ferebat: eius enim dicto audiens ciuitas, ſuam ipſius conſeruabat felicitatem, alienis & exteris abſtinebat. Nicias uerò eandem rationem uoluntatemq; ſubſecutus, haud quaquam obtinuit, minimeq; adeptus eſt, propterea quòd ſuadendi commoditatis indigus erat, languidior oratione tanquam obtuſo freno conatus populum ſectere, atque quò uellet impellere, & unde commodum eſſet deducere: quin uì quadam compulſus ipſe profectus in Siciliam, attritis pene ciuitatis opibus, ingenti, Republicæ uulnere ſeipſum perdidit. Lupum quidem aiunt auribus teneri non poſſe, populum autem inde maxime duci oportet: non hiſce artibus atque anſulis, quibus inepie ſatis & inuenuſtè inexercitati quidam, & eloquentiæ rudes ac imperiti, gratificari multitudini querunt, & ſibi eam conciliare: epulis, inquam, largitionibus, ſaltationibus, apparatu gladiatorum, ſpectaculorum editione, magnis demum ſumptibus: quarum rerum ſtudioſos equidem ambitioſos magis, quam populares habendos cenſeo, quandoquidem popularitas eſt, quæ ratione orationeq; perſuadet populum. Cæterum cuiusmodi rationibus & illecebris plebem ambire atque maſuefacere, nihilo mihi diſferre uidetur ab artificio uenandæ decipiendaeq; ſeræ. Porrò uiri ciuiliſ oratio ea ſit, quæ neque recens & theatralis, tanquam oſtentantis cuiuſſiam, & mollibus atque floridis nominibus innectentis ſerta uideri poſſit: nec ruruſus ut Pytheas dicere ſolitus traditur, orationem Demoſthenis lucernam olere, exquisitis ſcilicet

qualis debet
 de or. in 21
 ad populum

et c
 perp
 cet, l
 con
 eæ co
 non
 tum
 inger
 ſump
 ceat,
 dend
 neis
 cauſi
 ſabel
 tur,
 ut il
 & u
 ri. i
 deat
 Piræ
 Leo
 metu
 & a
 xime
 ce
 Arch
 ſilen
 xime
 ducu
 non
 cont

cet curiose commentis duris ambitibus examusim, & ad
 perpendiculum exactè compositum: uerum ut musicis pla
 cet, leniter atq; placidè fides tractari, non ui & impulsu
 concuti oportere, sic & in eorum oratione, qui reipubli
 cæ consulunt & operam nauant existere debet non astus,
 non calliditas: non ipsi aptè artificioseq; tum dicendi,
 tum diuidendi sibi laudem arrogant, quin ciuili oratio
 ingenuitatis plena promatur: ferat præ se ueritatem &
 simplicitatem sententiarum: libertatem quæ patrem de
 ceat, prouidentiam, curam, prudentiam: gratificandi sua
 dendiq; modum metiatur honesto: grauibus id, aptis, ido
 neisq; tum uerbis, tum uerò sententijs efficiat: admittat in
 causis forensem dicendi acrimoniam: sententias, historiam,
 fabellas, translationes, quibus maximè auditores mouen
 tur, non refugiat: modò aptè id & modestè efficiatur,
 ut ille: Nolite, inquit, Græciam altero captam oculo.
 & ut Demades naufragia reipublicæ dixit à se tracta
 ri. item Archilochus: Ne Tantali saxum huic impen
 deat insulæ. & Pericles, Aeginam ueluti oculis lippam
 Piræo detrahendam esse. Phocion uerò super uictoria
 Leosthenis, Pulchrum sibi inquit uideri cursum, uerum
 metuendum esse belli exitum. Et ut semel dixerim, grauitas
 & amplitudo orationis his qui reipublicæ præsunt, ma
 ximè conuenit. Huic rei exemplo sint orationes Philippi
 cæ: & ex Thucididis quam Stenelaida Ephorus, quamq;
 Archidamus rex Platæis habuit, quæ uel Pericles post pe
 stilentie cladem ad populum, Ephori, Theopompi, Ana
 ximenis, hæ quibus copias armant, & instructas in aciem
 ducunt. Ad hæc non alienum est ab oratione ciuili, cauillo
 nonnunquam uti, atq; interdum ridiculo, modò res non ad
 contumeliã fiat, neq; scurriliter: quin ea ratione tractetur,

ut ex usu diei & modicè uideatur, reprehendendi alicuius detrahendiq; studio. Maximè autem eiusmodi commendari solent, quæ à lacebitis prius, non ipsis incipientibus, tanquam occurrentibus aliorum in se cauillis reddi uidentur. Ex preparato enim his uti & priorem esse qui mordeat, scurræ & risum captantis esse uidetur, præterquam quòd improbitatis etiam affert opinionem, ut illa Ciceronis & senioris Catonis: atque Euxitheï, qui Aristoteli familiaris fuit. Hi enim mordebant sepe dictis incipientes. Atqui remordentibus ueniam simul & gratiam ipsa occasio præbet, ut Demostheni, qui, quum is qui ut fur male audierat, lucubrationes eius & nocturnas scriptiones paulò petulantius irrideret, respondit excipiens: Scio me tibi molestum, qui noctu lucernam accendimus. Idem ad Demadem exclamantem: Demosthenes me corrigere uult, nempe sus Mincruam: At ista, inquit, Mincrua priore anno in adulterio deprehensa est. Lepidum etiam illud Xenancti ad ciues suos. Exprobrant ei, quòd imperator exercitus ab hostibus esset uersus ad fugam: At uobiscum, inquit, lepidissima capita aufugi. Verum illa uitanda uidentur in ridiculis, ut nihil nimis, ut ineptè non offendas auditores, ut teipsum non admodum deprimas, ut non ignauum & abiectissimum reddas, quemadmodum Democrates frequenti populo concionem habiturus pulpitem quum ascendisset, sic se inquit ciues ipsos parum ualere, multumq; tumescere. Is clade apud Cherronesum accepta, proq; co ciuitate mœrore affecta, orationem ad populum pro suggesto habiturus: Nolim, inquit, ciuitatem tanta calamitate afflictam, ut me ea de re deliberantem audire necesse haberet: ut enim pusilli animi hoc, ita superius illud profectò

insani

insani erat, quorum neutrum ciuitatem regenti uiro con-
 uenire uideri potest. Phocionis deniq; breuitatem dicendi
 omnes admirabantur: quippe Polyuctus Demosthenem
 aiebat esse oratorem amplissimum, Phocionem uerò per-
 suadendo grauissimū: breuissima enim eius dictione uber-
 rimas sententias contineri. Quamobrem Demosthenes
 ipse ceteros non magni faciens, solitus dicere traditur,
 ut Phocionem surgere conspexisset: Verborum meorum
 gladius iam surgit. Maxime itaque annitendum est, ut ora-
 tione non interuacua meditatus caute ad populum utare:
 Quando etiam Pericles ille prius quàm orsus esset ora-
 tionem, precari, & uota facere consueuerat, ne uerbum
 quidem ullum sibi in mentem ueniret, quod à rebus ipsis
 uideri posset paulò alienius. Enimvero ad respondendum
 cauillis, & remordendum exercitatione & usu est opus:
 Rarò enim afferri uidentur occasiones, è quibus decrepen-
 te pleraque oboriantur atque appareant. Quo factum
 est, ut superari plerunque Demosthenes creditus sit, qui
 nactus occasione, reformidari sepe, & rem differre, quàm
 extempore respondere malle consueuisset. Alcibiadem
 præterea memorat Theophrastus inter orandum quære-
 re solitum non modò quæ diceret, sed etiam quo dictionis
 genere, quo denique modo ea sibi essent dicenda: Vnde
 sepenumero hæsitare rebus, & titubare in ipso oratio-
 nis cursu deprehensus esset. Sanè qui crebris ipsis, atque
 adeo ex ipsis occasionibus rem opportunè aggrediuntur,
 auditores facillè mouent ij, & sibi conciliant: postremo
 quò uolunt impellunt sine negotio. Venit olim Athenas
 Leo Byzantius, populo inter se dissidenti de concordia
 suasurus: ubi uisus pusillus derisui habitus est. Id ut ille a-
 nimaduertit, per occasionem, Quid inquit, uiri Athenien-

ses, si uxorem meã uideritis? quid si se uestris illa subijciat oculis? quæ tantilla est, ut uix me genu tenuis pertingat. Maior hinc sublatus est risus. At dixit excipiens: nos tantopere pusillos & breues, si inter nos disidium esset, uix oppidum Bizantium capere posset. Quum in senatu Athenis de magnis honoribus Alexandro Macedoni decernendis ferretur, Pytheas orator acriter intercessit. Dicenti uerò cuidam: Tu ne Pythea ista etate tantis de rebus uerba publicè facere audes? Respondit: Atqui is quem Deum uos decernere molimini, Alexander, me iunior est. Ad hæc oratori ciuili uoce ualida & spiritu opus est: quippe qui non ad quodlibet, sed ad ingens & pugna certamen est descensurus, ne quando defatigatus iam, & sensim extinguì incipiens, à rabula quopiam & uocali uociferatione atque clamoribus opprimatur. Eam ob rem Catonem accepimus tempus nequicquam terere solitum, & totam diem concionari, ubi populo se uel senatui, occupato scilicet alicuius gratia studio ue, minus posse persuadere arbitraretur. De apparatu orationis & usu quæ dicta hætenus sunt, satis ei futura existimamus, qui hæc adeptus, uia hinc proficiscens, quæ reliqua sunt consequi possit. Cæterum ingressus geminos, quibus ad Rempublicam capeffendam eatur comperio. Alteram quidem uiam compendiariam, ad splendorem & gloriam peridoneam, sed non ita tutam, neque citra periculum. Longiorem alteram, & humilem illam quidem atque pedestrem, sed satis securam atq; in tuto positam. Sunt enim qui de aliquo præclaro & grandi soluente facinore, uelut de promontorio quodam in altum protinus uela dent, in mediam Rempublicã deferruntur, rati illud Pindari rectè dici: Inchoando operi pulchra uisu esse primordia iacienda. Videtur enim uulgus
 fatiet

Jactantate atq; fastidio quodam eorum quibus cum iam con-
 suevit, ut in spectaculo nouum certatorem, ita eum qui re-
 cens Rempublicam capebat, alacriter excipere. Celeritas
 enim incrementi comparatæ potentie liuorem euincere
 omnem, & inuidiæ locum nullum uidetur relinquere, &
 ut inquit Aristo: Nec ignis concipit fumum, nec gloria gi-
 gnit inuidiam, si repente utrunq; atq; celeriter emicuerit.
 Illa enim aliunde alius carpit atq; obtrectat, quæ paula-
 tim & ociose uidet succrescere. Quo se penumero factum
 est, ut in foro pleriq; priusquam florere cœpissent penitus
 elanguerint. Vbi uerò res ita agitur, ut de Lada memoriæ
 proditum est, cuius auribus plausus spectaculi, atq; sonitus
 ille carcerum dies noctesq; obstrepere solitus dicitur, ut
 quocumque siue Imperator, seu legatus profectus esset, co-
 rona triumpho uel magnifice donaretur: ubi, inquam, res
 sic succedunt, pari hic ratione tam contemptores, quam
 inuidi parum ualent, uel nihil potius. Hac uia Aratus glo-
 riam consecutus est, qui Nicoclis tyranni interitum gra-
 dum sibi ad capeffendam Rempublicam fecit. Hoc pacto
 Alcibiades sibi uiam muniuit, inductis Mantineis, ut in
 Lacedæmonios conspirarent. His Pompeius artibus nihil-
 dum ad senatum allectus, decernendum sibi triumphum
 curauit. Syllæ uerò intercedenti plures dixit esse qui solem
 orientem, quam qui occidentem adorent. Quæ simul audi-
 uit Sylla, substitit, atque adco cessit. Iam uerò Cornelium
 Scipionem non temere Populus Romanus adductus præter
 legem Consullem declarauit, sed pugnam atque uictoriam
 eius adhuc adolescentis Hispaniensem maximè admira-
 tus, non multo postea quæ Tribunus militum apud Car-
 thaginem gesserat. Quibus tamen gestis Cato senior ex-
 clamauit: Solus sapit, cæteri ut umbræ mouentur. Verum-

enimvero hac tempestate, quando nullæ sunt amplius ciuitatibus expeditiones sumendæ, nulla bella militiæq; relicta imperia, nullæ tyrannorum cædes, nulla bella iure sociali suscipienda, quænam initia quispiam capere possit Reipublicæ præclare administrandæ? Iudicia omnino legationumque functiones ad rerum omnium principes reliquæ sunt: ad quæ quidem munera subeunda, uiris certe opus est ingenio præditis, lingua, rerum denique usu. Sunt pleraque præterea satis honesta & clara munia, tametsi iamdiu neglecta, & prope desita in ciuitatibus, quæ si reducenda cures, gloriam adferant: Quæ corruptioribus institutis, & inconsiderata licentia damno atque dedecore ciuitatum illata sunt, si tollas corrigasue, ciuibus usui, honori tibi futura sint. Iam magna aliqua, atque difficilis causa pulcherrimè iudicata, integritas atque fides patroni imbecilli clienti præstita, præsertim aduersus potentem litigatorem, iuris atque pudoris contra petulantiam magistratus libera propugnatio, uiam plerisque muniuit, atque præclarum aperuit aditum ad Rempublicam cum dignitate & gloria egregiè tuendam & gubernandam. Per multos alios uidimus per inimicitias & contentionem auctos claruisse, adortos ex industria homines, inuidiosa & formidabili autoritate pollentes. Maiore enim cum gloria autoritas deiecti iam hominis ad eum qui deiecit transfunditur. Verum probum ac frugi hominem, & uirtute præstantem uirum ob inuidiam oppugnare, ut Periclem Simnias, ut Themistoclem Alcmeon, ut Pompeium Clodius, & Meneclides orator Epaminondam, neque ad gloriam est decorum, neque alioquid utile. Nam etsi decepta multitudo frugi hominem impugnarit, mox errato animaduerso, & instigatoribus agnitiis,

tis, si facti se poenituerit, iustissimam hanc simulq; facili-
 mam multam peccati existimant, si autorem facinoris
 atq; impulsorem funditus perdant. E diuerso improbo fa-
 cinorosoq; homini siue calliditate & astu, siue superbia
 atq; fastu Rempubicam sibi subijcanti, cuiusmodi Athe-
 nis fuit Cleon, qualis Cletophon, huic omnibus officere
 uiribus, eius potentiam decurtare, audaciamq; reprimere,
 praeclarum utiq; facinus, quo ad Rempubicam capessen-
 dam luculentum patefieri aditum cernere licet. Haud me
 fugit, aliquando plerosq;, qui aut senatui molesto & inso-
 lenti modum fecerunt, aut paucorum potentiam represserunt,
 ut Ephialtes Athenis, ut Phormio apud Elienses, au-
 toritatem hinc continuo atq; uires adeptos: uerum homini
 modo munera ciuitatis subire incipienti, haec ratio ingen-
 tis est periculi plena. Quocirca meliora uidetur suscepisse
 auspicia Solon, qui quum inter se ciuitas dissideret, atque
 per factiones diuisa trifariam esset, in Diacrios, Pan-
 dicos, atque Paralios (haec enim omnino capita partium
 erant) nullis se immiscuit, nullis factiosè se dedit: quippe
 qui cunctis communem se praebuit, omnia dicens agensq;,
 que ad concordiam ferrent. Quamobrem communi con-
 sulto, & discordiarum transactor, & legum lator egregie
 declaratus est: ad extremum hac uia, his artibus ciuitatem
 constituit, & Rempubicam optimis institutis ac legibus
 temperauit. Illustrior itaq; ad Rempubicam aditus atque
 gradus existit, qui eiusmodi principijs proficiscitur. Al-
 teram uerò uiam, qua tardiolem quidem, sed tutiorem esse
 monstrauimus, pleriq; illustres uiri praeoptauerunt, Aristi-
 des, Phocion, Pammenes Thebanus, Lucullus & Cato Ro-
 mae, Agesilaus Lacedaemone. Etenim quae admodum edera
 nascentis alicuius futurae praeualidae arboris stipitem un-
 dique

dique amplexa unâ consurgit & indolescit, ita illorum quisq; seniore[m] adolescens, & gloriosum inglorius subiens, ac se dedens, paulatim sublatus, & sensim adactus, radicibus iam altè actis subnixus, extitit demum, atque ad rempublicam capeffendam & gubernandam sese idoneum præbuit. Siquidem Aristidem Clesthene[s], Phocionem Chabrias, Sylla Lucillum, Catonem auxit Maximus, Pammenes Epaminondam, Agesilaus Lysandrum: tametsi hoc importunæ gloriæ studio, improbaq; emulatione lasciuens, rectorem non multo post reiecit, atq; agendorum moderatorem petulantissimè aspèrnatus. Cæteri ciuilitè & honestè ad finem usque magistratos obseruauerunt, & cultu debito prosequuti sunt, ut soli subiecta corpora, quæ quum inde splendorem accipiunt, uicissim & reddunt, & quidem quo ad eius fieri potest illustrius atq; plenius quod acceperunt. Verum qui Scipioni gloriã inuidebant, eiusq; obrectabant laudibus, actorem illum quidem esse iactabant, poëtam uerò amicũ Lælium. Lælius autem nihil hinc sublatus, nunquam non uirtuti Scipionis atque gloriæ studuit. Africanus Pompeij necessarius, etsi admodum humilis, uisus est tamen Consulatum appetere, Pompeius uerò alijs petentibus operam dabat. Africanus ubi id comperit, petitione destitit, inquit, non tam Consulatum, si forte adipiscatur, futurum gloriæ, quàm molestum & tristem, si Pompeio nolente, neq; opitulante, illum assequatur. Quare factum est, ut anno omnino circumacto saluis amicitie uiribus, Pompeij ope uoti compos effectus sit. Proinde his, qui alieno ductu se ad gloriã erigunt, illud quoque usu euenit, ut hic una re multis simul mos geratur, si quid molesti accidat, offendatur nemo. Quamobrem Philippus Alexãdrum summonere solitus traditur,

ut patre uitam adhuc agente atque regnante amicos sibi consuetudine, comitate, gratificatione, quoad licitum esset, comparare studeret. Enimvero eiusmodi is sibi magistrum ac ducem deligere debet, qui ad ciuitatis munera obeunda se idoneum uult, cuius non tam opibus & potentia, quam uirtute probitateq; initi firmariq; possit. Quemadmodum enim non queuis arbor uitis amplexus admittere & perferre uult: quin pleraque uitem ipsam praescant, atque eius inolescentis progressus retundunt & opprimunt: ita in ciuitatibus, qui gloriae duntaxat & principatui omnem nauare uidentur operam, atque obnixè studere, non unà quoque uirtutem excolere, iunioribus hi nullas uolunt exhiberi occasiones rerum egregie gerendarum: quin praeclearissimas quasq; res, tanquam futurae gloriae segetem clam per inuidiam subtrahunt, & iuuentutis florem ex industria flauesciunt. Hac ratione Marius in Libya, rursus idem in Gallia, opera Syllae ad facinora praecclare patrata egregie usus substitit: denique & ea uti amplius noluit: nempe grauatus felicitate & cursu indices augetentis gloriae eius: tametsi obtentu, atque per causam anuli sigillaris, consuetudinem eius est uisus abhorruisse. Etenim Sylla Quaestor in Libya Imperatore Mario missus ad Bocchum, re feliciter gesta uinctum Iugurtham adduxit. Ea re, ut erat iuuenis, & gloriae paulò auidius affectator, neque felicitatem modicè tulit, & Iugurthae imaginem, ut fuerat traditus, in anulo quem gestabat insculpsit. Eam rem crimini dans Syllae Marius, amicitiam eius posthac aspernatus est: ad Catulū ille atq; Metellum claros tum uiros, alioqui inferiores Mario, sese contulit: nec multo post Marium autoritate deiecit, & opibus omnibus exiit, cōcitato iam illo bello ciuili,

ex quo parum absuit, quo minus Romana res funditus
 euerſa periret. Pompeium Sylla iuuenem adhuc ipſe ſub-
 uexit, cui aduenienti detecto capite ſolitus memoratur aſ-
 ſurgere: multas idem imperitandi occaſiones relique iu-
 uentuti ſuppeditauit, nonnullos aliquando uel languidio-
 res excitando, uel inuitos inducendo, uel deniq; per ſe ani-
 matos uehementius irritando. Quibus artibus militares
 ordines, quibus ille præſeſſet, ambitionis atque cupiditatis
 & emulationis compleuit: quippe cui non tam cordi erat,
 ut unus cunctis imperitaret, quam ut inter multos magi-
 ſtros & claros, primus ipſe, atque maximus haberetur.
 Eiuſcemodi itaq; uiros ſequi oportet, & his inniti, non ut
 regulus Aefopi, qui humeris uectus aquilæ, promolutus re-
 pente excuſſuſq; decidit. Neque enim ab illis ſurripien-
 da eſt gloria, ſed beneuolentiæ ac amicitia ductu accipien-
 da: quando præſertim ne imperare quidem quiſſiam re-
 ctè poteſt, ni prius ipſe rite ſeruerit, ut inquit Plato.
 Conſequens eſt, ut de amicitia rectè atque ſanctè conſti-
 tuatur, exploſa ſimul cum Themistoſtis, tum uerò Cleo-
 nis ſententia. Hic enim ut primum Rempublicam attingere
 deſtinauit, uocatis amicis omnibus, ſoluere ſe uelle
 dixit amicitia uincula, ſubdiditq; rationem: ſolere ami-
 citias pleraque recta & iuſta ſubuertere, quod homines
 Rempublicam admiſtrantes, utpote affectu & mollitie
 occupatos quadam, ſe penumero à uia deducit recti officij.
 Ei longè melius fuiſſet, auaritiã et contentionem omnem
 animi procul eijcere, & ſeſe omni prorsus inuidia atque
 improbitate deputare. Neque enim his ciuibus opus eſt qui
 beneuolos atque amicos habeant nullos, ſed qui temperati
 & frugi ſint. Nunc uerò amicos fugandos abigendosq;
 ille quidem duxit, ſed centum ſe capitibus adulantium,
 atque

atque quoquò uersus palpantium circumdatum, atque lincgentium, ut aiunt Comici, non intelligebat, ut qui modestis ac probis grauem atque trucem se exhiberet, idem rursus multitudini imperitæ subiectum, atque in gratiam incōditi uulgi senectutis mercenarium corruptorem præberet: & quod omnium turpissimum est, colluuiationem populi morbidam, ut aduersus optimos quosque per insidias conspirarent, miris artibus concitaret. Themistocles autem ei qui rectè honesteq; ipsam rem communem gesturum affirmarat, ut qui æquum se omnibus paremq; præstiturus esset, Dic meliora, inquit: nolim equidem in magistratu gerendo talem me esse, & ea ratione ad hoc ascendere solum, ut nihil à me amplius habituri essent amici quàm inimici. Nempe ne is quidem rectè: nec enim debuit ciuitatem & munus commune suis adductus studijs, suis ipse obsequutus affectibus, amicis permittere, & tam perperam priuatis obstringere rationibus: quamquam idem petenti ab se Simonidi nescio quid quod minus uideretur honestum, nec Poëtam inquit sibi uideri bonum, qui inconcinnum quippian & absonum caneret: nec magistratum frugi, qui contra ius fasq; cupian inseruiret. Iniquum profectò, & miserandum omnino uideri potest, si gubernator nauis nauitas deligit, nauis præfectus rectorem qui puppi infideat, qui clauum scite pertractet, qui è re sua nunc malum erigat, & antennam intendat, nunc ingruente uento uela in altum det: si architectus item magisterq; operum operarios conducit, atq; redemptorum delectum habet, non qui opus corrumpant distorqueant ue, sed qui attentè iussa excipiant, perq; affabrè munia exequantur: ciuilibus autem uir præstantissimus opifex, simulatq; Reipublicæ capessit gubernacula,

dens: Calamitosis enim amicis paulò studiosius & uberiorius opem ferendo, iniurius ipse ut uideretur, septennumero committebat. Phœbidem accusatum, quòd iniussu senatus Cadmeam demolitus esset, poena exemit, & ut saluus fieret autor extitit, subdens, eiusmodi res quandoque ex tempore ac raptim patrare necesse esse. Sphodrie præterea, quòd Atheniensibus, non modò per id tempus amicis, uerumetiam socijs & foedere iunctis, agrum Atticum inuasisset, in iudicio salute periclitanti affuit, & ut absolueretur effecit, filij amatorijs precibus molliter atq; indecorè inductus. Fertur ad hæc epistola quædã eius ad tyrannum quendam pro amico Nicia in hæc uerba: Niciam, si insons est, dimitte: sin sons, mihi dimitte: omnino uerò dimitte. Enimuero Phocion ne genero quidem Charillo, repetundarum dicturo causam, adesse sustinuit, inquiring: Equidem mihi generum te, ut hominem iustum & probum optauì. Quæ cum dixisset, deserto genero, continuo inde sese proripuit. Timoleo Corinthius, ut fratrem, quo tyrannide abstineret, monitis atque precibus inducere atque persuadere nequiuit, his subinde nauauit operam, qui illum interemerunt. Non igitur ara tenuis, ut Pericles dixisse fertur, iura amicitie sunt seruanda, scilicet ne amico peieres, sed omnibus legibus, omni iure, cunctis denique rebus officium est ciuis custodiendum, ubi neglectum aliquid ad magnam aliquam noxam, & Reipublicæ detrimentum referri queat, ut illud referri poterit, Sphodriam atque Phœbidem Lacedæmonios Agesilai opera debitas non luisse poenas: hi enim potissimum Spartam ad cladem illam Leuctricam uisi sunt attraxisse. Verum in amicos, leue quippiam committentes, acerbè & grauius ut animaduertas, ratio ciuili non cogit: quin

saluis rebus maximis, & in tuto positis, per ciuitatem & Rempublicam licet amicis adsis, & opem feras: quando praesertim id efficere potes citra inuidiam, hoc est, si candidatis & honorem petentibus praesto sis, si administrationem ullam committas, si legationem ijs cures, unde gloriam consequi possint, & humanitatis specimen dare reconciliandis ciuitatibus, & discordiarum tollendis seminibus. Verum ubi res ulla praepositur, magna quidem illa atque illustris, sed operosa & ardua, laborum & operis socium tibi assume amicum, ut Diomedes: Quod si alterum mihi iubetis ut adiungam, postea qui possum diu obliuisci Vlyssis? Cui quidem Vlysses gratiam perquam commodè & amicè retulit, inquam ad Nestorem: Quos uides adductos equos, ô senex, Thracij sunt, quorum dominũ fortis Diomedes extinxit: comites praeterea omnes duodenos haud instrenuos. Et re uera amicis si tribuas laudem, nihil te minus quàm illos quos laudes, decorare uidebere. At te ipsum omnino amare sine riuali, solitudinis in comes est, autore Platone. Quamobrem cuiusq; rei humaniter abs te, benigne, honestè, comiter perpetratae gratiam amicis quoque impertias oportet, ut hi de quibus sis benemeritus, eosdem amicos tuos, te hortante maxime, utpote adiutores & consiliorum participes, amare, laudare, & beneuolentia pariter prosequi animum inducant. Ex contrario, quorumuis amicorum inepta & incommoda postulata amoueas ipse depellasq; necesse est: non tam acerbè & truciter, sed placidè leniterq; commonefaciendo, quae abs te petunt non esse digna quae ab illis impetrentur, quando à uirtute atque existimatione eorum iure abhorrere uideri possunt. Proinde lepidissimi omnium Epaminondas negasse fertur roganti Pelopide,

ut ca

ut ca
quon
dim
culi
re
Cato
iun
Qua
ti be
& n
aspe
ci, &
seuer
tò il
magi
opitu
ter ac
morte
natu
cum a
non e
amici
omne
denda
cedem
patro
nullis
locati
pimus
talente
uit, Pe

ut ca

ut cauponem quendam iunctum atque conditum solueret, quem idem non multò post illa quam adamabat orante dimisit, subdens, orata eiuscemodi conuenientius meretriculis quam uiros claros atque prætorios assequi oportere. Modestè Cato atque acerbè oranti Catulo Censori, Catoni ipsi consuetudine, amicitia, familiaritate arte coniuncto, ut quendam iudicio eius obnoxium (erat autem *Quæstor*) dimitteret: Turpe est, inquit, nos qui iuuentuti bene instituendæ autores esse debemus, à lictoribus & ministris irrideri nostris. Potuit certe uerbi detracta asperitate atque amaritudine, re ipsa orata refutare amici, & simul ostendere, molestè se id atque inuitum facere, seueritate legum coactum, & iuris ui. Præclarum profectò illud, atque honesti præferens speciem, inter honores magistratusq; publicos amicorum inopiæ per occasionem optulari. Themistoclem Atheniensem legimus, ubi feliciter aduersus Barbaros pugnatum esset, quum in hostem mortuum incurrisset, torque atque monili & reliquo ornatu indutum, ipsum quidem sponte præterisset, ad amicum autem quendam conuersum, accipe ista, dixisse, tu non enim Themistocles es. Plerumque enim hanc bene de amicis merendi commoditatem ratio civilis permittit, nec omnes sunt Menemachi, ut alijs causam honestè defendendam demandes, quæ sit scilicet aliquam allatura mercedem: alijs diuitem quidem & opulentum, sed alioqui patrocinio & diligentia indigentem commendes: nonnullis opus aliquod publicum redimere cupientibus, uel locationem curantibus operam des. Epaminondam accepimus cuiam egeno iussisse, ab amico diuitijs affluente talentum unum peteret: à quo petitor ille facile impetrauit. Percontanti posthac, quid ita? quia is quidem, inquit,

quum homo frugi sit, inopia rerum premitur: tu uerò diues pleraq; de publico peculatus. Agesilaum Xenophon memorat solitum libenter amicis locupletandis operam dare, qui tamen opes atq; diuitias minimi faceret. Sed quoniam omnibus corydalibus, ut inquit Simonides, cristas enasci necesse est, & queuis Reipublicæ administratio inimicitias & dissidia quædã affert, maxime de his quoq; considerandum uidetur ei qui in Republica aliqua ratione uersetur. Aristides atque Themistocles uulgo laudantur, soliti quoties siue legati, seu imperatores publicitus mitterentur, priuatam similitudinem & omnes inimicitiarum rationes in finibus agri Atheniensis deponere, resumpturi si ita uideretur, in reditu. Consilium etiã Cretinæ Magnetis plerisque uehementer probatur: cum inter ipsum atq; Hermiam, honorum quidem cupidum & animo promptum uirum, sed exiguis fretum uiribus, inimicitie acriter & contentiosè exercebantur, extitit Mithridaticum bellum. Animaduuerat Cretinas ciuitatem eiuscemodi bello salute periclitari: proinde iubet Hermiæ gubernandam ciuitatem suscipere, eaq; salutariter uteretur: se enim è medio summoturum, atque aliò profecturum iam destinnasse: quòd si alteras mallet suscipere partes, ciuitate ipse decederet, illi imperium & gubernacula Reipublicæ relinqueret: metuendum nanq; summo opere, ne ob ambitionem & intestinæ contentionis studia ciuitas ipsa funditus interiret. Accepit conditionem Hermias, & optione proposita Cretinam bellicosiore professus, & magis idoneum cui salus rerum committeretur, acceptaq; uxore & liberis ciuitate abiit. Quem Cretinas comiter atq; humaniter profecutus, ijs opibus iuuuit atq; ornauit, quas solum uertentibus, quam domi obseffis, magis usui futuras existimauit.

stimauit. porro ciuitatem, extremis iam periculis proximam, præter spem omnium fortissime est tutatus. Etenim sic hæc exclamare, amo liberos, sed patriam magis amo, generosi ac celsi animi esse existimatur, cur non id cuius facillimum dictu: odi illum atque male efficere cupio, sed uehementer patriam amo: nolle enim eas inimicitias tollere, quibus etiam amicus sit periturus, immanis est nimirum & admodum feri. Quare præclare Cato & Phocæo, quorum neuter inimicitias animo concipiendas ducebat, si quid in gerenda Republica discreparet: quin pro suggesto, & in publicis certaminibus, hoc durus uterque & inexorabilis habitus est, quod præfractè nimis nusquam proclinandum censebat, unde Reipublicæ commoda prodi pacto aliquo uiderentur. Cæterum in rebus priuatis omni similitate longè abiecta, eorum ipsorum consuetudine commiter atque humaniter utebantur, à quorum rationibus in Republica uehementissime abhorrebant. & recte quidem, nullus enim ciuis pro inimico habendus est, nisi is ciuitati & rei communi hostis sit, atque eiusmodi, qualis Aristio, & Nabis, & Catilina, tanquam morbus aliquis & uomica Reipublice natus. Porro si qui alicubi dissonant atque discrepare uidentur intensione laxationeq; hos amice & placide uelut musicum ad modum atque concinnitatem oportet reducere: non si quis aliquatenus peccat, iracunde protinus hunc, duriter, atque per contumeliam adoriri: quin autore Homero mitius & moratius pertractare: Te scilicet equidem cæteros prudentia anteire arbitror. Item: Te certe scio meliorem ista oratione excogitare facile posse. His & similibus est utendum, ubi moderate quippiam amicus egit dixit ue, ne aut honores eorum moleste ipsi ferre uideamur, aut rerum præclare ab ijs

gestarum laudes parcè attingere. Hac ratione improbitatem aliquando detestantibus nobis, ubi uituperandi quippiam locus appareat, fides habebitur, ut ijs, qui uirtutis commendatione nunc decorem & dignitatem pro ueritate exaggerare, nunc improbitatem uituperare uideri possimus. Equidem à uiro ciuili alienum minime puto, in re honesta & iusta uel inimicis & aduersarijs testimonio præsto esse, & in iudicio aduersus calumniatores eos tueri, & falsò obiecta refellere crimina, quæ scilicet ab reorum institutis & rationibus abhorrerent penitus uideantur. quod non multò antè à Nerone factitatum accepimus. Exercebatur miris modis inter ipsum atq; Thrasean inimicitie: uerum cuiusdam multa criminosè iactanti atq; Thrasean perperam iudicasse causam suam aienti, obstitit Nero, tantumq; absuit ut criminibus de inimico contra ueritatem assentiretur, ut exclamarit: Vtinam tam me Thraseas diligat, quàm iudex æquus & reclus est. E diuerso non parum ciuili rationi conducit, si amicum facinus quodpiam admittentem liberè increpes, præsertim si alicuius inimici quidem, sed paulò integriore uita hominis mentionem habeas, dicasq;: At ille non id patratum dictum'ue uoluisset. Potes etiam per occasionem ijs, quos à recta ratione uiuendi ullibi uideas aberrare, parentum uirtutis summonere, ut Homerus: Næ parum sibi similit Tydeus natum progeniuit. Et ad Scipionem Africanum Appius, cum in comitijs inter eos disceptaretur, quàm, inquit, Paule præ indignatione iraq; ingemisceres, si filium tuum Censorem agentem sentires Philonico comite ad magistratum domo deduci, domum rursus eodem ipso consequente reduci. Iis rationibus tractata res, ut errantes corrigere, ita correctoribus ornamento esse atq; laudi potest.

Ciuili

Ciuii proinde animo Nestor Sophocleus laceſſitus Aiacis iurgijs, reſpondere uidetur: Non incuſo, inquiring, te qui recte agis, perperam loquens. Cato aduerſatus erat Pompeio, Rempublicam cum Caſare, ut aiebat, labefeſcanti, atq; ei impiè uim aſſerre conanti: At ſimul ad bellum deuentum eſt, idem iuſſit imperium Pompeio omnino demandandum eſſe, ſubdens, eundem poſſe magna mala ciere, qui & concita inhibere ſciat. Enimvero uituperatio ſi mixta eſt cum laude, quæ ingenuitatem, non contumeliam uideatur prætereſſe, neq; iram & propè furorè exuſcitet, ſed pœnitentum ueluti morſum inducat, lene id negotium eſt, & res obſequioſa uidetur: è contrario maledicendi atq; obiurgandi profuſa licentia, Rempublicam tuentibus, & principibus ciuitatis dedecori eſt. Proinde animaduertere licet quæ in Aeſchinem Demotheſtes, contra quæ in eundem dixit Aeſchines, ruruſus quænam Hyperides in Demadem ſcripta edidit: ea certe Solon aut Pericles, Lyeurgus Lacedæmonius, Pittacus uel Leſbius nequaquam dixiſſet: quanquã etiam Demotheſtes eiufcemodi maledicentia in accuſatorijs duntaxat atque forenſibus cauſis utitur. Cæterum orationes Philippiæ omni omnino ſcurrili dicacitate carere uidentur: quæ quidè res præterquam quòd omnem confundit curiam, forum atq; conciones perturbat, plus quoq; maledictorum autoribus dedecoris ignominieq; aſſerre uidetur, quàm ijs in quos euomunt. Præclare itaq; Phocion, maledico & dicace quodam multa aduerſus eum cõcionem habentem lactante petulantiffimè, intermiſſa oratione ſubſtitit, & curſum illum uerborum inhibuit, donec uix aliquando ille conticuit: tum imperturbato animo Phocion pulpitem ruruſus conſcendit, inde ſuperiorem orationem continenter proſecutus.

c

De



De equestribus, inquit, atque pedestribus copijs iam audistis, reliquum est, ut de uelutibus & leuis armaturæ milite differam. Et quia plerisque id non uidetur toleratu facile, propterea quòd laceissentum petulantia opportunitate respondendi haud incommodè sæpenumero retundi posse atque refutari uidetur, res proinde uerbo debet esse breuissima, ira excandescentiq; carere, lenitatem præferre, ut ioco atque lepidè laceissentem remordeas. Quemadmodum enim emissa semel tela si in emissorem eadem reuehantur, soliditate quadam & robore eius qui prior petitus est, retorqueri uidentur: ita uirtute atq; prudentia lacecessiti & petiti, cauillum iniectum ad autorem ipsum redire uideri potest, ut illud Epamanondæ in Callistratum, Oedipodi & Orestis parricidium, Thebanis simul & Argiuis exprobrantem: Horum, inquit, patratores facinorum ciuitatibus nostris nos quidem exagitauius, uos uerò extorres & profugos excepistis. Antalcides Spartiata Atheniensi cuidam Lacedæmonijs exprobranti, sæpe à Cephiso Attici agri monte depulsis: at Lacedæmonij, inquit, nunquam ab Eurota depulerunt Athenienses. Facetissime Phocion uociferanti Demadi, perdent te Athenienses si insanierint: te uerò, respondit, si sani sint. Crassus orator, obiectanti Domitio, quòd nuræna mortua, quam in piscina nutricaret, plorasset, occurrit excipiens: atqui tu tribus elatis uxoribus ne lacrymatus quidem es. Hæc & eiusmodi etiam ad uitam priuatam usui esse possunt. Quamobrem de his hæctenus. Cæterum sunt nonnulli ad Rempublicam capeffendam sic animati, ut eam omnibus ex partibus amplexari uelint, nihil omnino optimo ciui prætereundum existimantes, quod quidè aliqua ratione ad Rempublicam attineat, nec per eum standū, quo minus cuncta curanda

randa diligenter suscipiantur : id quod Cato uisus est senti-
 re. Laudatur perinde Epaminondas, qui Thebis inuidio-
 se atq; contemptim decretus Thelearchus nō neglexit mu-
 nus, inueniens non modò magistratu uirum ostendi, uerum
 etiam magistratum uiro. Id itaq; muneris amplitudine ipse
 euexit, & clarum reddidit. Fiebat enim antehac parui, &
 penè pro nihilo habebatur, quòd angiportus & uiam per
 urbem ita curare necesse habebat, ut per cloacas & sub-
 terraneos riuulos purgamenta quæq; extergerent, & eius-
 cemodi quisquiliarum illuuias. Nos ipsi quoq; risum forte
 mouemus prætereuntibus, & nostrâ operâ circa eiusmodi
 munia uersari quotidie inuisentibus. Qua in re illud
 Antisthenis memoria repetitum potest nobis nunc auxi-
 lium ferre. Admiratione quidam summopere teneri uide-
 batur, quòd Antisthenes ipse per forum obsonij & salsa-
 menti nescio quid deserebat. Ad quem Antisthenes : desine,
 inquit, mirari: mihi ipsi enim hæc, non alijs fero. Equidem
 è diuerso hoc nomine me defendere possum si qui accusant;
 si trāsennæ, inquam, dimetiendæ, si calce lutoq; subigendo,
 si comportandis lapillis ipse impendere uideor operam, &
 hisce negotiis modū statuere, non hæc priuatim mihi con-
 ficio, sed publico operi præsum, atque adeo ipse patriæ
 operam & industriam do. Pleraq; enim sunt, quæ si tu tibi
 ipsi, aut per te ipsum pertractes & agas, abiectus & sor-
 didus meritò existimari possis: Hæc eadem si ciuitati publi-
 citus exhibere uidearis, non illiberalis & degener, sed ge-
 nerosus ciuis haberi queas. Magni est enim atque perstre-
 nui animi, uel paruulas ciuitatis res curandas suscipere.
 Quidam Themistoclis illud magnificū esse putant & glo-
 riosum, quorū sententiæ Critolaus Peripateticus astipulari
 uidetur. Iactasse enim Themistocle hæc uerba accepimus:

quemadmodum Salaminia & Paralos (sic appellatæ nau-
 ues Athenis) non ad quodlibet opus, sed omnino pro ma-
 gnis & necessarijs rebus solitæ erant è nauali produci,
 atque nauigationem aliquam initura deduci, ita sua ipsius
 opera Rempublicam uti debere, nõ ad quæuis, sed pro ma-
 ximo & amplissimo quoq; munere: hac lege scilicet qua
 rerum dominus Deus & mundi totius rex utitur. Magnas
 enim res Deum attingere, paruas fortunæ cõmitti, Euripi-
 des est autor. Equidem ambitionem nimiam & cupiditatẽ
 Theagenis parum probo: certauerat ille sæpe, atq; in pu-
 blicis ludorũ spectaculis Græciæ uictor euaserat, nec pu-
 gillari modò certamine, uerum lucta & cursu. Is inuitatus
 ad cenã cam & epulũ, quod de more herouũ parentalibus
 exhiberi solebat, dum singulis conuiuis portio, quæcunque
 pro parte uirili contingeret, rite proponitur, se continere
 nequit, quã exurgens disco certaret, perinde atq; nulli id
 factitare ipso præsentẽ liceret. His artibus ad M. C. C. co-
 rollas aggeffit, quarũ plerasq; paruo æstimare haud iniu-
 ria possis. Itaq; nihil interest, mea quidem sententiã, inter il-
 lum & hos qui ad cõmunem Reipublicæ partem se accin-
 ctos uolunt, nempe qui sui satietate multitudinem cito affi-
 ciunt, & plerisque omnibus oneri atq; molestiæ sunt. Ad
 hæc si cõcupita adipiscuntur, inuidiam cõcitant: sin opinio-
 ne falsi, & uotis frustrati sunt, facillè irridentur: & si quid
 curadum sibi conficiendumq; susceperunt, incipientibus for-
 te admirationẽ & laudem attulit id ipsum, progredienti-
 bus in subsannationem atq; contemptum mutatur: & tale
 fit, cuiusmodi fuit illud Athenis. Metiochus in ore omnium
 erat uulgo iactantium: Metiochus ducit copias, Metio-
 chus uias curat, Metiochus exercet panarium, Metio-
 chus farinam tractat, Metiochus præest omnibus, Metio-
 chus

edus ergo lugebit. Amicus is erat Periclis, cuius florente
 tunc autoritate & opibus, ad inuidiam usq; atq; fastidium
 abuti solitus memoratur. Enimvero operâ qui Reipublicæ
 dat, populo ueluti amanti ita se exhibere debet, ut absen-
 tis quandoq; desiderium ingens apparcat. Id quod Scipio-
 nem Africânum ex industria factitasse legimus. Ab urbe
 sepe numero secedebat, rusticari per diu solitus, ut & in-
 uidiæ quicquâ detraberet, & respirandi locū illis præsta-
 ret, qui splendore uirtutis eius & gloria rerū gestarum
 opprimi uidebatur. Timesias quoq; Clazomenius, uir cæ-
 tera frugi, & ciuis haud ineptus, ca cupiditate tamen, ut
 cuncta ipse per se agere atq; curare appeteret, cōtraxerat
 inde odium ciuium: quod ipsum tantisper latuit, dum tale
 quippiam usu euenit: Carduelem auiculâ transenna captam
 adepti sunt quidam pueri: eorum unus ita manu oppressit
 caput auiculæ, ut cerebellum excuteret. addiderunt reliqui:
 utinam sic Timesiæ caput excerebrasses. Præteribat illac
 tum forte Timesias, & uerba excepit: nempe eum pueri
 ipsum esse non cognoscebant. Reputans rem secum diu,
 quorsum odia in se ciuium pertinerent, quandoquidem per
 paruulorum ora talia uolitarēt, facile intellexit. Conuersus
 domum rem omnem uxori narrat, atq; confestim collectis
 sarcinis, uxore comite rectâ urbe profectus solum uertit:
 quippe qui sibi amplius in patria manendū nequaquâ exi-
 stimauit. Non huic rei uidetur ualde absimile, quod The-
 mistocli Athenis accidisse fertur, qui tum ad ciues suos con-
 uersus: Quid ò fortunati, inquit, beneficijs sepe affecti de-
 fatigamini? Harum rerum alijs recte quidam sunt usi, alijs
 alij perperam uidentur abusi. Claro autem ciui, & Rei-
 publicæ principi, nulla ciuilibus muneris pars uidetur
 prætermittenda: quin consilio omnibus, beneuolentiâ, di-
 ligentiâ

*ἠρωγῶν, custos
in prora, hoc est
proroca.*

ligentia attendendum, & summa cura & studio singula
uestiganda, ne tanquam sacrum aliquod uas in nauī sepo-
situs, ciuitatis nouissimos casus, atq; extremos usus opperi-
ri uideri possit. Et quemadmodum rectores præfecti nau-
uium, alia ipsi suis conficiunt manibus, per alios alijs ue-
lut instrumentis utuntur, atq; in puppi sedentes omnibus
modum faciunt, siue circumferre quiippiam, seu mutari, a-
lio uel transferri sit opus, utuntur nautis, prorocis, iussu-
ribus: est quando nonnullos ad se accersunt, quibus scilicet
clauum & gubernacula ipsa committant: Hoc pacto ci-
uem rem communem administrantem, omnia circumspe-
cere, moderari omnibus decet: cedendo nonnunquam pro
tempore, ut alij honores & ciuitatis munera capeffant:
uocando interdum ad hæc, quos idoneos ad res subeun-
das conspexerit, atque ciuilitate & amanter hortando.
Neque enim par est, unum se quempiam uelle, qui mune-
ra omnia ciuitatis suis ipse concionibus, suis decretis, sui
demum autoritate, suasionem, consilio conficiat & absol-
uat. Pleriq; enim esse debent fide probitate, consilio, usu
rerum præstantes: quorum singulis munera singula de-
mandentur. Id quod Periclem usurpasse accepimus. In
expeditionibus foris opera potissimum & imperio Me-
nippi uti solebat: Ephialte artibus domi Areopagi se-
natum sensim deprimendo humiliorem effecit: Autore
Charino bellum aduersus Megarenses ut decerneretur
obtenuit: Lampona ut coloniam Turis deduceret ipse cu-
rauit. Etenim autoritatis & uirium in plures partes eius-
demmodi distributio, non modò inualefcentem inuidiam
minuere decurtareq; solet, uerum etiam ut quæ Reipublicæ
usui sunt, commodius peragantur, facile efficere uidetur.
Ut enim manus in digitos distributa, non idcirco imbe-
cillior

cillior redditur, quin ad omnem usum aptior propterea
 est & operis habilior artifex: sic ad gerendam Rempu-
 blicam, qui alios quoque munerum participes uult, effica-
 cius is societate adductus opus absolueret potest. Qui uero
 inexplebili quadam cupiditate gloriæ & potentie studio-
 rum uniuersam rem sibi arrogat, & commissam singula-
 riter uolunt, his plerunq; præesse muneribus atq; modum
 exhibere coguntur, ad quæ ipsi nec natura idonei nec ex-
 ercitate & usu accommodati, & apti sunt: & ut Cleo-
 nem legimus ad copias ductitandas haud aptum fuisse,
 Philoxemenem ad rei naualis imperium, ad concionan-
 dum Annibalem: Quorum quidem errata nulla ratione
 excusari possunt: ad quos Euripideum illud apte accom-
 modari potest: Quum esses faber lignarius, rem ipsam li-
 gnariam minime exercebas: quum oratione ad persuaden-
 dum parum ualeres, legationes inibas: quum in re familia-
 ri curanda inertia torperes. Rempublicam gubernare uo-
 lebas: calculandi ratiocinandiq; impertissimus quum esses,
 Quæstorem agebas: imbecillus & senex, ductitandi co-
 pias & foris imperitandi studio flagrabas. Atqui Pericles
 Cimonem in Republica administranda assumpsit socium,
 quandoquidem ipse rerum domi potiebatur, ille autem
 instructis nauibus bellum aduersus Barbaros gerebat: erat
 enim alter ad Rempublicam gubernandam aptior, ad bel-
 licas res alter natura ipsa accommodatior. Laudatur sub-
 inde Eubolus Anaphlystius, qui autoritate, opinione, ui-
 ribus, opibusq; maxime pollens, nihil quod ad bellum &
 imperium pertineret, unquam curandum suscepit, ærario
 duntaxat locupletando penè se addixit, unde uectigalia
 publicosque prouentus mirum in modum auxit, & rem
 communem apprime ijs rationibus ampliorem effecit.

Iphricra

Iphicrates uerò meditando declamandoq; domi, plerisque
 audientibus, derisui habitus est. Nam etsi eloquens erat,
 beneq; & apte orare sciebat, debuit tamen gloriam eam
 querere, quæ Republica pace & bello administrada com-
 parari & gigni solet, ceterum eiusmodi scholas & stu-
 dia rhetoribus & sophistis concedere. Et quoniam natu-
 ra id comparatum uidetur ut suspiciones, atque querelæ
 facile consententur ad uulgus & multitudinem, contra hos
 potissimum quibus autoribus respublica gubernetur, &
 pleraq; ab omni crimine atq; factione sumnota, suspicio-
 nem tamen afferant, per cõiurationem atq; seditionem tra-
 ctari: quo fit ut soliditates & amicitie criminosæ res ui-
 deantur ac malè audiant: eas ob res inimicitie quidem re-
 uera & aduersus ciues disidia nequaquam mihi uiden-
 tur suscipienda. Negotium Chij illius Onomademi, uiri
 sane popularis, qui ut se autore ac duce aduersa in ciui-
 tate factio superata & uicta fuit, omnes aduersarios eij-
 ciendos nõ censuit, uereri se inquiens, ne aduersæ factionis
 hominibus ad unum ciuitate exactis, inter amicos disidia
 fieri inciperent: quod mihi quidem absurdum omnino atq;
 consilij inops negotium uidetur. Proinde si quam ali-
 quando rem, magnam utique Reipublicæ salutarem uul-
 gus suspicari uidetur, & propè formidabilem ducere, ob
 rem tum mihi futurum uidebatur, non omnes uelut ex
 composito eidem astipulari sententiæ & idem sentire ui-
 deri: quin consultò duobus tribusue per disidij atq; con-
 tentionis speciem renitentibus, rem in disceptationem ad-
 ductam bellè & leniter in cõmune tractari: ad extremum
 hos ipsos qui contradicerent, uelut melioribus rationibus
 superatos, priore deductos sententia manus dare. Hac uia
 facile allicius uulgus, & tanquam utilitatis communis

habitu

habita ratione persuasum quocunque uelis inducas. In paruis autem rebus, quæ non magnopere summam Reipublicæ contingere uidentur, non erit ab re, ex sententia animi ciues, atque adeo amicos, inter se certare, explicatam singulis, nullibi omnino dissimulatam sententiam afferentibus. Hinc maximis in rebus populus inducetur, principibus ciuitatis sententias suas dicentibus fidem habere, persuasus sanè singulos suo fretos consilio saluti Reipublicæ rectè prospicere, non omnes ex composito conspiciasse. Sanè uir optimus, & ciuilis, nunquam non natura ciuitati & multitudini præest, ea lege qua dux inter apes existit: quod cum qui Rempublicam administrat animaduertere in primis oportet. Quos uerò uulgo appellat magistratus, & quos decernunt honores, his equidem sepe ac nimis studendum haud existimo: neque enim aut pulchrum, aut populare uidetur, ambitiosè potentiam affectari: ut è diuerso ciuile non est, honores publicè & de more decretos repudiare: & uocantis munera patriæ detrectare: quandoquidem ciuis boni esse uidentur, quocunque patriæ munus rite delatum admittere, & id pro uirili parte curare, etiamsi humilius uideatur, quàm eius existimationi cui demandatur, conueniat. Quin hoc nomine maximè suscipi debet, atque paulò splendidius geri. Par enim est, ut qui magnis honoribus decorati sunt, ab ijs minora munera uicissim ornentur. Verum in adipiscendis primis & maximis magistratibus, ut sunt Athenis Prætores, Rhodi Prytanes, apud nos Bœotie principatus, cedendum aliquando est, & nonnihil alicubi per modestiam remittendum, inferioribus autem honoribus maiestas & splendor quidam studiosè adijciendus, ne pari ratione aut in hisce contemni facillè posse, aut in illis

in illis inuidiam nobis ipsi facere uideamur. Ingredientem uerò subeuntemq; quemuis magistratum, illa uersare in primis animo, atque adeo explicata habere oportet, quæ Periclem accepimus solitum seipsum dum uestem indueret, submonere: Attende Pericles, liberi sunt quos ipse regis, Græci sunt, ciues Athenienses. Super hæc id quoque haud absurdè uidetur adijciendum: Regeris ipse, qui ciuitati præfectus es, Proconsulibus uicarijs Cæsaris subdite: * non hi lonchæ sunt campi, non antiquæ Sardis, non illa Lydorum potentia, expeditiore tibi ueste utendum est, atque de prætorio ad tribunal & forum spectandum, non redimiculis capitis, non coronæ tibi est magnopere tribuendum, qui alios uides capiti imminere tuo. Histriones tibi sunt imitandi, qui actioni atque certamini afferunt nonnihil ex se: affectus, inquam, exprimendis moribus atque uenustatem agendi, cæterum dictanti suggerentiq; uerba Poëtæ sedulò obsequuntur, nihil numeri, nihil modi omnino transgressi. Hac uia tibi finibus ab ijs præscriptis ac traditis qui rerum sunt domini, non est excedendum, quando excessus eiusmodi nunc sibila & risum affert, sed plerisque uelut seuisissimus astitit tortor, & securim è collo adiecit: id quod Pardalæ nostro accidisse scimus, præfinitos transgresso terminos. Alius in insulam deportatus, factus est, ut inquit Solon, Phelcandrius, Sici-nitæ ue pro Atheniense, genitale solū coactus uertere. Pueros quum uidemus parentum sibi conniti induere calceos, seu corollas accommodare capiti, rem risu & ioco excipimus: Principes uerò ciuitatum, qui inepte nimis ac stulte res à maioribus egregiè gestas commemorantes, hæc ciuibus suis ut imitentur iubent, excitare animos illi quidè conatur, uerum ridiculè id tentare deprhéduntur: quãdoquidem ea

* εν ταῦτα λέ-
γχεσ πρὸς ἰα. id
est, non hi sunt
lancæ campi.

præcipiunt, quæ præfenti statui rerum nulla ratione congruere possint. Merito itaq; irridetur ab omnibus & contempti sunt. Nam pleraq; adhuc extant ex factis antiquæ Græciæ, quæ tēporibus hisce haud incommodè in usum venire queant, quibusq; ætatis homines nostræ bene institui confirmariq; possint. Etenim ei qui Athenis pro suggesto orationem habeat, non absurdè cōmemorandum illud suggerendumq; uideri potest, non quibus rationibus bella suscepta & gesta profligata sint, sed qua clementia simul & sapientia Amnestia illa omnium consensu decreta sit, hoc est iniuriarū offensionum'ue (quæ triginta uiris Remp. occupantibus ultro citroq; illatæ acceptæq; essent) obliuio. Refertur etiā illud potest, quæ sit multa irrogata Phrynicho, quòd tragœdiam recitasset, qua Mileti contineretur excidit: ad hæc decreta pompa, quā ciues coronati egerūt, accepto nuntio, Thebas oppidum dirutum antea, & prorsus collapsum, instaurari & refici à Casandro cœpiū, quodq; renuntiato Athenis ad mille quingentos Argiuos interceptos, qui Lacedæmoniorū fauerent partibus, habito senatu, purificatorium poculum circumferri per Curiam decretū est. Deniq; quum per singulas domos exigēda uestigaretur pecunia, eius domus cōsultò præterita est, qui modò uxorem duxisset. Hæc nunc quoq; sectari licet, atq; studere his artibus ad maiorum instituta & mores proximè accedere: ceterū Marathona, Eurymedontem, Platæas, & superiorum exēpla temporū, quæ uulgus omnino tumoris & inertis inflationis atq; fremitus implere solet, prætermittēda, & ad scholas sophistarū reiicienda uidentur. Debet præterea pro se quisq; insontē, & crimine omni uacātem patriā principibus ac dominis rerū repræsentare, nec minore cura & studio amicitiam alicuius præpotentis re-

Amnestia.

Etè comparare, qua uelut saburra firmiter constitutus,
 eiusq; uirtute innixus, certo patriæ presidio sit: præse-
 rim quando Romani Principes ciuili quodã studio, & in-
 nata quadã humanitate non inuiti optimè de amicis mereri
 uolunt, beneficentiæ atque benignitati nati. Hac ratione
 fructus percipi possunt uberrimi, cuiusmodi Polybius &
 Panætius reportauit: quorũ uterq; beneuolentiæ & cõsue-
 tudine Scipionis maximo opere patriam adiuuit, & inge-
 ti felicitate affecit. Id Cæsar Augustus magnificè præse-
 tulit. Alexandria expugnata uictor ingressurus urbem,
 amici cuiusdam ciuis Alexandrini manum prehendit, atq;
 cum eo honoris ergò familiariter confabulando introiit.
 Timentibus reliquis ciuibus, ne in direptionem militi da-
 rentur, proq; eo pestem huiusmodi suppliciter deprecantibus,
 parcere se inquit Augustus illis, & omne ius belli li-
 benter condonare, cum urbis magnitudinẽ miseratum, tum
 uerò conditoris Alexandri habita ratione, ad extremum,
 in gratiam illius amici familiarisq; sui. Num cum eiusce-
 modi gratia pecuniosissimi quiq; magistratus, atque locu-
 pletissimi quiq; prouinciarum Proconsulatus cõferri pos-
 sunt: quibus pleriq; omnes adipiscendis ad aliena uestibu-
 la, re familiari neglecta, consensuisse uidentur. An illud Eu-
 ripideum mutandum, & in hanc est sententiam cõuertend-
 dum? Si ulli est rei inuigilandum, si domus aliorũ frequen-
 tissimè adeundæ, si subditum se quispiã cõsuetudini princi-
 pum uult, iuuandæ decorandæq; patriæ gratia hæc facere
 pulcherrimũ est, cæteris in rebus iustæ honestæq; amicitie
 tuendæ & amplectendæ. Quòd si patriã quisq; pro uirili
 parte obsequentiẽ dominis exhibere uidetur teneri, non ta-
 men eam idcirco seruituti penitus obstringere, & abie-
 ctæ humilitati obnoxiam efficere debet, neque crure altero

obligato, collum præterea uinculis est submitendum. Ple-
 riq; enim simul parua ac magna, nullo rerum discrimine,
 nullo delectu omnino habito ad dominos referentes, pro-
 brosam patriæ ipsi astruere seruitutem uidentur, uel potius
 labefactare, & ueluti successibus crebris euertere, quando-
 quidē eam paulatim meticulosam & penitus consternatam
 reddunt, & rebus omnibus irritam atque inopem faciunt.
 Etenim quemadmodum qui nisi adhibito medico consuetu-
 dine quadam adducti nec coenare, nec lauare, nec aliud
 quicquam per se agere sciunt, ij ne ualetudine quidem pro-
 spera sponte naturāq; data frui audent: ita qui cuicumque
 Reipub. decernende, cuicumq; coetui habendo, omni simul
 administrationi censurā atq; iudiciū principis afferendum
 putant, ij dominis sese & patriæ reliquā libertatē amplius
 quā ipsi principes uelint, subiiciunt. Qua in re contentio-
 forum ambitio, atq; uehementēs & immoderata honorū cupi-
 do potissimum in causa est: aut enim humiliores oppressos
 uolunt, quoad ciuitate coacti relicta profugi abeant, aut
 mutuis inter se ipsi concertaminibus inflāmati, indignē fe-
 rentes sicubi succūbere atq; postputari uideantur, princi-
 pes ipsos ad res omnes adducunt, unde senatus, iudicia, po-
 pulus, magistratus omnis, & Reipub. species funditus euer-
 titur. At uerò qui rectē in ciuitatibus excellere uolunt, infe-
 riores ij ciues æquitate, facilitate, beneficentia allicere de-
 bent, potentiores obsequio, comitate, modestia lenire: omnes
 deniq; bonis rationibus pacatos atq; cōsentientes retinere
 in ciuitate, ut id quod maximē cupiunt, rebus omnibus trāsi-
 gendis præesse meritò possint, hac ciuili ratione & uia usi,
 tanquā medela abdita quapiā & arcana aduersus oēs qui
 possint in ciuitatibus nasci morbos, ut beneficio atq; cōmo-
 do Reip. quibusdā aliquādo cedere, quā pertinaciter &

obnixè damno & incommodo rei familiaris peruincere atq; obtinere præoptandum censeant, aliorum unumquëq; precando, & singulos condocèfaciendo, quàm perniciosà sit res ciuitatibus, pertinax atque obstinata contentio. Nunc uerò nonnulli ueriti ne ciuitas tribulibus uicinis atq; collegis cum honore ac bona gratia domi cedere uideantur, coguntur postea ad rhetorum ostia atque pragmaticorum in manus haud paruo damno atque dedecore, disceptationes inde exortas deferre. Medici quidem morbos quos euellere penitus nequeunt, extrinsecus diuertendos ad corporis superficiem putant. Principes autè ciuitatum, si pacatam omnino ciuitatè & perturbationibus uacuatueri conseruareq; haud possunt, in ea ipsa ciuitate suppressere atq; abdere debent, & è Repu. curandū suscipere quicquid turbulenti & morbidi, quicquid seditiosi inesse compererint, non foris uocare & exteris palàm facere, ne medico alieno & aduëctitijs medicamentis in re tam secreta Respub. indigere uideri possit. Voluntas enim atq; propositum ciuiliis uiri eiuscemodi optandū est, ut ciuitatis securitatem, & rerum tranquillitatem omnium expectat & amplectetur, perturbationem omnem, & gloria inanis ad insaniam usq; cupiditatè omnibus uiribus fugiat & declinet: uerum si quæ aduersæ res & dubiæ accidunt, præsentis animo adsit, intrepida fiducia roborèq; munitus. Quæ animi affectio facillè illos solet subire, qui pro patria hostibus repugnare, atq; ad res difficiles & tempora dubia reniti & dimicare alacres inducuntur. Cauendumq; nobis summopere est, & in primis optandū, ne ipsi nobis tempestatè aliquā concitemus, & malorū nostrorū autores & principes simus: uerū si quo casu aduersitas irruerit, ulla nobis arte ab officio discedendū non erit, neq; periculose

losè ciuitas commouēda, cui periclitanti atq; labanti omnibus rationibus suppetias ferre debemus, & quā opera, studio, industria, fide nostra maximis tempestatibus fluctibusq; iactatam, uelut sacra ancora sistere & firmare: quæ tempestates Pergamenis olim Nerone, Rhodijs nuper Domitiano, Thessalis antehac Augusto imperatore acciderunt, qui uiuum Petreium cremauerunt. Hoc in loco profectò uirum optimum atq; egregiū ciuem nequaquam conspiciarere uel silentio casum prætereuntē, uel sibi extimescentem, uel deniq; se instanti periculo eximentem, crimen atq; facinus in alios transferendo, quin hunc ipsum nauigationem primum omnium obeuntem, legationis onus suscipientem, dicentemq; ingenti fiducia illa: En patratore sceleris assumus, auerte pestē Apollo. Neq; hæc modo, uerum etsi omnino facinoris expers ipse sit, paratus tamen accedat, ut unus pro omnibus, si in usum ueniat pœnas luat, molē eiusmodi magno ac forti animo suscepturus: præclarum mehercles facinus, & quòd se penumero unius uiri uirtute, unica præsentia animi, concitam iram retundere, ulciscendi, & pœnas sumendi flagrantem cupiditatem restinguere, denique acerbiter atq; formidinem omnem fugare deijcereq; potuerunt. Eiusmodi usu euenisse accepimus Buli & Sperchi Lacedæmonijs à rege Persarum. Simili ratione affectum Pompeium legimus defectionis pœnas à Mamertinis exposcere, atque omnino sumere animatum. Astitit Stheno ille, & libera remissaq; fronte uerba fecit: non æquè nec iustè constituturum Pompeium, si unius ob noxam plerosque insontes damnandos capitis uelit, se unum esse qui ciuitatem ad defectionem erexit, amicis quidem persuadendo, inimicis uerò uim afferendo. His ita affecti Pompeium, ut & ciuitati parèdo, &

Sthenonem humaniter conuterq; habendo facile induxerit animum. At hospes quidam Syllæ, uirtute quidem ille simili usus est, sed non Pompeio similem Syllam adeptus, fortiter atq; ingenuè mortē obiit. Prænetū enim oppidum Sylla quum ui cepisset, ciuesq; ad unum necandos constituisset, unum illum qui hospes eius fuerat, hospitij nomine exemptum uoluit: ille contra, nolo inquit occisori patriæ salutis acceptæ gratiam habere, simulq; ciuium se turbæ immisit, & unâ cum reliquis trucidatus est. Verum eiusmodi casus deprecari maximè deuouereq; meliora sperantem oportet: persanctè autè perq; religiosè feceris, si quoscūq; magistratus publicè geras, honore uenerationeq; summa geras. Honos uerò magistratibus ille in primis habendus est, cōcordia atq; cōsensu collegarū, & quidem multò amplior, quàm qui impositione coronæ atq; purpura & auro cōtexta ueste cōparatur. Proinde qui eadē fecisse stipendia, et eandē militiā iniisse, demū iisdē inoleuisse temporibus, amicitie hæc idonea satis initia esse putāt, societatem uerò magistratus atq; imperij, tanquā inimicitarū atq; dissidij causas horrēt atq; aduersantur, ijs id eueniat omnino necesse est, ut unū è tribus malis effugere nequeāt: aut enim collegam parē sibi, aut meliorē, aut inferiorē necessariò existimabūt. Si parē: per factionē dissentire ab eo incipiēt, ne cedere uideātur: si præstatiōrē, inuidia & liuore flagrabūt: si inferiorē, contēnent: quandoquidē diuersa omnino ratione, præstantioribus morem gerere, inferiores ornare, paribus honorem habere deberēt, cæteros amplecti beneuolē, atq; omnibus amicitie prosequi officijs. non enim per mensam & inter pocula, nec in uestibulis ipsis societatem eiusmodi inuenerunt, sed cōmuni ciuitatis cōsulto, & publica suffragatione. Quo fit ut beneuolentiam hanc decernente pa-

tria, ueluti ius quoddam hereditariū mutua charitate complexos perpetuò seruare atq; tueri oporteat. Hinc Romæ Scipio male dicitur audisse: in dedicatione nanque ædis Herculis, epulum quum splendide & opiparè apparasset, amicos inuitauit omnes, collegam duntaxat Mumium præterijt. Etenim quamuis non inter se cæteris rebus uidebantur amare, par erat tamen societatis atq; collegij comiter & honorificè rationem habere. Si Scipioni itaque, uiro certe cætera admirabili, comitatis parumper prætermissum officium factus & superbiæ notam inurere uisum est, quibus queso artibus modestus quisquam alius & frugi homo haberi possit, qui existimationi collegæ per inuidiam detrahat, qui alicubi aberranti per maluolentiam insultet, qui factis præclare gestis per æmulationem obtrectet, uel denique inde laudem benefactorum per ambitionem extorquens, sibi ipsi postea per impudentiam arroget & adscribat? Equidem commemorari iuuenem me quoddam adhibito altero socio, legatum ad Proconsulē decreto publico institutum, socium uerò casu quoddam restitisse, neq; legationis munus ad exitum usq; prosecutum, me functum officio, & quæ publico nomine curanda susceperam, ex sententia confecisse, domum regresso, ac legationis iam absolutæ rationem publicè relatuero mihi patrem secretò iussisse, ne dicerem: accessi, dixi, feci, sed comprehenso collega, accessimus, diximus, fecimus, haud secus atq; si rebus omnibus ipse quoq; interfuisset, & operam mecum præsens conficiendis negotijs impendisset: hac enim ratione nihil non modeste atque humaniter fieri, nec modò haud inuidiosè rem totam tractari, uerumetiam nihil de existimatione inde atq; gloria detrahi. Hinc factū plerūq; & à præstantissimis & maximis usurpatum est uiris, ut rebus præ-

clare ab se & prosperè gestis, sortem fortunamq; impartire oportere censuerint. Sic Timoleo postquam tyrannos Siculos deiecit ac sustulit, Fortune condidit templum quàm magnificentissimè. Sic Pytho admirantibus eum Atheniensibus, & honore ac laude prosequentibus, quòd Cottyn interemisset: Dijs, inquit, habenda est gratia, quibus autoribus patratum facinus egregie est, manu duntaxat, et opera mea cōmodato accepta. Iam uerò Theopompus Lacedæmoniorum rex, affirmanti cuidam, propterea Spartam saluam & incolumem esse, quòd regibus uteretur imperandi gnaris: Imò, inquit, & ciuibus & populo regibus obsequente, quanquam re uera ex altero alterum fit, atq; utrunq; immutatim se continet. Proinde plurimorum hæc fertur sententia, id maximè ad disciplinam ciuilem instituendam attinere, ut principibus ciuitatis & Rēpublicam rectè administrantibus, ciues quoque bene moratos & temperatos exhibeas. Plures enim ubique inueniri qui regantur quàm qui regunt. Rectoribus item Rēpublicam administrandi, parui definitiq; temporis potestatem dari, hos uerò qui in ciuitate uersantur, per omnem fermè uitam regendos exhiberi. Pulcherrimum itaq; & utilissimum institutum ciuilis disciplinæ hoc est, ut principibus magistratibusq; quisq; obtemperet, etiamsi opibus ac natalibus inferiores esse aliquatenus uideantur. Indignū certe & uehementer absurdum negotiū, tragædiarum principē Theodorum, Polum'ue histrionem aliquem mercenarium humilī quādoq; oratione affari, propterea quòd diadema & sceptrum gestat, in gubernanda uerò Republica, atq; rebus nō conficiendis, sed ueris, magistratū idcirco à diuite quopiā & potente contemni & parui fieri, quòd priuatis non ualet opibus, etiamsi rerum angustia & difficultate laborare uideatur.

deatur. Nempe hoc nomine dum existimationi magistratus per cōtumeliā & cōtemptū detrahitur, Reip. ipsius dignitas deici ac premi uidetur, quandoquidē pro se quisq; maximē ipsam auctam & ornatā uelle tenetur & debet, eiq; suā ipsius gloriā, suam existimationem adijcere. In Sparta Ephoris cedere reges debebant, & si quis ē reliquis ciuibus publicitus uocabatur, non cessim is neque ociosē, sed cursim atq; perpropere accedebat per forū, parēdi ciuitati studium prae se ferens, honoreq; se in eo affici ratus, quōd imperio ciuitatis obtemperare alacer uideretur. At uerō sunt alij, insolentes profectō & prorsus agrestes et inciuiles, qui tanquā inde sibi nomē atq; potentiā uēdicēt, in publicis certaminibus ad ostētationē usq; ludorum magistrōs contemnunt, & cōtumelia consultō afficiunt. In Dionysijs pomparū principes & doctores obiurgāt, praeiores ridēt atq; sugillant, & praefectis Gymnicorum ludorum imponunt, stulti sanē, qui intelligere nequeunt, honorare quā honorari quid praestet, quā se penumero gloriosius & honorificētius sit. Maius enim ornamentū & decus affert homini praepotenti in ciuitate, si magistratum ipse deducit, ac ei se comitem adhibet, quā si ipse contrā deducatur à magistratu: imò hoc inuidiā parit, illud solidam arguit gloriam, ut quae à beneuolentia honorem habentium proficiscitur, praeterquam quōd etiam ciuitati ipsi dignitatē addit & decus. Pulchrum profectō spectaculum, & iocundum, si prior is ad uestibulum praetorij praetorem salute imperiat, atque eum amplexus spatiando per urbem deambulet. Ciuile quoque illud populare ue, maledictum aliquod per iram prolatum a quo excipere animo, & non aegerrime ferre, & uel illud Diomedis per occasionem subdere: Laus hinc et honos sequetur. uel illud Demosthenis: At nō

modò Demosthenes est, sed initiorum moderator, sed pompe agendæ princeps, sed coronatus de more. Itaque ulciscendi cupido in aliud est tempus reijcienda, ut alterutrum certè usu ueniat, nam aut posteaquam magistratu perfunctus fuerit, commodius iniuriam ulcisci poterimus, aut si intermissione persequendæ iniuriæ ira interea leniatur, lucro id deputabimus. Quòd si de commodis Reipublicæ agatur, omnium studio, opera, cura, fide, & diligentia rei communi prospiciendum erit, & aduersus quemuis magistratum solertissimè contendendum. Et si forte ij, quibus Reipublicæ gubernacula tradita sunt, ea urbanitate, modestia, prudentia uideantur, ut facile & sine contentione quæ pro commodo Reipublicæ dicantur excipiant, eos horum quibus sit opus admonitos & planè edoctos oportet, quibus teipsum ita pollicitum uelis atq; depromptum, ut tua rebus agendis opera uti queant: uerū si quam his subesse segnitiam & cunctationem intelligas, uel improbitatem & fraudem suspicaris, oratione tum, studio, opera sedulo Reipublicæ adsis necesse est. Reliquos quoq; ciues quibus forte res nō usquequaq; perspecta est, periculi admonitos imminētis oportet: nec ulla arte est negligendū, nec ciuitatis iura ac salus prodēda per speciem, scilicet non decere priuatum ciuē principum & magistratum gerentiū res & munus paulò curiosius disquirere & scrutari, & hoc nomine administrationē alijs rite traditā ad se conari trāsferre. Parū hæc ualere, nullū obtinere locū omnino debent, ubi de salute rerū & Reipublicæ cōmodis agitur. Pulcherrimo enim iure, cum nunquam nō recte agenti, atq; ciuitatis saluti & commodis præclare prospiciēti primæ Reipublicæ haud iniuria deferūtur. Fuis se refert Xenophon in exercitu quēdam, nō imperatorem quidem

quidem, non ducem, non præfectum, sed prudentia, uirtute, consilio, magnitudine animi facile principem, qui talis extitit, ut Græcos perseruarit. Philopœmenes quoque inter res præclare à se gestas, illo maxime facinore clariuit, quod quum Agis Lacedæmoniorum rex copias ad Messenam oppidum adiuuisset, & Achiuorum dux reformidans congressum suppetiis ire recusaret, ipse iniussu imperatoris strenuis quibusque uoluntarijs acceptis, atque in aciem directis, hostes irrupit, & ciuitatem salute periclitantem hac uia metu atq; periculo liberauit. Non tamen pro quibusuis exiguis scilicet & parui momenti rebus nouitati studendum est, & ordo ac modus rerum omnium perturbandus, sed aut pro necessarijs, & quæ dilationem sine perniciæ ferre non possint, quale Philopœmenis fuit negotium: aut pro rebus illustribus & præclaris, cuiusmodi fuit Epaminondæ. Is enim contra legem definito sibi imperio temporis quadrimestre spatium addidit, ingressusq; Laconicam res Messenæ confecit. His rationibus extraordinarie inuouandum aliquid est, ut uel necessitatis prætextu, si quæ occurrendum erit uituperationi atq; querelis, accusationem deprecari possis, uel magnitudine atque decore facinoris inceptum commode compensare. Celebratur ubiq; gentium Iasonis illa Thessalorum tyranni sententia, quam uisuisse in eos solitus traditur, quibus ullam molestiam aut uim intulisset: Qui magnis in rebus iustitiæ se cultorem haberi uult, cum ius aliquando in paruos uiolare necesse esse. Quanquam eiusmodi uerba euestigio intelligi possunt præpotentis cuiuspiam esse, cupiditate & ui, non ratione & lege res administrare uolentis. Hoc uerò rectè ciuile præceptum est, parua plerumq; quibusdam ratione concedenda esse, ut & maioribus resistere abstinere ue possis, & hos

hos qui ad peccandum paulò petulantius propensi uidentur, facile coërceas & retardes. Is enim morosum atque prorsus difficilem populum efficere solet, qui gubernacula Reipublicæ tenens, nimium in omni re se & uehementer seuerum, asperum, atq; inexorabilem exhibet, nemini unquam cedēs, nihil ulli condonans. Assuefacit nimirum is & inducit populum, ut pertinaciter atq; cōtentiosè renitatur atq; repugnet. Enimuero laxandus est aliquando, ut aiunt, pes, & fluctibus obsequendum, quando præsertim magna uentorum ac ingens uis, nunc prope obsecundantiū, nunc reflantiū: & cum lepidè atq; scitè alludendum assentiendumq; deorum solennibus ludis atq; spectaculis celebrandis, tum uerò dissimulandum, atq; consultò nonnihil prætereundum, tanquam nec uideris quicquam, nec audieris: id quod domi plerunque puerorum errata de industria non obseruantes, quasi nesciamus intelligamus ue, factitare solemus. Hinc maxime obiurgandi castigandiq; acrimonia & loquendi libertas, non uelut medicamentū identidem usurpatum, seu uetus atque abolitum, proq; eorum efficax parumq; potens, sed ut uigens raritate ac fidem faciens, hos qui maiora grauioraq; commeriti sunt, uehementius taxat, atque acrius mordere & pungere potest. Alexander sororem cum quodam honesta iuuenē forma consuescere quum accepisset, haud rem grauatè tulisse fertur, dixisseq; concedendum aliquatenus illi quoque esse, regno ut fruatur: quanquam non rectè, neque pro dignitate & officio uidetur eiusmodi factis concedere, quem minime oportuit petulantium & perniciem regni uoluptati habendam existimare. Porro uir ciuillis nequaquam pro uiribus populo permittendum censebit, ut in ciues per contumeliam seuiat, aliena bona diripiat, publica peculctur

eulet
 facien
 pugn
 & at
 inue
 trium
 largi
 nigni
 per n
 iocur
 aut I
 quog
 fitis a
 nem
 tit ad
 Catil
 mula
 decer
 bus a
 tum
 toru
 dum
 minu
 affer
 priu
 grat
 lenie
 pulu
 duce
 rem
 uifi

culetur, uel perperam dissipet: suadendo potius, condoce-
 faciendo, terrendo deniq; petulantia omni atq; libidini re-
 pugnabit. Quales cupiditates ac pestes Cleon & paut
 & auxit, aculeatumq; fucum, ut inquit Plato, in ciuitatem
 inuexit. Quòd si uulgus aliquando uetus aliquod & pa-
 trium festum uel Dei solenne prætendens, spectationem
 largitionem uel aliquam nõ admodum sumptuosam, & be-
 nignitatem haud absurdam uidetur expetere, licet ei tum
 per magistratus & principes ciuitatis commoditate hac
 iocunditateq; frui. Pleraque enim eiusmodi rebus à Pericle
 aut Demetrio principe gestis inesse comperiuntur. Cimon
 quoq; traditur de ambulacris spatiosis platanis ordine con-
 sitis atque in uersum dilatis forum uarie exornasse. Cato-
 nem item accepimus, ut Populum Romanum animaduertit
 ad mutationem Reipublicæ perniciosè propensio-
 rem, Catilina rebus nouis studente, & Caio Cesare uarijs sti-
 mulante artibus, retulisse in senatu, persuasisseq; ut largitio
 decerneretur, quæ inopia & angustia rerum laboranti-
 bus distributum exhiberetur: hoc nomine tumultum seda-
 tum, hac uia seditionis suppressa semina, atque turbulen-
 torum ciuium inhibitum impetum. Etenim quemadmo-
 dum medici est, magna ex parte corruptiore sanguine di-
 minuto, parum ægroto deinceps innocui & salubris cibi
 afferre: sic uir ciuilis & Reipublicæ princeps, dempta
 prius ignominia, damno uel ciuitatis summoto, leui deinde
 gratia & humanitate quascunque molestias & querelas
 leniet atque solabitur. Erit quandoque ob rem, quod po-
 pulum intelligas nimio flagitare studio, id aliorum tra-
 ducere, quod Demadem fecisse accepimus. Ei Questo-
 rem agenti, & prouentus ciuitatis curanti, Athenienses
 uisi sunt studio quodam inducti, auxiliares triremes ijs
 uelle

uelle mittere, qui modò ab Alexandro descuerant. Iubentibus itaque pecunias depromeret, & sine mora repraesentaret: Sunt, inquit, uobis uiri Athenienses parate pecuniae, quas equidem in congijs deposueram, quo singuli dimidium mnae acciperetis. Verum si ad ista mauultis erogari eas, per me liceat uestris abutamini, & ad quae complicitum est impendatis. Hac arte populi substitit impetus, & ne distributione illa fraudaretur, expeditione posthabuit, & in Alexandrum nihil commertuit. Pleraque enim incommoda non recta excutiendi uia amoliri atque depellere possis, ut ad ea propulsanda insinuatione & ambulantio artificio opus sit. Qua ratione usum Phocionem accepimus: Iussus enim copias in Bœotiam ducere, quae tum expeditio non ei è Republica fieri uidebatur, edixit, ut qui ex ephēbis ad sexagesimum annū in ciuitate essent, ipsum continuo sequerentur. Reclamantibus uerò senioribus, & etatem excusantibus, nihil inquit absurdi edicto continensuo: siquidem ipse octoginta natus annos copias ductitans unā profecturus esset. Hac ratione uulgi studiatundere poteris, si quando legationem uideris importunū flagitari, eiusmodi decernendo, qui ad munus obeundum parum tibi idonei uideantur, easque sarcinas ac uasa deferant iubendo, quae impedimento magis atque deornamento proficiscentibus, quam uel decori uel usui omnino futura sint. adhuc te ipsum unā peregre profecturum pollicebere, modò quae constituisses in expedito sint. Maxime uerò omnium eos huc puto trahendos, & ijs id quicquid est negotij committendum, qui suis inducti studijs harum rerum autores hortatoresque potissimum uidebantur existere, qui si munus recusent, rem totam, cuius se auctores uoluerunt, ipsi destruant: sin suscipiant, laboribus

diffi

difficultatibusq; quoquò uersus impliciti suæ ipsorum de-
 mentie & temeritatis pœnas primò omnium luant. Quòd si
 quod opus ingens ac utile curandum proponitur, ad quod
 conficiendum opera & diligentia multa opus sit, hic anni-
 tendum est, ut optimos amicorū tuorū, quibus rem perpe-
 trandam cōmittas, deligas, uel ex idoneis omnino eos desu-
 mas, qui facilitatē atq; mansuetudine maximè præsent: ut
 qui non per contentionem sibi inuicem refragando, sed
 consentientes atque concordēs negotium sunt absoluturi,
 nempe prudentia sine studio æmulationis adhibita. Quin
 etiam tuam ipsius naturam expertus, si quid offeratur
 agendum, ad quod efficiendum alios te magis idoneos fu-
 turos intelligas, illis ut qui plus ualitura, & rem commo-
 dius tractaturi sint, administrationem & munus cōmittes.
 Quam uiam Diomedem secutum accepimus, qui castra ho-
 stium exploratum quum mitteretur, posthabitis fortiori-
 bus eum sibi delegit socium, qui prudentia maximè præ-
 staret. Natura enim comparatum uidetur, ut inter eos
 æmulatio contentiosa non innasceatur, qui diuersa uirtute,
 diuersis uiribus, non eodem studij genere, operam rei cui-
 piam dant, ac eam disparibus quidem artibus, uerum pari
 diligentia uoluntateq; curant. Quòd si fortè causam di-
 cturus, seu legationem initurus, tu te ipsum ad dicendum
 intelligas parum idoneum, uirum dicendi peritum adiuto-
 rem tibi sociumq; muneri desumere debes, ut Pelopidas
 Epaminondam. Sin ad alliciendum oratione populum pa-
 rum es natus, & à gratificandi ratione alienatior, lepi-
 dum aliquem atque obsequiosum delige tibi ut Callierati-
 dam fectre solitum legimus. Si uerò ad labores tolerandos
 imbecilli tu es inefficaciq; corpore, industrium accipe &
 robustum, ut quondam Lamachum Nicias. His artibus
 Gerion

Gerionem admirandum accepimus: qui enim multa crura, plerasque manus oculosq; habere dicebatur, unico cuncta animo consilioq; administrabat. Itaq; Reipublicæ gubernatores non modò ad usum ciuitatis opes & corpora conferre debent: uerum quoque fortunas, uires, uniuersas copias, concordibus atq; cõsentientibus animis contribuere, ut pro se quisq; eandem rem quibus possit & sciat, curando excellat: non quemadmodum Argonautæ relicto Hercule coacti postea sunt muliebri ductu ueneficijs & incantationibus sese saluos facere, & aureum uellus furari. Neq; templum intrare uolentibus, foris est aurum omittendum, & ferrum nequicquam introferendum: & quoniam iuris dicendi tribunal uelut commune omnibus templum patet, Iouis cõsiliarij & Themidis iudiciorum præsidis domicilium, cuestigiò quenque inde mouere oportet morbum auaritiæ: omnemq; comparandarum diuitiarum sollicitudinem tanquam ferrum ferrugine obsitum, ab animo amolitur, ad mercaturam & nundinas atque fœneratores & caupones reijcere, & seipsum aliorum uertere ad recta munera expeditum, admonitum prius & pro comperto habentẽ eius semper corruptam futurã rationem uitæ, qui semel depeculari Remplicã, legere sacra, expilare sepulcra, bona amicorum surripere, negare credita, clientes prodere, falso testimonium dicere animum induxit, Hunc, inquam, futurum consiliarium perfidum, iudicem irreligiosum, in magistratu gerendo questui & muneribus inhiantem, nullius, ut semel dixerim, iniuriæ omnino expertem. Qua de re mihi haud uidetur

Ambitio rei-
publ. perni-
cious.

phuribus differendum uerbis. Ambitio uerò etsi speciosior uideri potest auaritia & lucrifaciendi cupiditate, nibilo tamen minus mihi uidetur perniciofa Reipublicæ, quippe

cu

cui maior inest audacia, & quæ non deiectis neque ignavis innascitur animis, sed nouis, uigentibus & iuuenilibus: accedit plerunque obsecundatio quædam & fauor populi: quo fit ut extollantur magis & intumescant, nec contineri proinde possint, nec facile à quouis se tractari permittant. Plato quidem ait, adolescentes à primis omnino annis admonendos esse, aurum extrinsecus uel gestare, uel possidere nefas esse ei qui illud intrinsecus, & animo ipso immixtum natura haberet: uirtutem, ut mea fert opinio, hoc nomine uolens significare: cuius primordia quædam, & ueluti semina homini innata, ad consummationem eius pertinent. Ea ratione commonefaciendos existimo, qui cupiditate honorum, & morbo ambitionis laborant, eiusmodi aurum ab se possideri, quod nulla aspersum labecula, omni peste uacuum, nec inuidia ulla corrumpi, nec notari macula, nec sordibus ullis contaminari queat: quoniam memoria rerum priuatim publiceque honestè gestarum indies augeatur & crescat. Quamobrem non depictis opus est imaginibus, non fictilibus signis, non ex ære conflatis statuis, in quibus id quod apparet probarique potest, totum alienum & foris affictum est. Quandoquidem non is ab iniuentibus laudatur, cui stat opus, & aut pius uel factus, aut denique fabrefactus atque compactus tubicen forte quispiam uel satelles, sed is commendatur qui fecit. Proinde Cato referta iam urbe Roma signis & statuis, suam ipsius sisti uspiam non permisit, nialle, inquit, causam cur sibi non steterit statua, quam cur stet requiri: si enim honores inuidiosi sunt, arbitranturque uulgo homines ijs se habere gratiam, quia non accipiunt: e contrario ab ijs sibi haberi qui acceperunt, eosque grauantur, atque quasi mercedem ea ab ijs efflagitant, quibus indigere ipsi uidentur.

Et ut qui præteruectus Syrtes ad fretum delatus & æstua-
ria, postea nauim euerit, nihil operæ precium is fecisse ui-
deatur: ita qui *Questor* ærarium conseruauit, prouentus
publicos auxit, Consul deinde factus & ampliori præ-
fectus muneri, repetundarum peculatus ue damnatus est.
Nam etsi sub rupes præaltas, celsumq; promontorium de-
pulsus uidetur, mergitur tamen nihilominus & pessun-
datur. Magnus igitur ille, qui nulla eiusmodi rerum in-
digens fugit ea & deprecatur, & omnino pro nihilo du-
cit. Quod si gratiam & benignitatem populi studio huc
prolapsi, repudiare facile, & ea carere non possis, satis sit
tibi titulus & tabella, decretumq; publicum & uerba,
perinde atque si inter ciues decertaretur, non præmio ar-
genteo ingentis proposito pretij, sed de re sancta certe, &
ad corollam usq; pertinente. Cuiusmodi Epimenidem ex
arce donatum accepimus, postea quam expurgarat urbem.
Anaxagoras uerò publicè decretis honoribus animo ma-
gno repudiatis, id sibi omnino postulasse commemoratur,
ut quo die mortem obiret, pueris qui disciplinis & arti-
bus operam darent, permitteretur seriatos ociari & lu-
dere. Septē etiam Persis, qui magos interemerant, eorumq;
soboli honoris causa illud decretū est, * ut anteriore capi-
tis parte tiaram gestarent: Id enim signi facinus patratu-
ri inter se ex opposito dederant. Honos uerò Pittaco ha-
bitus ciuile aliquid præ se fert: Iussus enim quantum uellet
ex eo agro sibi acciperet, quem ipse ciuibus uendicaret,
quantum iaculum, quod ipse iaculatus erat, pertransi-
tantundem accepit. Publius uero Romanus tantundē agri
sibi quesitum uoluit, quantum ipse qui claudus esset uno
die peragrasset arando. Honos enim non rei præclaræ
gestæ merces esse debet, sed signum permanendæ rei ad
multum

* *ut τὸν μὲν πο-
δὲν τῆς κίρας
λῆε τὴν τιὰν γὰρ
φογῆν.*

multum tempus, ut illi superius memorati honores diu manserunt. Ex trecentis autem statuīs Demetrio Phalereo honoris erectis causa, nullam ærugo attingit, nullam squalor sordidauit, nullam uetustas attriuit: quippe quæ adhuc illo uiuente subuersæ omnes sublataeque sunt. Demadid item statuas deiectas & obrutas, ac inde ad uascula quædam per cõtumeliam conflatas accepimus. Plerique alij eiusmodi honores in contumeliam uersi molesti odiosique habiti sunt: nec per improbitatẽ tantum eorum, quibus decreti fuerant, uerũctiam uastitas & amplitudo immoderata, cur antiquarentur, causa extitit. Proinde fortissimus atque firmissimus honoribus custos, modestia adhibenda est. Prægrandes enim honores, utpote superbi & tumidi æquẽ ut corpora uastæ & immoderate proceritatis, cito simul & facillẽ corruunt. Appello autem nunc honores, quos uulgus sic æstimat: Empedocle enim autore, quod uulgo fas dicitur, sic ego quoque accipio. Nam honorem uerum & solidum, & gratiam quæ eorum continetur beneuolentia, qui beneficiorum memores, & gratiæ referendæ studiosissimi sunt, ciuilis uir nequaquam despiciet, neque committet, ut quasi existimari negligat, & ne suis uideatur placere, honorem ex industria fugitet, & deuitet: quod sensit Democritus, quando ne canum quidem allusio, uelut salutatio, neque equorum propemodum beneuolentiæ species uenatoribus equisonibusque res omnino repudianda uideatur: quippe quam iocundam & utilem arbitrantur, putantque affectionem eiusmodi cicuribus animalibus inculcandam, & penitus inferendam esse: qualis commemoratur Lysimachi canis, quales equos Achilles in Patroclum fuisse Poëta refert, Mihi proinde præclarior cum apibus agi uidetur, si cultores altoresque suos salutare, &

mansuetè accipere consuescant, quàm si infestis eos aculeis petant. Nunc uerò apes quidem fumo uexatæ poenæ possessoribus temeritatis atque ferociæ dant, equi lasciuientes & duri freno iunguntur, contumaces canes coercentur collaribus, & quocunque uel inuiti aguntur. Hominem uerò homini nil aliud mäsuetum & mitem reddit, quàm beneuolentiæ fides, iustitiæ & probitatis certa opinio. Quocirca rectè Demosthenes sensisse uidetur, qui id maxime salutare ciuitatibus & firmum præsidium censet, ut tyranni nullam liberi populi fidem habeant. Etenim pars illa animi, qua fidem habemus alijs, & credulitate afficimur, lubrica nimirum est, & facillimè falli induciq; potest. Et ut Cassandræ uaticinatio propterea nihil profuit patriæ, quòd erat apud ciues ingloria, & fides ei non habebatur (sic enim dicere adducitur: Incassum me Deus uoluit uaticinari, quando ante cladem insana habita, post calamitatem sapiens sum appellata) sic fides Archytæ habita, & in Batum beneuolentia ciuium magnopere ijs profuit, qui eorum opera & consilio usi sunt. Proinde primum & maximum omnium, quæ existimationi bonorum ciuium attribui possunt, fides certe est, quæ gradum ad augendum constituit, & aditum magna capessentibus præstat, propugnat secundo loco, armatq; & instruit bonos beneuolentia ciuium aduersum obtrectatores & improbos: quandoquidem, iuxta illud poëticum, ut mater ab infante suauis somno sopito abigit muscas, ita liuorem atque inuidiam procul propellit & amolitur. Aequat præterea uires, & parem plebeium patricijs, ignobilem illustribus, inopem diuitibus, & magistratibus priuatum facit, atque ut semel dixerim, uirtute ueritateq; accedente, Respublica certis flatibus & secundis

cundis gubernanda suscipitur. Quæ res tibi, si animad-
 uertas exempla, notesq; memoria rerum ratione contra-
 ria & diuersa hominum affectione gestarum, facile com-
 peritior apparebit & euidentior. Dionysij uxorem supra
 tam, liberosq; prius omnifaria contumelia scædè affectos,
 interemptos demum accepimus: ad extremum concrema-
 tis corporibus, in mare de nauî cinerem sparsum. At Me-
 nandro regi Bactrorum, homini frugi atque mitissimo, in
 expeditione & castris uita defuncto, cunctæ ciuitates re-
 gni, cunctiq; populi inferias de more & iusta magnificè
 communi consensu soluerunt. Postremo de reliquijs quum
 diu decertatum esset, quibus potissimum commendarentur,
 uox tandem inter omnes conuenit, ut æquè partitæ singu-
 lis distribuereutur pro rata parte: nempe quo monumen-
 tum illius uiri apud omnes pariter cum ueneratione exi-
 steret. Agrigentini tyrannide Phalaridis liberati publicè
 sanciuerunt, nulli cæruleo colore uestimentum gestare
 liceret: ideo quòd tyranni satellites, & corporis eius sti-
 patores, eo colore subligaculis uti soliti erant. Perse ad
 hanc usque diem homines unco naso & amant, & pul-
 chritudine præditos arbitrantur, in honorem Cyri, qui
 eiusmodi naso fuisse traditur. Quo fit ut amor ille uali-
 dissimus atque sanctissimus omnium meritò habeatur, quem
 per uirtutem quispiam à ciuibus & popularibus sibi com-
 parat. Honores autem, qui spectaculorum, largitionum,
 atque gladiatorum cædione constantur, falso quidem hi
 honores appellari uidentur: quippe qui à meretricijs
 adulationibus nihil distant. Natura semper id multitudi-
 ni comparatum in promptu est, ut eroganti gratifican-
 tiq; statim arrideatur, & instabilis, atque unius diei ingen-
 tis gloriolæ species confestim exhibeatur. Rectè itaq; mihi

naturam multitudinis conspicatus uidetur, qui primus dixit largitionum corruptele inductione, libertatem popu-
 lorum interijſſe: uis enim omnis & robur frangitur mul-
 titudinis cupiditate accipiendi ſuperate & uictæ: quan-
 quam corruptores uulgi admonendi mihi uidentur, ſeipſos
 primos ijs artibus perdere atque peſſundare, quando ma-
 gno pretio honores eiufmodi ementes, ferocius efficiunt
 uulguſ: oſtenduntq; ipſum rerum potiri, & dandi auſe-
 rendiq; munera poteſtatem penes eum poſitam eſſe. Et
 de largitione quidem hætenus. Verum non idcirco circa
 munificentiam & benignitatem ciuilem ſordidè aut par-
 cè erit agendum, ubi ſcilicet rebus ſuppeditantibus legum
 atque morum permiſſu fieri poſit: maiore enim odio diui-
 tem populus ſuggillare & perſequi ſolet, nihil per beni-
 gnitatem & gratiam depromentem, quàm inopem &
 egenum, qui bona ſurripiat publica & ſuppilet: hoc enim
 neceſſitate acerba domina ſtimulâte, illud malignitate atq;
 contèptu fieri arbitrâtur. Eſto itaq; munificentia talis, quæ
 primo gratuito & liberaliter, non alicuius recti cauſa ap-
 preat: hæc enim ratione ij, quos affeceris beneficio, admi-
 rantur te & faciliè capiuntur. Secūdo loco oblata occasione
 prætendendæ urbanitatis frugalitatisq; uenerare deos, &
 per pietatē in honore eorū opibus tuis utare: Magnopere
 enim affici multitudo ſolet, & in opinionē adduci colēdos
 uenerādoſq; eſſe immortales deos, quādo pietatē eorū con-
 ſpiciūt, quos ipſi maximi ducūt, tam magnificè & alacriter
 diuina proſequentium, atq; tot ſumptus haud grauātē im-
 pendentium. Et certe, ut inquit Plato, modulationem &
 cantum, cum Lydium, tum uerò Phrygium adimi ado-
 leſcentibus oportere, quos liberaliter inſtitutos uelis, quòd
 alter luctu atq; cōqueſtionibus deiicit atq; affligit animum,

alter

alter ad libidinem & luxuriam irritat, & precipitè agit: sic principè ciuitatis facere decet, ut ambitionem & sumptus, quibus alius irritatusq; animus atrocior & ferocior fit, & scurrilitate quadã prodiga luxuriari uideatur, omni studio de ciuitate procul depellat atq; eiciat. Quòd si minus effici forte id potest, ab ijs certe abhorreat, atque eos declinet, & ijs refragetur pro uiribus, qui talia expetunt, & perniciosissime student. Modicos uerò temperatosq; sumptus semper putet idoneos bene morate ciuitati, quorum finis necessarius honestus ue sit, & usus iucundus & gratus, modò noxa omnino atque contumelia uacet. Et si forte tibi adeò mediocres fortunæ sunt, ut nisi centro & linea, ut aiunt, perpense, ad ea quibus tibi opus sit suppeditare minime queant, non erit illiberale, non animi omnino summissi & humilis, inuoluntariam inopiam confiteri, dehinc locupletum sumptibus cedere, ne contentionis inani studio ad grande æs alienum constandum ineptè cogare, unde teipsum non modò miserandum omnibus, uerum etiam irridendum exhibeas. Difficultate enim rerum implicitus, occultam diu & abditam inopiam tenere quò poteris? Nanque siue amicis molestiam & negotium exhibueris, siue creditoribus adulando alluseris, deprehendaris utcunque necesse est, iudicesq; teipsum non modò nullam gloriam, nullas hac uia tibi opes parare, uerum contemptum & dedecus adipisci. Conducet itaque rebus tuis Phocionis atque Lamachi memoria sæpenumero userpata: Quorum alter flagrantibus quibusdam Athenis, ut ad sacram rem faciendam quippiam etiam ipse pro uirili parte tribueret, & diu quasi daturò applaudentibus: Iniurius & impudens, inquit, profectò sim, si ad rem diuinam uobis deprecantibus aliquid dare animum in-

duxero, huic autem Callieli, digito creditorem ostendens, nihil reddidero. Lamachus uero imperij expensum referre solitus traditur, quantum sibi in uestimentum atque crepidulas expendisset. Ermoni Thessali magistratum pro inopia ei deprecanti, matellam uini singulis mensibus, & farinule modium de publico decreuerunt. His rationibus fit, ut neque fateri inopiam dedecori sit, & in ciuitatibus non desint qui possint benignè & lautè accipere inopes, modò uirtus intersit rebus, & liberè esse uiuendum persuasum sit omnibus. Quamobrem contineat se quisque maximè, & rebus sic consulat, sic modum constituat, ut nec in campum pedes aduersus equites dimicaturus descendat, ut nec in spectaculis, epulis, & in scena inops cum locupletibus de magnificentia & gloria certaturus. Sanè uirtute innixus, animi presentia rationeq; fretus, ciuitatem regere pergit, ut inde non modò dignitas & maiestas quaedam exoriat, uerum gratia quoque & beneuolentia rectè concilietur, res profectò diuitijs Cræsi optatior longè atque præstantior. Frugi nanque moderatusq; uir, non insolens, non nimium sui amans, nemini in ciuitate oneri esse potest, nulli acerbus & grauis, nulli uisu infestior: Nam & salutabilis est, & natura communis, atque adire & affari uolentibus facilis, cuius domus non obscurata, non oclusa, sed patens est omnibus, quò se quisque uelut è tempestate & fluctibus in portum tutò recipere possit. Nec humanitatem duntaxat his rebus affert, quibus curandis ope simul & opera opus est, uerum etiam uota prospere adsequētibus letum se & hilarcm exhibet, rursus offensis & aduersitate ulla affectis dolentem & mœstum. Nusquam ulli molestus occurrit, nemini per importunitatem impedimento est, non longo ser-

uorum

uorum & comitum agmine insolens, non in balneis & theatri occupatione locorum curiosus, non delicijs & nimio sumptu insignis, & propterea inuisus & grauis, sed æquus & lenis: moribus, ueste, uictu, educatione liberorū, uxoris atq; familiæ cultu, simul modestia & humanitate rebusq; omnibus talis, ut facile agnoscere possis popularem hominē, qui se unum de coetu haberi ciuium ex animo studeat, qui beneuolum se & fidelem consiliarium dubitatione æstuantibus præbeat, afflictis patronum sine mercede, connubijs amicitijsq; committendis facilem aptumq; conciliatorem. Hunc magnam partem diei in curia Reipublicæ, in foro amicis impartire quotidie uidere licebit, reliquum uitæ spatium ea ratione dispensare, ut curas, sollicitudinem, atq; desideria ciuitatis ad se undecumq; conuertere, atq; pro uiribus componere, & ad meliorem conditionem redigere prompto & alacri animo pergat, imitatus Cæciam, qui flando nubila ad se contrahere fertur: Non enim cessationem & ocium, quod pleriq; passim facere solent, querit, sed Reipublicæ præclare administrandæ omnē operam, atque adeo uitam ipsam impendit. Quibus artibus ciues ad se conuertere uult, edoctos atque bene admonitos, quæ sit boni ciuis in Rempublicam cura, qualis prudentia: rursus cuiusmodi aliorum sint falsæ adulterinæq; adulationes, & perniciose illecebræ. Iam uerò assentatores Demetrii alios non appellandos reges censebant: quippe qui Seleucum elephantorum magistrum, Lysimachum gazæ & ærarij custodem, Ptolemæum Nauarchum, Agathoclem præfectum insularum dictitare consueuerunt: Populus certè etsi prudentem & bonum ciuem initio fortè spernere, atque nonnunquam paruifacere uideatur, percognita tamen animaduersaq; simplicitate

plicitate ueritateq; morum eius, eum postea ciuile omnino iurum, cum popularem, cum ciuitatis principem arbitrantur. Ex reliquis chorearum atq; pomparum ductorē aliū, epularum alium præbitorem, ludorum hunc magistrum, & aliās alium arbitrantur & uocant. Et ut in conuiujs usu uenit: Callias Alcibiades'ue epulum præbet, & sumptum facit, Socrates autem obseruatur, ad Socratem omnes congerunt oculos, sic in sanis & liberis ciuitatibus Ismenias erogat & largitur, Lichas apparat editq; cœnas, Nicceratus dux est pomparum, & choreas apte cōmittit: uerum Epaminondas, Aristides, Lysander magistratus gerunt, copias ductitant, imperijs ubique funguntur, domi ac foris Rempublicam administrant. Huc itaq; intueri oportet, non animis deiici, non expauescere & penē consternari gloriolam spectantē, quæ fauore atq; applausu uulgari, de theatris, de culina, de popina, de strage hominum repente exorta, & fragiliter comparata sit. Proinde nil honorabile, nil honestum, nihil præclarum & graue in se, nihil solidum continens, non diu mansura, parum uictura, unā cum ludis & scenis ipsa quoque meritō peritura funditus est. Qui apiaria curant, & ipsis apibus ære & usu nutriendis operam sedulō dant, quas ingenti bombo & strepitu de cellulis conspiciantur prodire, ualidas eas atq; uberes esse coniectant: Quem uerō Deus ciuilis et ratione præditi examinis curæ atque cultui præfecit, quietis atque mansuetudine populi felicitatem eius potissimum meitur, & coniectura consequitur. Et reliqua quidem Solonis præcepta & instituta amplexabitur ac admittet, postremo pro uiribus imitabitur: illud autē admirabitur certē, sed hærebit diu & dubitabit, qua tandem uir ille ratione adductus lege cauendum duxerit, qui scissa ciuitate

per seditionem bifariam, neutri se parti addixerit, in æra-
rios cum oportere referri. Non enim corpore aliquo affe-
cto & morbo, de membris iam morbo & uitio occupa-
tis, initium conualescendi & salus speratur progredi pos-
se: quin ubi uis ualidorum membrorum præualere incepe-
rit, inde uelut quoddam temperamentum proficiscens, ui-
res serpentis iam morbi reprimat, & indies magis retun-
dit. Natura dehinc opitulante immutatio fit, & membra
languore iam læsa ad salutem pristinam redeunt. Sanè po-
pulo seditionis uitio laboranti, non tamen graui & deplo-
rato, sed quod curari aliquatenus inhiberiq; queat, parti-
bus sanis certè & bene ualentibus temperamentum salu-
bre afferri debet, atque in hac medendi ratione perseue-
randum est, ac penitus insistendum. Etenim uis atq; uirtus
bene ualentium partium, aptè, atq; ut ita dicam, familiari-
ter in membra morbida influens, mirum agit in modum.
Pleræq; autem ciuitates omnibus perturbatæ partibus,
nulla ui foris compulsæ, nullam malorum castigationem
adeptæ, radicitus subuersæ interierunt. Ciuibus itaque
pereuntibus, nullo sensu moueri, nihil dolere, tranquilli-
tatem animi, atque adeo indolentiam, prædicare, uitam
ociosam tanquam beatam uerbis extollere, perinde utique
est ac aliorum miserijs oblectari, & gaudere calamitati-
bus uideare. Imò Theramenis cothurnum induere debes,
ut utrisque conuenias, neutris tamen addictus: qua ratio-
ne uideberis neutris iniuriam facere, & propterea non
alienus: utrisque opitulari, proinde communis: nec con-
citabis aduersum te ullam inuidiam, scilicet quia sis solus
expers malorum, cæteris calamitate afflictis: quippe qui
uicem utrorumque pariter indoleri uideri possis. Iam uerò
optimum & potissimum omnium illud est, longè lateq;
prospi

prospicere, nequando seditio ulla erumpat, opus profectò rationis & discipline ciuilis maximum & pulcherrimum. Etenim ciuitatibus illa sunt bona optanda maxime, pax, inquam, libertas, feracitas cum agrorum, tum uerò hominum, postremo concordia. At ad pacem comparandam hac tempestate nullius boni ciuis auxilio ciuitates indigere uidentur, fugato iam, & de medio omni genere belli sublato, tum intestini, tum barbari. Libertatis uerò tantundem possidetur, quantum rerum domini impartendum populis arbitrantur: amplius autem optare utique non est utile. Feracitatem atque prouentus agrorum, anni temperiem, & clementiam cœli, mulierum partus, & parentibus similes natos, prognatis incolunitatem & sospitatem modestissimus quisque sibi ac ciuibus à dijs immortalibus postulabit. Reliquum ergo est, quod uiro ciuili nulla re inferius existimandum uidetur, ut rebus administrationi ciuium subiectis ita utatur uir bonus, sic moderetur, ut amicitiæ & consensus inter ciues conciliari, contentiones & inimiciæ tolli penitus uideantur: & quod in amicorum disidijs usu uenit, qui se priorem iniuria affectum putat, eum priorem quoque adæc atque oratione soleris, ostendasq; te unà secum dolere, & iniuriam æquè ferre. His iactis mœrorem lenire incipito, hominemq; docere, non eos commendari solitos, qui alijs iniuriam intulerint, quiue pertinaciter & obnixè superare contendant, sed qui illatam iniuriam animo æquo, uel certè forti tulisse uidentur. Hi enim non modò mansuetudine & morum facilitate, uerum quoque prudentia & animi magnitudine præstant, propterea quòd paruis rebus cedentes, maximis atque pulcherrimis obtinent & euincunt. Ad hæc priuatim singulos publiceq; uniuersos

admo

admonitos & doctos oportet, conditionem imbecillitatemq; rerum presentis Græciæ cernere. Bene enim cum sapientibus agi existimandum est, si quietè ac concorditer uitam agere liceat, quandoquidem nil fors præclarum reliquum fecit, de quo in medium decertetur. Quis enim principatus, quod imperium, quæ gloriæ materies, his qui supersunt relicta est? quæ omnino agendi potestas, quam quoduis decretum Proconsulis facile non inuertat, & destruere possit? quæ uel, etiamsi integra permaneat, digna haberi & idonea possit, cui magnopere studeas, & operam naues? Enimuero non semper incendia de sacris publicis uel ædibus initium sumunt, sed sæpenumero è domuncula, lucerna parumper neglecta, ingens erumpit flamma: uel ignis sensim conceptus, palea deinde & fomentis refocillatus mirū in modum ardere incipit, & primis quibusque correptis longius serpere, & maximam stragem dare: Ita seditiones in ciuitatibus non magnæ semper contentiones, nec de publicis rebus dissidia incendere concitare que solent: uerum plerunque priuatis creatæ offensionibus, in publicam pestem certando progressæ sunt, studijs & contentionibus mutuis auctæ. Quas ob res principem ciuitatis, & uirum ciuilem oportet eiusmodi parua futuræ cladis initia nihilo segnius præuenire, itaq; curanda & opprimenda suscipere, ut aut nusquam existere possint, aut si quæ extiterint, præfocentur, ne paulatim assumptis utribus luculenter succrescant, postremò suapte magnitudine Rempublicam taxent & occupent. Quòd si tolli penitus nequeant, ad eos saltem reiiciantur, è quorum priuatis studijs & dissensionibus ortum sumpsisse uidentur. Attendendum præterea sibi ducat, & alijs prædicandum, sæpe usu uenire

uenire, priuatis & paruis neglectis rebus initio, nulla cura, nullis medicamentis adhibitis, inde calamitates etiam publicas extitisse. Delphis maximam idcirco seditionem ortam accepimus, quod Orgilaus Phalidis filius Cratetis ducturus filiam, dum rem sacram de more facere uult, cratera stantem inter libandum ultro forteque derepente ruptum animaduertit, portentum hoc deuouendum ratus, infectis nuptijs, relicta sponsa, cum patre inde confestum abiit. Ea re Crates insensus, Orgilaum & fratrem non multo post sacrificantes adortus, ut praecipites se darent pessum iri compulit. Iterum amicos familiaresq; supplices in templo Proidentiae impetu dato oppressit. Postremo Orgilai fratres Cratetem & factionis eius homines ex composito aggressi interemerunt, deq; pecunijs, nuncupatis Piacularibus, inferiora templa edificarunt. Adolescens Syracusis quidam amatae adolescentis amici profecti peregre, sibi creditae stuprum intulit: rediens ille rescit facinus, ultoruscq; iniuriam inuicem uxorem amici stuprauit. Re uulgari coepta, mater natu ciuis in senatum retulit, utrunq; ab urbe eliminari, prius quam ciuitas uelut contagio sceleris infecta, ad diuersa propensa studia, & ad intestinas hinc profecta inimicitias seipsam euertat: ceterum persuadere senatum potis non fuit: orta seditione, in diuersasq; partes ciuibus raptis, quae fuerat egregia ciuitas, maximis implicita malis, uarijsq; agitata calamitatibus demum corruit. Iam ipse tui tibi domi tenes certa exempla: inimicitias, inquam, Pardali atque Tyrrheni. Qua in re parum absuit, quo minus urbs Sardes euertretur, de paruis priuatisq; causis, in seditionem & bellum intestinum impulsa. Ciuilem itaque uirum eiusmodi tanquam

in corpore aliquo uitia, quæ possunt emanare latius, nequaquam contemnere & floccifacere decet, sed prouisa eminus statim opprimenda suscipere. Qui enim hæc prospicit, & magna is quæ sunt parua efficere, & parua ipsa in nihilum redigere possit, ut inquit Cato. Ad quæ persuadenda nulla mihi uideri potest potior ratio, quam si inducas animū, in tuis priuatis disceptationibus mansuetum te ipsum & exorabile exhibere, atq; in primis persistere causis, nulla per contentionem concitandæ iræ gratia adiecta materia, nullis irritatis affectibus, quibus negotium magis exasperetur, & æquo acerbius fiat. Iam lucta cæstibusq; certantiū manus loris uinciri leniter & pauillum prohiberi cōsueuit: nempe ut ictus molliter emittantur, & inflicta uulnera non magnū dolorē afferant, ne certatores doloris cōmoti sensu, ad grauē, & penē insanabile pugnandī excandescentiā prouehantur. Simili ratione in foro, & ciuilibus controuersijs, sat erit nudis explicatisq; rationibus causam simpliciter agere, non consuetis ad libidinē criminibus, congestis maledictis undiq; & iurgijs atque minis admixtis, tanquam ueneno tela inficere, eaq; præacuta in aduersarium per insidias iactitare. Quo fit ut cause suapte natura leues, atque priuatae, ad publica crimina, deploratamq; luem studio & contentione trahantur. Qui uerò se talem in causis proprijs exhibere potest, is profectō facile persuadere alijs, ut se uolentes libētesq; dicto eius audientes exhibeant, quando maximè publicæ ipse contentiones & controuersie, si priuatas offensiones subducas ac demas, leuiores effici solent, nec molestum quippiam insanabile uel omnino afferre.

AD D. ALEXANDRVM VI.
Pont. Max. Caroli Valgulij Brixiani,
Cardinalis Valentini Secre-
tarij, præfatio.



SAPIENTIBVS accepi, beatissime Pater, non modò magistratum atque imperium patefacere ingenium administrantis uiri, & naturam ac mores, sed uirum quoque ostendere ipsius magistratus & imperij uires, dignitatem, ac potestatem. Nam quum tam uariae multiplicesq; sint hominum nature, tam abditæ aliquorum mentes, occultaq; ingenia, ut non modò ab alijs recte percipi iudicariq; non possint, sed multi ne ipsi quidem sciant quid præstare possent, si experiundi sui facultas aut necessitas daretur: in magistratu ac principatu uir constitutus, quàm sit prudens, quàm iustus, quàm continens, quàm beneficus, atque omnino penetralia cordis mentisq; sua aperiat necesse est. Contra uerò & sunt, & fuerunt aliqui, quorum certè mores reprehendi non possunt, sed neque imperij magistratus'ue dignitatem tueri, nec ipsius potestatem magnificentius exercere, nec uires latius explicare sciuerunt. Rursusq; alij autoritatem magistratus excellentia ingenij auxerunt, & præclariorem reddiderunt quàm acceperint. Te uerò, sanctissime Princeps, sedes Petri iustissimum esse, te prudentissimum, te pacis & quietis amantissimum ostendit quotidie magis. Tu quoque ipsam sedem his ipsis uirtutibus, & pluribus alijs exornas, dignitatiq; ecclesie atque autoritati præstantia ingenij, consilij altitudine, & animi magnitudine ac robore splendorem addis & ornamentum. Ceremoniarum

præterea

pr. eterea, cultusq; diuini diligentissima obseruantia, pietateq; ac religione ipsam condecoras. Teq; auguror, quin potius compertum habeo, dies ac noctes meditari, quomodo possis augere sedis Apostolicæ maiestatem: quam hoc tempore perquam sit arduum. Nam usque adeo creuit perfidia Christianorum hominum, tantam licentiam abutendi ecclesiæ bonis sibi principes usurparunt, ut quæ ad decus utilitatemq; Christiani populi altitudo mentis tuæ cogitat & concipit, transigere perquam sit difficile. Recte enim cogitata, prudenterq; consultata, externa aliqua ui atque perfidia, aut difficultate pecuniaria impedita sæpe retardantur. Equidẽ sic esse existimo, quod quemadmodum bonitas primum orta est, subito emerisit improbitas: & lux effulsit, continuo tenebræ subsecutæ: ita quum primum Christus claues regni caelorum Petro tradidit, protinus aduersarius noster ipsis obstacula & impedimenta excogitauit, atque ita semper ut possessor nouus illarum creatur, pro ingenio, proq; natura illius maiora minoraq; molitur impedimenta & machinatur. Quare ut te nouit, beatissime Princeps, æquitate, sapientia præstantem, pietate ac religione insignem, teq; perpetuo cogitantem, quomodo ad iter salutis reuocare possis deerrantes iandudum Christianos, in folio Petri fuisse collocatum, sic ipse omnes suas acies in peruersis & inquinatis potentum hominum in sedem Apostolicam mentibus armauit, ne tua optima uoluntas, saluberrimãq; consilia, tantum fructum Reipublicæ Christianæ parent, nec uirtus probitasq; tua ut meretur elucsceret. Veruntamen dubitandum non est, quin æquitas superatura sit iniquitatem, & optima uoluntas tot maturis consilijs, diligentiaq; gubernata, prauas & impias uoluntates aut oppres-

sura sit, aut ad sanitatem reuocatura. Sed quoniam in ad-
 ministrandis rebus tum publicis, tum priuatis, in cuiusque
 animo naturalia etiam impedimenta quaedam non parua
 existunt, quibus sit ut uita hominum, in quocunq; sint
 statu, uarijs perturbationibus afficiatur, & animus noster
 in deliberando, consilioq; capiendo in diuersas sententias
 distrahatur, & quasi bello intestino uexetur, de eo gene-
 re toto Plutarchus, rerum humanarum uir peritissimus,
 & in omni genere sapientiae praestantissimus, accuratè
 & acutè libellum Graeca oratione composuit. Eum ego,
 quia fundamenta continet uirtutum moralium, &
 ad res agendas magnopere conducit, in
 linguam nostram conuerti, & nomi-
 ni Sanctitatis tuae dedicauit. Cui

me quoque ipsum iam-

pridem dedicauit,

& conse-

cravi.



pos
 raliu
 pit,
 cep:
 stan
 Eur
 prin
 a ma
 sit,
 bus
 ut no
 Men
 tum
 bus
 & in
 Chū
 appo

PLUTARCHI
CHAERONEI

LIBER

DE

VIRTUTE MORVM.

Carolo Valgulio Brixiano
interprete.



DE VIRTUTE, *que ad mores spectare dicitur atq; existimatur, maxime uerò uti à contemplatiua differt, quòd animi affectum materiae, & rationem forme gerentem uices habeat, differere propositum est, quaeq; sit eius substantia, & quomodo naturaliter subsistat, & utrum ea pars animi, quae illam suscipit, propria ratione sit composita & moderata, an particeps sit alieni: Idq; si ita est, num ut ea quae cum praestantiore ui commixta sunt, an potius quòd ueluti praestatura quadam atq; imperio utatur, alterius particeps esse principis dicitur potestatis. Quòd autem uirtus omnino à materia semota atq; impermixta esse, ac permanere possit, latissime patere arbitror. Sed aliorum praestat breuibus recensere sententias, non historiae magis causa, quam ut nostra clariora atq; firmiora explicatis illis existant. Menecemus itaq; Erctriensis multitudinem sustulit uirtutum ac differentias, quasi una esset, ac pluribus nominibus uteretur. Idem enim temperantiam ac fortitudinem & iustitiam, ueluti gladium & enssem appellari. Aristochius unam & ipse substantiam uirtutis faciebat, eamq; appellabat sanitatem, sed differentes numerosasque fieri*

Virtus à materia semota

f 2 assereb

afferebat, quum aliud atq; aliud spectaretur, ut si quis uisum nostrum cum alba contuetur, albiuissum, & cum atra atriuissum appellare uelit, aut quid aliud huiusmodi. Nam quum uirtus quid sit agendum, quid ue fugiendum considerat, prudentiam appellari contendebat: cupiditates uero coercentem, & modum uoluptatibus adhibentem, temperantiam: quæ autem in societatibus, & rebus cum alijs contrectandis uersatur, iustitiam. Quemadmodum gladius quum sit unus, aliud aliàs secat, & ignis in diuersas agit materias eadem utens natura. Videtur autem & Zenone Cittieus in eandem descendere sententiam, definiens iustitiam esse prudentiam, quæ suum cuique tribuit, in rebusq; assumendis temperantiam, & in perpetiendis fortitudinem. Et qui ipsum tuentur, censent in his scientiam à Zenone prudentiã appellari. Chrysippus uero suam cuiq; qualitati ratus uirtutem attributam esse, examen, ut inquit, Plato, nec usitatum, nec cognitum excitauit uirtutum. Ut enim à forti ac mansueto fortitudinem & mansuetudinem, & à iusto iustitiam, sic à gratioso gratiositates, & à bono bonitates, & à magno magnitudines, à pulchro pulchritudines, atque alias huiuscemodi dexteritates, comitates & urbanitates in numero uirtutum ponens, multis absurdisq; nominibus nihil indigentem referfit philosophiam. Communiter autem inter hos omnes conuenit, uirtutem esse principis animi dispositionem, & facultatem quandam à ratione manantem, quin potius ipsam esse rationem: Idq; firmum & ratum, & immutabile habent, nec putant id animi quod ratione uacat, affectibusq; perturbatur, discrimine ullo, naturaq; ipsa animi ab eo quod ratione præditum est, esse distinctum: sed eandem animi partem, quam intellectu principemq; appellant, con-

Virtus quid.

tinuis mutationibus conuerſionibusq; obnoxiam, & in affectionibus, & per uarias habitus uel diſpoſitionis mutationes uitium fieri atq; uirtutem, ac nihil in ſe habentem quod ſit expers rationis, dicitq; à ratione auerſum, quum motus animi auidè concitatus ac uehemens, atq; impotens ad aliquid abſurdū præter delectum rationis efferitur. Affectum enim eſſe dicunt rationem improbam atq; eſſrenatam & proteruam, ex prauo peccanteq; iudicio ortam, quum uehementiâ robur que accepit. Hi autem mihi ignoraffe uidentur, quòd quiſque noſtrum uerè duplex compoſitusq; eſt, nec illam animi duplicitatem prœuidiſſe, ſed tantum perſpicuam illam, quæ eſt animi & corporis commixtionem. Quòd uerò ipſius animi in ſeipſo compoſitum ſit quiddam biſforme atque diſſimile, quaſi alio corpore rationis experte atq; particeps commixtum & compactum, Pythagoram neſciuiſſe non eſt conſentaneum, coniecturam facientibus à ſtudio muſicæ illius uiri, quam animo pacædi ſedandi que eius gratia adhibebat, tanquam non uniuerſus præceptioni doctrinis que obtemperaret, nec à uitio ratione diſtraheretur, ſed alio quodam perſuadendi præſidio indigeret & formatione atque conciliatione, niſi omnino ad philoſophiam intractabilis atq; inobediens eſſet futurus. Sed apertiſſimè & conſtanter, atque indubitatè Plato intellexit, quòd huius mundi animans nec ſimplex eſt, nec incompoſitus, nec uniformis, ſed ex cuiusdem, atque alterius poteſtate cõmixtus, tum eodem ſemper ſe modo regēs & uerſans, unòque ac ſimili ordine utens, conſtanti atque præualido, tum in contrarios, errabundosq; motus, ac circulos diuiſus, primordium diſſidij, & mutationis, ortibus & corruptionibus quæ fiunt, in terra dedit. Humanus quoque animus pars uel ſectam quum ſit uniuerſi, & ra-

Affectus.

tionibus numeris'que ad illorum coelestium exemplum compactus, nec est simplex, nec unius modi. Sed alterum habet intelligentiam atque rationem, quam prestare naturaliter imperareq; homini conueniens est: Alterum uerò turbulentiam affectuum habet, impos'que rationis est, & erroribus refertum, & suauis, suaq; sponte inordinatum. Quo rursus bipartito, aliud semper cum corpore uersari, ipsumq; colere suapte natura desiderat, & appellatur concupiscentia: Alia uerò pars interdum ipsi se dedit appetentiae, quandoque uerò rationi uim roboreq; suppeditat, eaq; dicitur irascientia. Declaratur autem in primis differentia compotis rationis atque intelligentie partis itinere contrario aduersus concupisibilem & irascibilem, quòd hæc aliæ sunt & diuersæ, quum sæpe non obtemperare ei quod optimum est, ac reluctari manifesto deprehendantur. His principijs plurimum usus est Aristoteles, ut ex eius scriptis late patet. Postea uerò irascibilem concupiscentiae attribuit, quòd ira libido quædam sit uindictæ, perpetuoq; usus est parte affectibus perturbata rationeq; carente, tanquam differenti ab ea quæ est particeps ipsius: non quia omnino sit expers rationis, quemadmodum ea animi pars qua sentimus, nutrimentumq; suscipimus & uegetamus. Nam hæc omnino rationem non audiunt, & modo quodam surda ex carne germinarunt, ac penitus in corpore sunt demersa. Quæ uerò affectionibus obnoxia est, quanquam propria caret ratione, & est expers eius, alioqui tamen ut eam audiret, ad ipsamq; se conuerteret, cederet, & informaretur, natura facultatem concessit, nisi in totum perditâ profligataque existat à uoluptate uictu'que intemperanti. Qui autem admirantur, quomodo parere rationi possit id quod rationem

non

non habet, hi mihi non uidentur mente complecti, quantæ sint rationis uires, & quò penetrent, occupando & dicendo non duris quidem, nec remitentibus modis, sed informantibus, & ad cedendum parendumque disponentibus. Quæ res est omni necessitate ac uiolentia ad transigendum efficacior. Quandoquidem spiritus ac nerui, & ossa, & reliquæ corporis partes ratione carent, sed quum animi motus oritur, quatiens quasi habenas ratione, omnes intenduntur, & expediuntur, & parent. Pedes ad cursum parati, manusq; ad iaciendum, atque capiendum, id animo cogitante sunt præsto. Præclare autem Poëta id quod ratione uacat, & affectus habet turbidos, & cum ratione conformatur, his carminibus ante oculos ponit:

Illi, dum lacrymans luget præsepte marito,
 Formosæ male lacrymarum rore madebant.
 Vxorem sed flentem animo miserantis Vlyssis
 Lumina palpebris stabant immota quietis,
 Cornua ceu & ferrum, mente occultante dolorcm.

Declarant id quoque in formosis, quos tangi uetat & ratio & lex, pudendorum fugæ & recessus, quæ iacent ac minime commouentur. Quæ res præsertim amantibus uenire solet usu, quum postea sororis aut filiæ amatores per imprudentiam fuisse cognouerunt, tum enim sese contraxit cupiditas & inhorruit, corpusq; partes suas consentientes cum iudicio præbuit. Enimvero cibos atque opsonia sæpe aliqui perlibenter assumpserunt, qui postquam senserunt & didicerunt, aliquid se impurum & illegitimum edisse, non modò iram morsumq; iudicio adhibuerunt, uerù & corpus ad opinionem conuersum & completum, uomitiones nauseantesq; disturbanceiones occupant.

Vereor autem, ne omnino friuola pueriliaq; oratione exequi uidear, psalteria, lyras, pectidas, tibiasq; persequens, & quaecunque musicae consona, & inde appellata architectantur homines, affectibus humanis inanimata conueniunt, simulq; flent & concinunt, & unà intemperanter feruntur, iudicia, affectiones, moresq; utentium referentia. Nam & Zenonem in theatrum ad citharam, canente Amœbeo, eamus dixisse discipulis ferūt, ut perdiscamus quae intestina, & nerui, & lingua ac ossa, rationis rhythmiq; participantia, & ordinis concentum uocemq; edunt. Sed his praetermissis libenter eos interrogarem, si canes & equos auesq; domesticas uident consuetudine quadam & educatione, ac praeeptione uoces prudentes reddere, rationiq; obtemperantes motus & habitus, actionesq; moderationem quadam & utilitatem nostram continentes, Homerumq; dicentem audiunt, Achillem equos hominesq; hortari solitum ad pugnam: cur adhuc admiratur ac dubitant, id quod irascitur in nobis, & cupit, & dolet, & letatur, obedire prudentiae, ab eaq; affici, cum & incola sit, nec abscissum, nec extrinsecus fictum, neque ulla necessitate aut plagis formatum, sed à natura dependeat, cum eo semper uersetur, educetur, & consuetudine compleatur ac more: unde rectè appellati sunt mores. Sunt enim mores, ut compressè dicam, qualitas animi ratione uacantis. Quod nomen inditum fuit propterea, quòd qualitatem hanc & differentiam à more ipse animus irrationalis à ratione conformatus capit. Cui quidem non est consilium, commotiones animi & affectus stirpitis euellere: neq; enim potest, nec opus est, nec expedit: sed terminum quendam & ordinem ei praescribere, moralesq; uirtutes constituere. Quae quidem sine affectione motuq; non sunt,

*Mores quid, et
unde dicantur.*

sed

sed symmetria ipsorum & mediocritates. Imprimū enim, informat ipsa prudentia commotarum affectionum uim, habitumq; constituit urbanum. Tria enim hæc in animo esse dicunt, potentiam, affectū, & habitum. Potestas principium est, & materia affectus, ut iracundia, uerecundia, atq; huiusmodi procliuitates. Affectus est ipsius potentie commotio quædam. Habitus uerò, uis & confirmatio potentie in parte irrationali à consuetudine insita. Si perperam à ratione ductata, & recta fuerit affectio, uitium existit: sin probè, emergit uirtus. Sed quoniam non omnem uirtutem mediocritatem faciunt, nec moralem appellant, de earum uirtutum differentia altius repetito principio dicendum est. Rerum omnium alia absolute quodammodo se habent, ut terra, & cælum, & astra: alia erga nos modo quodam affecta sunt, ut bonum, malum, eligendum, fugiendum, uoluptas, dolor. Vtrunque ratio completitur. Superioris generis scientia est & contemplatio. Ex altero, quod uidelicet nos respectat, deliberandi facultas oritur. Et agendi huius uirtus est prudentia, illius uerò sapientia. A sapientia autem differt prudentia in eo quòd à contemplandi genere ad actiuum, affectionibusq; agitatum conuersione, & respectu quodam factò secundum rationem prudentia subsistit. Quapropter prudentie fortuna opus est. Sapientia uerò ne consilio quidem eget ad suum finem consequendum: In æternis enim, & eodem semper modo se habentibus uersatur. Et quemadmodum geometria non consultat, utrum triangulus in ternos angulos abeat, duobus rectis æquales, sed nouit: sunt enim consilia earum rerum, quæ aliàs aliter se habent, non autem firmarum atque immutabilium: Sic mens contemplatiua prima stabilia, unam sempiter-

namq; naturam habentia, nullisq; obnoxia mutationibus exercens, à consilio capiendo libera est. At prudentiam in rebus errorum, ac turbulentiæ plenis, immersam sepe cum fortuitis misceri necesse est, & consultatione in rebus dubijs uti, & ubi consuluerit, iam agere irrationali quoq; assistente atq; presente, & simul à iudicijs tracto: motione enim indigent animi naturali. Qui quidem in affectione mores efficit ratione indigens moderatrice, ut ille motus medioris adsit, nec ultra modum citraue consistat: Quod enim uacat ratione, & affectionibus scatet, commotionibus utitur tum uehementioribus & concitatis, tum mollioribus lentioribusq; quam conueniat. Quo fit ut in omni actione nostra officium uno modo perficiatur, & pluribus ab eo discedatur. Assesutio enim signi una simplexq; est, aberratio autem multiplex, siue quid præstet mediocritati, siue ab ea superetur. Huius igitur quæ in rebus agendis uersatur rationis secundum naturam munus est, immoderatos redundantesq; affectus & commotiones coercere ac refecare. Vbi enim præ imbecillitate atque mollitia, ac metu, uel torpore motus refugit, officiumq; & honestatem deserit, tum præsto est illum excitans & subleuans. Vbi uerò contra sese effert insolenter plurimus atque inconditus, & inordinatus, uehementiam aufert & reprimunt, atque ita affectuum commotionem moderans, & intra terminos continens, uirtutes morum in parte animi experte rationis constituit, inter excessum atque defectum medium obtinentes locum: Non tamen omnem uirtutem in mediocritate inesse dicendum est, sed est quedam minimè indiga eius animi partis, quæ est rationis impos, in pura constantiq; mente constituta, sapientia uidelicet atque prudentia, si apte natura perfecta, præstantiaq; rationis & summitas ac uis,

qua

qua summa diuinitas scientiæ atque beatitudo intenditur. Hæc uerò corporis gratia necessaria, & affectuum et commotionum egens, quibus tanquam instrumentis & ministerijs ad res agendas utatur, irrationalis animi haudquaquam existens interitus, nec extinctio, ordo atq; modus, sua quidem uis, & ipsa qualitate summus est, quantitate uerò mediocritas circuncidens & amputans quod redundat & deest. Quoniã autem mediũ multipliciter dicitur, quod mediij genus uirtus teneat dicendum uidetur. Commixtum igitur medium est simplicium, ut albi & nigri fuscus color, & quod continet & continetur, ipsius continentis & cõtenti, ut duodenarij & quaternarij octonarius numerus est medius, & quod neutrius extremi particeps est, ut boni & mali quod est indifferens. Nullo ex his modo uirtus medietas dicenda est: neq; enim commixtio est uitiorum, neq; continet superatum, neq; complectitur excedens id quod decet, neq; omnino ab affectionum motibus libera est, in quibus est magis & minus. Fit ergo, in primisq; dicitur medietas ei qui est in sonis atq; harmonia congruenter. Ea enim uox est concinna, quemadmodum in fidibus postrema & suprema: Quarum alterius nimiam acuitatem, alterius grauitatem deuitat, ipsaq; quum sit motus atq; potentia in irrationali anima, quod solutum & languidum est, aut intentum, atq; omnino plus & minus ab appetitione naturali amputat & demit, modũ atq; constantiam affectibus adhibens. Fortitudinem itaque mediocritatem esse dicunt timiditatis & temeritatis, quarum alia superatur à modo, altera ei præstat in irascentiæ affectu. Liberalitatem uerò auaritiæ & prodigalitatis: Mansuetudinem indolentiæ & crudelitatis. Ipsamq; iustitiam in commercijs nec minus, nec plus quàm cõueniat tribuẽtem.

Temper

Temperantiam autem in medio stuporis siue insensibilitatis & intemperantiae semper cupiditates refrenantem. In quo maxime apparet cognitio differentiae partis animi, quae est expers, & eius quae est cōpos rationis, & quantum inter affectū interfit & rationem ostendit. Haud enim à continentia differret temperantia, nec ab intemperantia discreparet incontinentia, quum utraque in uoluptatibus cupiditatibusq; uersetur, si idem in animo esset, quod naturaliter appetit, & quod iudicat. Nunc autem temperantia est, quum quasi pecudem irrationalem animā obedientem ac mitem ratio regit, & tractat, in cupiditatibus ipsa utens cedente moderationem, & id quod decet suscipiente. At continens agit quidem & ipse illam ualida ratione, ac superante cupiditates, uerum non sine dolore patientem, sed obliquam, & tergiuersantem ducit, tanquam plagis, & freno coactam, atq; compulsam, certamine intestino atq; tumultu completus. Quale similitudine quadam Plato fingit in iumētis esse uehiculum animae trahentibus, quum deterius sub iugo cum meliori colluctatur, & aurigam conturbat, resistere à tergo & summa cura contendere acriter coactum semper, ne punicea è manibus excidant lora, ut inquit Simonides. Quare non censent uirtutem perfectam esse continentiam, sed diminutam: non enim medieta existit ex consonantia prauī ad bonū, neq; ressecatus est affectus uehemētior, neq; obtemperat prudētiae, nec cum ea consentit appetitus, sed accipit, & facit dolorē necessitate repressus, tanquam in seditione hostis & inimicus simul habitat, odoribus simul & pœanibus & gemitibus completus est continentis animus propter inaequabilitatem atq; disidiū. Quam ob causam incontinentiā esse diminutum uitium, & intemperantiā ex toto uitium arbitrantur.

Quum

Quum enim habeat affectum, & rationem improbam, & perturbatam, tum cupiendo ad id quod turpe est prolabitur, tum improbe iudicando cupiditatibus assentitur, sensumq; abijcit peccatorum. At incontinentia ratione iudicium reatum tuetur, affectione uero ualidior quam sit ratio preter iudicium fertur. Vnde ab intemperantia differt, quod in incontinentia ab affectu superatur ratio, in illa ne pugnat quidem: in hac contradicens cupiditates sectatur, in illa cum assensione subsequitur: in hac cum dolore particeps est malefactorum, in illa cum uoluptate: in hac inuitus honestatem prodit, in illa libens turpitudinem amplectitur. Et harum quoq; differentiam non modo facta, sed etiam oratio declarat. Intemperantum enim sunt uoces huiusmodi:

Gratia quæ, uel quid iucundum, si Venus absit

Auræ: curæ hæc quum non mihi erunt, moriar.

Et alius inquit: Bibere, & esse, & Venere uti, cætera ego omnia additamenta uoco. Hic toto ex animo cum uoluptatibus consentit, easq; tuetur. Nec minus qui dixit, sine me interire, hoc enim mihi expedit, iudicium cum affectu ægroans habet. Continentiæ uero longè aliæ, ac discrepantes: Recte sentientem me uiolat natura. Et illud: Hei hei cœlitus inuectum est hominibus malum, quum quis meliora uidet probatq;, deteriora sequitur. Simul & illud: Trahit iam uis iræ, nec queo resistere, littoralis ut hamus ancoræ in mari. Littoralem hamum appellat auersum à ratione ac minimè aptum, sed animi imbecillitate atque molitia iudicium abijcientem. Neque illa sunt ab hac specie remota: Ceu nauis terræ pædeo laqueis: Secūdus flat uetus, ac nos non tenent rudentes. Rudentes uocat iudicia turpitudini repugnantia, deinde tanquam ab impetu uenti ab affectu cōcitato refracta. Et certe intemperans uelis passis

ad

ad uoluptates à cupiditatibus fertur, & sese illis dedit, ad easq; dirigit. Obliquus uerò incontinens, & tanquam se cupiens efferre, atque expellere affectionem effrenatam, hac demum trahitur, & in turpitudinem incidit. Quae in re Anaxarchum irridebat Timo, cui fiducia iusta inerat, constantiaq; ingens:

Robore Anaxarchum dicunt uiguisse canino,
 Qui quanquam sic esset, erat miser attamen, ut fert
 Fama: trahebat enim genium stimulando uoluptas,
 Quam plerique solent fortesq; horrere sophistæ.

Non enim sapiens est continens, sed temperans, nec stultus incontinens, uerum intemperans. Nam temperans rebus honestis gaudet: intemperans uerò ne turpibus quidem dolet. Sophistici igitur animi est incontinentia, habentis quidem rationem, sed quæ rectè intelligit constanter tueri non ualentis. Talesq; inter se differentias habent incontinentia & intemperantia. At continentia rursus & temperantia eandem habent ratam rationum comparatione contrarias. Morsus enim, & dolor, & egritudo nondum continentiam reliquerunt. Temperatus uerò animus undiq; est æquabilis & pacatus continentia & concordia expertis animi rationis, & compotis eius, tranquillitate admirabiliq; quiete ornatus & compositus, in quem intuens dicas, Considerant uenti, iam et tranquillius sine uento Pontus erat: namq; ipse deus sedauerat undas uehementes, insanos rabidosq; motus cupiditatum restinguente ratione, & quibus natura indiget, eos sibi consentientes obtemperantesque in actionibus uoluntarijs parante, ut neque rationem præcurrant, nec terga uertant, nec ordinem turbent, nec dicto non sint audientes: uerum ut omnis motus, quocunq; uelit ratio ducere, paratus sequi, ceu
 lactens

lactens pullus cum equa simul currat, Xenocratis confirmans sententiam dicentis, quòd uerè philosophàtes sponte agunt, quæ cæteri metu legis facere solent inuiti, tanquam uerberibus canes, ac strepitu mustelæ, à uoluptatibus repulsi formidine suppliciorum. Quòd autem in animo quidã circa cupiditates huiuscemodi* firmitatis sensus & differentia fiat, quasi re quadã cum illis pugnante & contradicente, perspicuum est: quanquam nonnulli asserunt affectum aliud à ratione non esse, nec inter duo disidium ac seditionem, sed unius nominis in utraq; partem mutationem celeritate atq; uelocitate sua nosipfos latentem, non præuidentes, quòd idem in animo est, quod naturaliter cupit, poenitet, irascitur, timet, & ad turpitudinem fertur uoluptate ductum: & quod receptui canit, uagãsq; fusius reuocat. Libidinem enim, iram, metum, & cætera huiuscemodi, opiniones esse, & iudicia peruersa & praua, non in peculiari una parte animi, sed totius principis animi momenta, cessiones, assensus, & motus, & ideo operationes quasdam esse paulo momento coincidentes: ut puerorum cursus impetum & concitationẽ ad errorum procliuatẽ præ imbecillitate atq; instabilitate habet. Et hæc primum quidem in operatione & sensu. Nemo enim, inquit, in se ipso appetentis in id quod iudicat sentit conuersionem, nec contrã in id quod appetit iudicantis. Nec ab amore discedit is qui amat, quando considerat, abijciendum esse amorem, & aduersus ipsum esse pugnandum. Nec rursus desinit ratiocinari, & iudicare, quando à cupiditate molitus cedit: uerum & ratione affectui contrait, & in ipso adhuc est, ac iterum ab affectione correptus cogitatione erratum percipit, & neque affectu rationem interimit, neq; considerãdo ac reputando ab affectione est liberatus.

atque

*Tyrpiter

atq; ita se huc & illuc transferens princeps animus utriusque medius & communis existit. Igitur hi quum modò cupiditatem, modò cupiditati oppositam rationem animū, cui natura principatum tribuit, fieri arbitrantur, nihil mihi differre uidentur ab his, qui non rentur aliud esse uenatorem, & aliud feram, sed idem corpus mutatione utens, nunc feram esse, nunc uenatorem fieri. Quorum illi in re clara hallucinantur, hi uerò testificantur contra sensum, non unius mutationem, sed duorum inter se pugnam & contentionem percipientem. Quid ergo dicunt? non'ne id hominis, quod deliberat & consilium quærit, sepe in duo scinditur, & in contrarias distrahitur sententias? quum dubitatur an quid sit utile? At illud est unum. Rectè quidem respondemus, sed euentum dissimile est: Non enim secum ipsa pugnat prudentia, uerum una utens facultate diuersa inuit consilia atque rationes. Quin potius una ratio est, in alijs uersans rebus tanquam materijs differentiibus. Quo fit ut ægritudo in cogitationibus uacuis affectione non insit, neq; quasi uiolati præter sententiam alterum probent, ni Hercule aliquis affectus tanquam in trutina delitescat. Nam id sepe usu uenit, ut non ratio rationi, sed ambitio, aut contentio, aut metus oppositus disceptantium sententijs inter se duorum speciem præbeant, ut in his declaratur:

Sed pugnare metus, retro pudor ire uetabat.

Et in hoc: lugulari graue est, sed gloriam parit: uiuere autem turpe, sed inest uoluptas. Et in rerum contractandarum iudicia illabentes affectus plurimam iniiciunt moram. In senatu uerò consilijsq; principum qui ad gratiam loquuntur, nō duarum sententiarum probant alteram, sed alicui affectioni adherescunt, prodita & spreta utilitate.

Quapro

Quapropter in ciuitatibus, quas regunt optimates, magistratus non sinunt oratores affectus commouere. Recto enim pondere ratio ad id quod est iustum repit: quod si affectus insit, pugnam committit atque disidium uoluptas ac dolor cum eo quod iudicat & deliberat. Quod ita esse declarant in philosophia considerationes, in quibus nonnunquam contingit, ut ab alijs cum dolore quisquam trahatur, & sæpe à sententia abducatur. Quin ipse Aristoteles, & Democritus, & Chrysippus quedam quæ antea probauerant, sine perturbatione ac morsu cum uoluptate repudiarunt: Quia contemplanti discentiq; animo nullus officit affectus. Verum in his rationis expertus animus quiescit, nec est curiosus. Quo circa quum ueritas se aperuit, eam ratio amplectens libenter falsitatem declinauit, propterea quòd in ipsa est credendi mutandæq; sententiæ potestas. Nam consilia & iudicia in rebus agendis, multorumq; uiuendi rationes affectibus obnoxie, ancipitem uiam rationi atque difficultatem præbent, occupatæ, ac perturbatæ ab irrationali sese contra ipsam uoluptate aliqua, aut metu, aut ægitudine attollente. Horum arbiter est sensus, ac iudex, utrunq; contingens: nec si alterum uincit ipsum uictum necauit, sed ui trahit renitens. Qui enim amanti consulit, ratione aduersus affectum utitur: quasi simul in anima insit utrunque, & tanquam manu aliam inflammata partem palpante & premente, ac duo disidentia sentiente. In consilijs quoq; quæ uacant affectu, & in considerationibus, quas plurimas habet contemplandi genus, si quæ paresq; sint, iudicium non inde oritur, sed dubitatio: quæ est quum intelligentia à contrarijs probabilibus sistitur & firmatur: ac si pondus aliquod alteri accedit, pars uictrix ita dissoluit alteram, ut nec dolorem ullum faciat,

nec opinioni aduersetur. Atq; omnino si ratio rationi opponi uideatur, non sit duorum, & diuersorum sensus, sed unius in differentibus uersantis opinionibus. Quando uerò irrationale, cui quidem à natura tributum est, ut sine ægritudine nec superare, nec uinci possit, cum ratione depugnat, protinus tanquam duo animam ipsa pugna diuidit, ac differentiam manifestam facit. Non solum igitur ab ipsa pugna, sed nihilo secius à consecutione, quòd aliud est affectionum principium ac fons, & aliud rationis, licet uidere. Quum enim amare liceat bonæ indolis ad uirtutem filium, atque ingenuum, liceatq; malum & intemperantem: contingat præterea sine ratione uti in liberos suos & parentes ira, & pro eisdem aduersus hostes & tyrannos eadem uti cum ratione, ut ibi contentionis atque dissidij affectionis contra rationem sensus existit, ita hic obedientiæ & consecutionis eisdem affectus quasi influentis, & sese dedentis. Quandoquidem uir probus uxorem secundum leges eo animo ducit, ut modeste cum ea uitam degat, postea uerò diuturna consuetudine gignente affectum cogitatione percipit, se intensius diligere atque amare, quam sibi proposuerat. Quemadmodum etiam adolescentes urbanos nacti magistros, utilitatis causa primum eos sequuntur & imitantur, postea etiam amant, & pro familiaribus atque discipulis amatores existunt, & appellantur: idem usu uenit in ciuitatibus aduersus principes probos, & uicinos, & affines, qui à necessitudine aliqua officij inter se uersari inceperunt, deinde imprudentes quasi influunt in beneuolentiam, attrahente id quod afficitur, atque persuadente ratione. Qui uerò dixit, duplex est pudor, alter non malus, alter domorū labes, non ne apertissime uidetur intra se hunc affectum sentire sæpe rationem sequentem, &

ab ea in ordinem modumq; redactum, sepeq; abhorrentem ratione & segnitij cunctationibusq; opportunitates atq; negotta labefactantem? Hiq; ipsi quodam modo propter euentiam sibi obsequentes, timiditatem uerecundiam uocant, & oblectationem gaudium, & formidines cautiones, quod bonas appellationes à nullo solere reprehendi sciant. Quandoquidem eosdem affectus rationi adhærescentes his nominibus uocant, obsistetes uero, & expugnates rationem illis. Et quando lacrymis, & tremoribus, colorisq; mutationibus coarguuntur, pro ægritudine ac metu morsus quosdam, & contractunculas nominant, & honesto promptitudinis nomine cupiditates d minuunt, sophisticos, non philosophicos ardores, & à negotijs fugas nominibus moliri uidentur. Quanquam isti ipsi gaudia, uoluntates, & cautiones, bonas affectiones, & non inaffectiones uocant, rectè hoc loco nominibus utentes. Fit enim bona affectio ratione non extirpate affectu, sed ad modum atq; ordinem redigente: At prauis & incontinentes quid patuntur quum patrem matremq; amati aut amato loco iudicant esse diligendam, & tamen diligere non possunt, quum uero iudicant amandam esse meretricem adulatoremue, continuo amant? Nam si in affectu esset iudicium illud amandi, uel odio habendi, amor & odium sequi oporteret. Nunc autem contra euenit, quum aliquibus consilijs affectum adhærescere, & quedam deprecari atq; reiicere uideamus. Quapropter quum dicunt, rebus uolatis non esse iudicium in affectu, sed id tantum, quod motum effrenatum & exuperantem excitat, aliud esse in nobis quod iudicat, & aliud quod afficitur, confitentur. Quemadmodum quod mouet & quod mouetur diuersum est. Ipse uero Chrysippus multis locis definiens patientiam, & continentiam, quum

eas asserat habitus esse eligenti rationi obtemperantes, perspicuum est, quia rebus coactus est fateri aliud in nobis cui paretur, & aliud quod paret. Quum uerò dicant, omnia peccata esse paria, & omnes culpas æquales, si in alijs ueritatem non cernunt, non est in presentia resellendi consilium, nam in plerisq; perspicuitatem & euidenciam oratione impugnare uidentur: Omnem enim affectum uitium esse contendunt, & omnes peccare, qui aut dolore, aut metu, uel cupiditate afficiuntur: Magnæ enim affectuum differentie secundum plus & minus cernuntur. Quis enim dicat formidinem Dolonis parem timori Aiacis fuisse, referentis pedem, & ab hostibus gradatim discedentis, & paulum genua alternantis? aut quis conferrat dolori Platonis, Socratis morte suscepto, ægritudinem Alexandri ob Clitum ad consciscendam sibi mortem concitati? Et quod præter spem accidit, maiorem inurit dolorem, quam id quod euenire rationi erat consentaneum. Ut si quis expectet se aliquem uisurum mansuetudine & morum gratia ornatum, & in admiratione habitum, & eum deprauatum peruersumq; intelligat, ut in Philota Parmenioni contigit. Quis ira pari dicat in Anaxarchum usum fuisse Nicocreontem, & Magam in Philemonem, utrunq; ab illis contumelia affectum? Alter enim pistillis ferreis contundi, & concidi Anaxarchum fecit: alter uerò nudum ensẽ à carnifice Philemonis ceruicibus imponi iussit, deinde abire incolumem. Quo circa neruos animi iram Plato appellabat, quia acerbitate animus intendatur, & mansuetudine remittatur. Hæc igitur & alia huiusmodi explodentes, intentiones affectuum & uehementias non dicunt fieri secundum iudicium, in quo peccandi est facultas, sed morsus & contractiunculas, ac diffusiones esse,

esse, plus & minus ipso rationali suscipientes: quanquam
 & in ipsis iudicijs fieri videtur differentie: Nam & pau-
 pertatem alij malum, alij magnum malum, nonnulli etiam
 summum malum iudicant, ut etiam eius uitandæ gratia
 in scopulos mariaq; ruant. Mortem uerò alij quia priuen-
 tur bonis, alij propter ultiones sub terra sempiternas, hor-
 rendaq; supplicia malum esse censent. Corporis sanitas
 ab alijs, quia secundum naturam est & utilis, amatur, alijs
 maximum bonum esse uidetur, nec diuitiarum ullam gra-
 tiam aut liberorum, aut regnorum esse, demumq; uirtu-
 tes nec utiles, nec conferentes esse absq; sanitate arbitran-
 tur. Ex quo apparet, in iudicijs ipsis alios magis, alios
 minus peccare. Sed hæc nunc non est refellendi locus. Illud
 autem ex eo colligendum est, quod & ipsi concedunt, à
 iudicio aliud esse ipsum irrationale, in eo quòd dicunt af-
 fectum maiorem ac uehementiorem fieri, uerbis discrepan-
 tes, in rebus autem consentientes cum his qui affectus &
 irrationale à ratione atque iudicio differre contendunt.
 In his uerò quæ de illegalitate Chrysippus scripsit, cæcam
 esse iram pronuntiat, & quòd sæpe non sinit cernere quæ
 apertissima sunt, & præcepta sæpe obscuret. Ac paulò
 progressus, nascentes, inquit, affectus extrudunt ipsas ra-
 tiones, & quasi aliter uideatur, uiolenter ad contrarias
 actiones propellunt. Deinde testimonio utitur Menan-
 dri, dicentis: Hei mihi misero, ubinam mentes nostræ? &
 tamen eo tempore esse in corpore, quum non hæc, sed illa
 deligimus. Rursum Chrysippus pergens inquit: Quum
 animali ratione prædito natura dederit omnibus in rebus
 ratione uti, & ab ea gubernari, nos illam sæpe uiolentiore
 aliquo impetu utentes reiicimus: euentum probans ex dis-
 crepantia, & contentione affectus cum ratione. Ridicu-
 lum

lum profectò esset, ut Plato dicebat, aliquem esse seipso
 præstantiorem, & rursus deteriorem, & alium esse con-
 tinentem sui, alium incontinentem. Quomodo posset fieri
 eundem seipso meliorem, & rursus peiorem esse, aut simul
 uincere ac uinci, ni modo quodam esset cuiusq; animus na-
 tura duplex, & aliud bonum, aliud malum in seipso habe-
 ret? Sic igitur qui deteriore utitur obtemperante meliori,
 continens sui est, atque præstantior seipso. Qui uerò per
 negligentiam patitur, ut princeps animus irracionale esse
 natumq; sequatur, & ei subministret, is dicitur seipso in-
 ferior, & incontinens sui, & præter naturam affectus. Nam
 quam ratio sit diuinitus homini data, conueniens est, eam
 præstare atque imperare ei, quæ caret ratione, tum quia
 originem ducit à corpore, tum quia natura sua complectur
 affectibus, & illorum fit similis, & eos induit, & cum illis
 commiscetur. Quam rem declarant appetitus corporis na-
 turales, & commoti, & repressi: quando uidelicet in cor-
 poris mutationibus uehementius concitantur uel remittun-
 tur. Quare iuuenes uehementes ac temerarij sunt, & in ap-
 petitibus inflammati, & furentes & rabidi, propter san-
 guinis copiam & caloris. At in senibus concupiscentie
 fons, qui quidem est in iocinore, restringitur, paruusq; fit
 & imbecillis. Viget autem magis ratio, affectibus unà cum
 corpore tabescentibus. Et hoc ipsum deniq; ad affectus in-
 format ferarum naturas. Non enim prauis, aut reëctis opi-
 nionibus alijs uires & impetus ad ea quæ uidentur hor-
 renda & grauia, insunt, & alijs irreparabiles timores,
 & animi fugæ, sed sanguinis spiritus, & corporis uires
 differentias affectuum efficiunt, è carne tanquam à radice
 affectibus germinantibus, & educentibus qualitatem atque
 discrimen. Quòd autem humanum corpus cum appetitibus
 affectibus

affectatis consentiat, unaq; comoueatur, pallores arguunt, rubores, tremores, cordisq; pauitationes, & contra diffusiones in spe atq; expectatione uoluptatum. Verū quando mens ipsa per se sine affectu mouetur, corpus agit quietem, & sibi constat, propterea quod mentis agitationes nihil cum corpore habent commune, si uerbi gratia, aliquid ē disciplinis mens attingat, in quibus non est irrationali locus. Ex quo etiam patet duo esse, & facultatibus inter se differentes. Omnium autem omnino rerum & ipsi affirmant, & late patet, alia habitu complexuq; regi, alia natura, alia irrationali animo, quaedam adhibita etiam ratione & intelligentia, quorum simul omnium particeps est homo, & in omnibus his differentiis ortus est. Nam & habitudine continetur, & aliter natura & ratione utitur atq; intelligentia, & coniunctum etiam habet irrationale ingentumq; affectus principium ac fontem non accersitū, nec aduocatum, sed necessarium, nec ex toto extirpandum, sed cultu & præceptore indigens. Vnde nec Thraceum nec Lycurgeum rationis munus est unā cum perniciosis excindere, simulq; interimere quæ in affectibus sunt utilia, uerum tanquam sator bonus & urbanus agrestia, & luxuriantia amputare ac rescare, deinde colere & ad utilitatem constituere. Nec enim qui temulentiam uerentur uinum effundunt, neq; affectum qui perturbationes timent auellunt, sed ei adhibent modum. Bobus quoque & equis salus, & rebelliones, & contumacia non motus, nec actiones auferunt, affectibusq; domitis, & obedientibus ratio utitur, haud eneruata, nec stirpitus excisa ex animo ministrandi facultate. Curribus enim equus, aratro bos: at apro intentanti letum, animosus est inueniendus canis, inquit Pindarus. Quibus longe sunt utiliora affectuum iumenta, quum uidelicet ra-

tioni auxiliantur, & concordēs ad uirtutem diriguntur. Vt ira fortitudini, si adsit modus, iustitiæ odium improbitatis, indignatio in eos, qui propter dignitatem secunda utuntur fortuna. Quando amentia simul & contumelia inflammatus animus indiget coërtione, aut nimie indulgentiæ opus est amicitia, aut misericordiæ, humanitate, aut communi gaudio, communiq; dolori, beneuolentia uera, nec si quis cupiat euellere assequetur. Quòd si qui amorem unum cum sicrioso amore eijciunt, peccant profectò. Nec illi quidem recte faciunt, qui cupiditatem propter auaritiã uituperant: non enim discrepant ab illis, qui cursum propter lapsus, & iactum ne ultra iaciatur extinguunt, & qui penitus cantus propter dissonantiam odio habent. Verum ut in sonis Musica concentum non extinctione grauis & acuti, & in corporibus medicina salutare non internicione caloris & frigoris, sed cum symmetria & quantitate temperationibus ipsorum perficit, ita in anima mores, quando à ratione affectuum potentijs ac motibus æquitas adhibetur ac moderatio. Tumentis enim corpori & inflammato similis est, ægritudine se uehementer afflictantis, & lætitiã effusè gestientis, timoreq; attoniti animus non lætans, nec dolens, nec metuens. Recte igitur Homerus quum dixit, Viri boni non mutatur color, nec timet nimis, metum non abstulit, sed nimium metum, ut fortitudo, non desperatio & amentia: & audacia, non temeritas fiat. Quare in uoluptatibus nimia tollenda est cupiditas, & in ultionibus nimium improbitatis odium. Ita enim alius non stupidus, sed modestus: alius iustus, non sæuus, nec acerbus erit. Quòd si penitus affectiones tollerentur, fieriq; id posset, in multis ratio segnis, obtusa & languida esset, ut gubernator destitutus à uentis. Quam rem intelligentes latores legum, in rebus publicis

blicis cupiditatem gloria, & æmulationes inter ciues ferunt. Contra hostes autē tubis, alijsq; modis iram excitant, & anorem augent pugnādi. Non modò enim in poematis, ut inquit Plato, artificem & elaboratū, qui Musarum afflatu correptus est, ridiculum ostendit esse, uerum & in bello affectus furore numinis percitos, nec posse sustineri, & esse inuictos. Quos etiam uiris deos infundere Hom. canit,

Sic fatus robur magnum inspirauit Achiuūm

Pastori. — Et illud:

— Non hic sine numine diuūm Hæc furit. —

affectum adhibētes rationi tanquam impetum & currum. Hosq; ipsos uidere licet iuuenes sæpe laudibus excitare, ac sæpe obiurgationibus castigare, quorum aliud uoluptas, aliud dolor consecratur: nam obiurgatio & uituperatio inurit pœnitentiam & pudorem. Quorum aliud est genere dolor, aliud metus. Quibus maximè ad emendationes correctionesq; utuntur. Vt Diogenes landante quendam Platone: Quid uerò, inquit, habet ille grauitatis, qui tot per annos philosophiæ operam dedit, ac nullum affecit dolore? Haud ita quidem disciplinas quis dicat, ut Xenocrates dicere solebat, esse ansas philosophiæ, ut iuuenum affectiones, pudor, cupiditas, pœnitentia, uoluptas, dolor, & gloriæ cupiditas, in debita conuenienteq; uia iuuenem expeditè perfectèq; constituunt. Vt rectè dixisse pædagogum illum Laconem credamus, esse eturum sese dicentem, ut puer honestis gauderet, & turpibus angeretur: quum nihil maius, nihil præstabilius homini libero educatione, eruditioneq; congrua & debita, excogitari possit.

FINIS.

AD INCLYTVM D. IO. BORGIANVM,
Gandiae & Sueſſe Ducem Alexandri v. i. Pont. Max,
nepotem, Caroli Valgulij Brixiani, Cardina-
lis Valentini Secretarij, præſatio.



Quum omnis mea cura eò referatur, Dux in-
clyte, ut beatitudini Alexandri v. i. clarissi-
mæq; ac diuinæ familiæ Borgiæ aliquem fru-
ctum seruitus mea pariat: quanquã uires uo-
luntatem deſtituunt, mihi tamen hac in re ſatis facere nõ pu-
taui, ſi tantum Deum precarer, ut tua in Hiſpaniam proſe-
ſſio nuptiæq; felices ſauſtæ que ſint, & maturus reditus
tuus. Quare præcepta quædam nuptialia de uetere ſapientia
Græca in linguã Romanam conuertit, quæ quondã Plu-
tarchus, uir humanarũ rerum peritiſſimus, Poliano & Eu-
rydice ſponſis dono dedit. Ea quum doceant, quo modo
ſe uxor cum uiro, & cum uxore uir gerere debeat, non
dubito quin ſumma cum tranquillitate, concordia, atque
felicitate ducturi uitam ſitis, ſi ea legatis & obſeruetis.
Non enim te arbitror, quamuis adoleſcentem, in eo erro-
re uerſari, in quo nonnullos eſſe intelligo, qui exiſtimant
ſtudium doctrinæ, & interdum lectioni uacare, Principi
non conuenire. Quid enim, per Deum immortalẽ, opta-
bilius, quid uel beatius contingere Principi poteſt, quam
preſtantiſſima ingenia, & recta conſilia, prudenter di-
cta, & præclarè geſta eorum hominum, quorum ſapientiam
omnes ætates admiratæ ſunt, ad ſuam utilitatem lau-
demq; & gloriam traducere poſſe? & habere unde opti-
mam rationem ſiue populus gubernandi quibus præſit,
ſiue ſeipſum regendi (quæ res eſt omnium difficillima) ſiue
gerendi belli, aut quid aliud agendi, queat ducere, pru-
dentiamq;

dentiamq; suam, ingenium, eloquentiam, uirtute aliena sic
 excolere atque augere posse, ut non modò fortuna, uerum
 etiam uirtute cum admiratione hominum cæteris excelle-
 re uideatur? Quamq; omnes Principum domus aduato-
 ribus assentatoribusq; abundant, qui utilitatis proprie
 uoluptatisq; causa miris artibus in animos dominorum in-
 fluentes, iocundis quidem, sed perniciosis consilijs eorum
 mentem de sanitate sepe deturbant: uerendum non est, sa-
 pientes ueteres commodorum suorum aut uoluptatum, aut
 gratiæ comparandæ causa posteris, qui nondū nati erant,
 blandiri adulariq; uoluisse, sed recte consuluisse, omnemq;
 sapientiam suam ad utilitatem posterorum & ueram glo-
 riam, cuius omnis excellens animus est auidus, direxisse
 existimandum est. Hæc igitur multa; alia, quæ exorna-
 re, ad summamq; gloriam euehere Principem possunt,
 monumenta suppeditant literarum. Sed quid ego hæc te
 hortor, Dux Illustrissime? qui ita rectè, ita præclare à na-
 tura, & ab ijs qui te rexerunt, & regunt, institutus es, ut
 tibi homines, quia etiam uident unā cum ætate uirtutem
 crescere tuam, longè maiora quàm fortuna dederit, ex-
 optent. Aut quid ego literis eruditus esse laudando studia
 literarum uideri uolo, qui multò plus ætatis seruiendo, &
 aliquid agendo, quàm in legendo consumpsi? Nunc enim
 quia nec seruiò, nec quicquam agere conceditur, me ipsum
 his studijs consolor, simulq; spe ducor, quam omnem in
 sola clementia sanctissimi D. collocaui, cui ut me primū
 commendes, excellentiam tuam uehementer rogo.

PLVTARCHI
CHAERONEI PHILO
SOPHI CLARIS-
SIMI,
PRAECEPTA CONNU-
BIALIA.

Carolo Valgulio Brixiano
interprete.

PLVTARCHVS POLIANO
ET EVRYDICE S.



Ost legem patriam, qua uos Cereris sacerdos connubio copulauit, orationem quoq; quæ simul uos concinnet, simulq; Hymenæum ope prosequatur, utilitatem aliquam arbitror allaturã, & legi consonam fore. In musicis unam de legibus tiliarum Hippothoron appellabant: is erat cantus, quo equi in certamine curuli concitabãtur. Philosophia uerò cū multas habet preclarasq; institutionum rationes, tum non minore studio ea digna est, quæ ad nuptias connubiaq; pertinet, qua uidelicet eos, qui in societatem uitæ conuenerūt, in idem coniungens, mites mansuetosq; inter se, & obedientes efficit. Ex his igitur, quæ sepe uos in philosophia educati audiūstis, Capita sub quibusdam breuibus similitudinibus, ut facilius in thesauris memoriæ contineantur contexta, commune utrique donum mitto, precans Musas Veneri adsint, ac faueant, ut nullam lyram, nullam uē citharam magis sibi consonam præstent, quàm quæ ad nuptias domumq; uestram pertinent, apta omnia, concinna,

per

per omnemq; uitam concordia, ratione, harmonia, atq; philosophia efficiantur. Nam ueteres Mercurium iuxta Venerem collocabant, quod uoluptas nuptialis ratione, aptoq; sermone maxime indigere uideatur. Persuasioneq; & Gratias orans, ut quæ uestra fert uoluntas, ab alterutro sine pugna & sine contentione persuasi transigatis. 1. Solon iubebat sponsam non prius cum sponso concumbere, quam malum cotoneum delibasset, innuens, ut uideatur, primam gratiam quæ ab ore uoceq; sponse emanat, bene compositam & aptam, & suauem esse oportere. II. In Bœotia sponsam obiectam asparagine coronant: Nam ut ea suauem ex asperrima spina fructum fundit, sic noua nupta primam asperitatem, difficultatemq; suam non defuzienti, nec indignanti marito, urbanam, iucundamq; uitæ societatem præstabit. Qui uerò prima uirginum disidia non ferunt, haud quidem ab illis differunt, qui propter acorem uuam alijs maturam relinquunt. Multæ quoque nouæ nuptæ maritos propter primos congressus molestè ferentes similiter afficiuntur atque illi qui apis ictum pertulerunt, & alijs fauum dimisere. Principio controuersie offensionesq; magna cura coniugibus cauendæ sunt, quum recenter coniuncta glutinataq; uasa quacunque causa facilliter disiungi, tempore uerò confirmatis commissuris uix igni aut ferro dissolui ualeant. III. Quemadmodum ignis in paleis leporinisq; pilis facile accenditur, ocyusq; restringitur, ni aliqua materia, quæ ipsum foueat & alat, adhibeatur, ita breuem amorem nouorum cõiugum corporis forma inflammatum nec durare posse, nec firmum esse existimandum est, ni in bonis moribus collocatus à prudentia foueatur, & animatum affectu cupiat. IIII. Medicamentis quæ fit piscatio, maturè quidem & facile capit piscem,

scem, sed eam labefactat, & mensæ nō aptū reddit. Sic quæ
 amatorijs artibus carminibusq; uiros uoluptatis causa stru-
 dent subigere, cum attonitis dementibusq; & labefactati
 etatem agunt. Neq; enim Circe ab ea potionati quicquam
 iuuerunt, nec ipsa ulla in re illis utebatur, quam suum, asi-
 norumq; formam accepissent: Vlyssē uerò mēte præditū,
 & prudenter cum ipsa uersantem incredibili amore dile-
 xit. v. Quæ malunt stolidis uiris imperare, quam parere
 sapientibus, similes illis sunt, quæ ducere potius uolunt cæ-
 cos, quam intelligentia usq; præditos sequi. vi. Pasiphaen
 non credunt amore fuisse captam bouis cubantem cum re-
 ge: quam uideant nonnullas graues moderatosq; uiros
 grauate ferentes, cum hominibus intemperantia atq; li-
 bidine fluentibus tanquam cū suis & hircis suauius con-
 cumbere. vii. Qui equos ascendere imbecillitate aut mol-
 litia corporis impediti nequeunt, eos sese flectere & pro-
 cumbere docent: Ita aliqui eorum qui nobiles opulentasq;
 uxores acceperunt, haud se quidē præstantiores reddunt,
 sed illas communiūt & debilitant, ut illis de missioribus uil-
 lioribusq; facilius imperent. Oportet autem ut equi ma-
 gnitudinem, sic uxoris dignitatem conseruantem uiti freno.
 viii. Lunam cum abest a sole, lucidā clarāq; uidemus,
 admota soli obscuratur & occultatur. At contra modesta
 uxorem oportet cum uiro existentem, sese maximē uiden-
 dam exhibere: quam uerò abest, ædes custodire, ac latere.
 ix. Haud recte quidem Herodotus dixit, quod mulier una
 cum tunica pudorem exiit. Contra enim modesta induit,
 summusq; amor, ac summus pudor mutuo sese testimonio
 argumentoq; indicant. x. Quæ admodum si duæ uoces con-
 sonæ capiantur, grauior is fit cantus, sic omnis actio in be-
 ne recta, moderataq; domo, quanquam ab utroque unani-
 miter

miter geritur, apparet tamen & extat imperiū atq; uoluntas uiri. x i. Sol Boream superauit: Homo enim quum euentus niteretur auferre pallium, uehementiusq; spiraret, ipsum magis atq; magis constrinxit, & arctius continuit: feruente uerò post flatum uenti sole, incallescens & aestuans exiit una cum pallio etiam tunicam. Hoc agunt pleræque mulieres, cum uiris enim luxum sumptumq; detrahentibus decertant & indignantur, quæ si ratione persuadeantur, leniter placideq; deponunt, ac moderatè se gerunt. x i i. Cato è senatu ciuem mouit, quòd uxorem præsentem filia deosculatus fuisset. Id quidem atrocius fortasse: uerum si turpe est, ut profectò est, præsentibus alijs sese amplextari & suauari, cur turpius non est, coram alijs iurgijs contumelijsq; sese uicissim lacessere? Oportet enim congressus oblectationesq; cum uxore secretò fieri. Admonitiones uerò ac reprehensiones libera licentia apertaq; esse debent. x i i i. Vt speculum auro, gemisq; ornatum uilitatè nullam affert, nisi similem speciem referat: sic opulentæ uxoris nullus fructus est, ni uitam moresq; præstet cum uita & moribus uiri congruentes, & consentaneos. x i i i i. Si letantis imaginè speculum tristem reddat, dolētis uerò & morientis hilarem & ridibundam, profectò peccat uitiosumq; est. Ergo & uxor mente capta, insulsa & inepta est, quæ iocante blandienteq; marito frontem contrahit, & agente aliquid serio iocatur & ridet: Ea enim sunt tum tristis, tum contemnentis animi indicia. Oportet autem, ut geometræ dicunt, lineas & superficies non per se, sed unà cum corpore moueri: sic uxore nullum proprium affectum habere, sed studia, curas, risum, communia habere cum uiro. x v. Qui uxores esse ac bibere secum libenter non uident, solæ quum sunt, eas impleri docent: Ita qui non hilarè cum illis

Uxor uiri moribus consonet.

concum

concupiunt, nec iocos risumq; communicant, docent sine ipsis proprias querere uoluptates. x v i. Cum Persarū regibus legitime uxores ad mensam accumbunt, unaq; commessant: quum uerò ludere lasciuiresq;, ac se plusculum uino inuitare uolūt, dimotis illis citharistrias meretriculas quoq; adhibent. Et rectè quidem uxores non sinunt intemperantiæ ebrietatumq; participes fieri. Igitur uir priuatus, & intemperans, in uoluptatibusq; profusior, si cum scorto aut ancilla delinquere aliquid deprehendatur, non debet uxor succensere nec ægrè ferre, cōsiderans cum temulentie suæ, lasciuiæ, & procacitatis aliam adhibere participem, ipsius ductum uerecundia. x v i i. Cultores Musarum domini musicos multos faciunt: qui uerò studia literarum amplectuntur, multos cruditos: & qui ludis gymniciis delectantur, athletas: Sic uir studiosus corporis cultus uxorem compticem facit: uoluptarius meretricem & intemperantem: amator probitatis & decori, modestam & pudicā. x v i i i. Lacæna ancilla à quodam interrogata, an adhuc accessisset ad uirum, non ego, inquit, sed ipse ad me. Hoc mea quidem sententia in hera matronaq; esse debet, ut neq; deuiet huiusmodi, nec ægrè ferat incipiente marito, nec id ipsa prior tentet: Vt enim hoc meretricis est atq; impudentis, sic & illud fastuosæ, nec uirum amantis. x i x. Vxorem amicos proprios habere non oportet, sed uti cōmunibus cum uiro. Quum uerò sit primus & maximus Deus quem uir censet esse colendum, solum eum cognoscere uxorem decet: curiosæq; religiones, & peregrinæ superstitiones à uestibulo domus arcendæ sunt. Nulli enim Deo sacra occulta & abscondita grata sunt, à muliere si fiant. x x. Plato beatam inquit, felicemq; ciuitatem esse, in qua, meum nō meum, qui dicant, non audiuntur, quòd cōmunibus quoad fieri potest rebus

*Via uiri redū
dare in uxorē.*

quæ,

que quidē aliqua estimatione censantur, uti ciues debeāt. Sed multo magis huiusmodi uox ē connubio eximenda est: nisi, ut medici dicunt, in sinistra parte existentes plagas ad dextram sensam referre, sic uxorem uiri, & uirum uxoris sentire dolorem magis conuenit. Vt quemadmodum nodi ac uincula mutuum robur uicissim capiunt, ita utroq; reciprocam beneuolentiam præstante, societas uitæ per alterutrum conseruetur. Nam & natura per corpora nos miscet, ut ex utroque parte decerpta simulq; confusa, quod inde nascitur, commune utrisque præbeat, neutrumq; statuere, diiudicareq; possit, proprium sit, an alienum. Talis quoq; pecuniarum societas connubio unctis maxime conuenit, ut unam in substantiam rebus omnibus confusis ac mixtis, ne hanc partem propriam, illam alienam, sed omnia propria, ac nihil alienum arbitrentur. x x i. Vt temperatum, etsi plus insit aquæ, unum tamen appellamus, ita substantiam & rem familiarem, quamuis plus uxor contulerit, mariti dici oportet. x x i i. Helena diuitiarum appetens, Paris uoluptatum fuit, Vlysses uerò prudens, & modesta Penelope: propterea horum connubium felix, atque optabile: at nuptiæ Paridis & Helenæ malorum iliadem Græcis & barbaris fecerunt. x x i i i. Romanus quidam quum eum amice reprehenderent, quod pudicam uxorem, locupletem, & formosam repudiasset, calceum protendit: nam & hic, inquit, nouus est & pulcher, sed nemo uestrum nouit ubi me premat. Oportet igitur non doti, non generi, non formæ uxorem credere, sed operam dare, ut quibus uir maxime tangitur, consuetudine, moribus, & obedientia, ea non dura, nec molesta, sed composita, iocunda, & grata præstet. Enimuero ut medici eas s; bres, quæ ab incertis causis paulatim collectis

Coniugibus cō-
munia omnia.

proue



proueniunt, magis suspectas habent, magisq; uerentur,
 quam quæ manifestas magnasq; causas habent: sic latentes
 plerosq; paruaq;, & frequentes ac quotidiane uiri atque
 uxoris offensa magis eos disiungunt, & uitæ consortium
 labefactant. x x i i i i. Philippus rex Thessalam mulie-
 rem amabat, à qua medicamentis magicis in amore tene-
 ri putabatur. Quare Olympias uxor operam dedit, ut eam
 in manibus haberet. Vbi in conspectum uenit, liberalis for-
 ma uisa est, & sermo ingenuus ac prudens: ualeant, inquit
 Olympias, calumnie: tu enim in te ipsa medicamenta habes.
 Inexpugnabilis igitur res uxor legitima, si omnia in se
 ipsa collocans, dotem, genus, potiones, cingulumq; ipsum,
 moribus atque uirtute comparet beneuolentiam. x x v.
 Rursus Olympias, quum aulicus quidam adolescens for-
 mosam, sed malè audientem duxisset uxorem: ille, in-
 quit, demens est: non enim oculis uxorem accepisset.
 Oportet autem non oculis, nec digitis uxorem capere, ut
 aliqui facere solent, reputantes quàm grandem dotem fe-
 rat, non quibus moribus sit cum ipsis uictura. x x v i.
 Socrates ut se in speculo adolescentes intuerentur suadere
 consuevit, ut deformes uirtute corrigerentur, pulchri
 ne deturparentur uitio. Matrona quoque quum in ma-
 nibus speculum habet, secum ipsa dicere debet, si de for-
 mis est: Quid ni temperans & pudica sim? Pulchra
 uerò: quid si præterea sim honesta? Nam deformi, si pro-
 pter mores, non propter formam diligatur, ueneratio
 quædam accedit. x x v i i. Lysandri filiabus uerstes mu-
 liebremq; mundum pretiosum tyrannus Siculus misit: et
 Lysander capere noluit, fatuus: hoc ornamentum de honesta-
 bit potius filias meas quàm ornabit. Sed ante Lysandri hoc
 Sophocles dixit: Non est hic ornatus, ô infelix, uerum dede

speculi usus.

*Ornatus nimi-
us uitandus.*

CHU III

eius uidebitur, tuæq; infamia mentis. Ornamentum enim est,
 ut inquit Crates, quod ornat. Ornat autem quod honestio-
 rem mulierem facit: talem uerò præstat non aurū, non spha-
 ragdus, non coccineus color, sed quæcunque grauitatis, mo-
 derationis, & pudoris specimen adhibent. **XXVIII.**
 Qui nuptiali Iunoni rem faciunt diuinam, cum uictima
 fel non consecrant, sed exemptum post aram abijciunt, in-
 nuente legumlatore, nunquam bilem iram uel in conubio
 esse oportere. Debet enim ut uini, ita matronæ austeritas
 confers atque utilis esse, non amara, ut aloë ac medicina.
XXIX. Plato Xenoeratem se uerioribus præditum mo-
 ribus, alioqui æquum probumq; uirum, ut Gratijs sacrifi-
 caret hortabatur. Pudicæ uerò continentiq; mulieri ma-
 ximè erga uirum gratijs opus esse arbitror, ut quemad-
 modum Metrodorus dicebat, iocundè, non propter con-
 tinentiam iratè cum uiro conuerfetur: haud enim frugalem
 tenuemq; mulierem contemnere munditiam oportet, nec
 uiri amantem blanditias negligere: Nam difficultas &
 morositas honestatem illam mulieris iniocundam atque
 molestam facit, quemadmodum & sordes frugalitatem
 reddunt inuisam. **XXX.** Quæ præfente uiro ridere,
 aut aliquid aliud agere ueretur, ne temeraria immode-
 staq; uideatur, nihil ab ea differt, quæ nullo se pacto un-
 git, ne odoramentis perfundere caput putetur, & quæ se
 non lauat, ne faciem fūco delinire existimetur. Nam &
 poetas oratoresq; uidemus, quicumque orationem mole-
 stam, illiberalem, offendentemq; deuitant, rebus, ordine,
 ac moribus ducere & mouere auditorem omni arte le-
 tari; Sic matronam omne superuacuum, meretricium ac
 populare fugere: morum uerò, consuetudinisq; uiuendi
 gratijs erga uirum omni artificio uti decet, una cum uo-
 luptate

*Lata sit coram
 uiro mulier.*

luptate honestè cum eo conuersantem. Quòd si suapte natura seuerior pertinaxq; sit, & insuauis, placidè eam admonere uirum oportet, Phocionemq; imitari, qui quum ab eo Antipater rem minus honestam indecentemq; postularet: non potes me, inquit, & amico uti, & adulate. Ita uxori pudicæ quidem, sed rigidæ & austeræ dicendum est: non te ego eadè uti & coniuge, & amica possum. x x x i. Aegyptijs mulieribus uti calceamentis patrius mos non fuit, ut sese domi continerent. At pler. eq; foeminae, si auratos calceos, & armillas, & femoralia demas, purpuramq; ac margaritas, domi manent. x x x i i. Theano uestem induens brachium nudauit: quum quidam dixisset, ô pulchrum cubitum: at non publicum, inquit. Pudicæ autem mulieris non cubitus modò, uerum neque oratio publica esse, nec minus sermo quàm nudatio corporis formidari, & ab externis caueri debet: propterea quòd affectus, & mores, ac dispositio animi in sermone uehementer conspicitur. x x x i i i. Eliensibus Phidias Venerem fecit testudinem calcantem, indicans, mulierum esse munus, & ædes custodire, & silentium. Debet autem uxor aut cum marito, aut per maritum loqui, non ægrè serens, si aliena lingua tanquam tibicen grauius loquatur. x x x i i i i. Locupletes ac principes quum honori Philosophos habent, & semetipsos ornant, & illos. At Philosophi quum obseruant opulentos, haud illos quidem clariores, uerum se ignobiliores faciunt. Hoc etiam usu mulieribus uenit, quæ quum sese uiris subiiciunt atque obtemperant, laudem consequuntur: quum uerò præesse uolunt, magis eas dedecet, quàm eos qui subiguntur. Præstare autem maritum uxori par est, non ut dominum pecoribus, sed ut animam corpori, conspiratione quadam naturali per beneuolentiam cum ipso coniuinctam.

Uxor pareat.

Quem

Quæmadmodum igitur procurare corpus conuenit, non
 ipsius seruicendo uoluptatibus atque cupiditatibus, ita uxori
 præesse demulcendo gratificandoq; oportet. x x x v.
 Corpora Philosophi dicunt alia ex discretis constare, ut
 classem, ut exercitum: alia ex conuinctis, ut domum ac na-
 uem: quædam unita esse atq; congenita, ut singula animalia.
 Fere igitur connubium quod ex amantibus constat, uni-
 tum congenitumq; est: quod uerò dotis liberorumq; pro-
 creandorum gratia est, ex conuinctis. Concumbendi cau-
 sa coniugium, ex discretis: quos simul habitare, non simul
 uiuere arbitrari quispiam possit. x x x v i. Quæmadmo-
 dum physici dicunt, per omnes partes temperationem hu-
 midorum fieri, ita coniugum & corpora, & pecuniam, &
 amicos, atque propinquos inuicem misceri oportet. Nam &
 Romanorum legum lator munera uicissim dare, & cape-
 re coniuges uctuit, haud quidem ne rei cuiusquam partici-
 pes forent, uerum ut omnia communia esse existimarent.
 x x x v i i. In Lepta Libyæ ciuitate ritus patrius est, ut
 sponsa postridie quàm celebratæ nuptiæ sunt, ad sponsi
 matrem petitem ollam mittat. At illa nec dat, nec se asse-
 rui habere, ut uidelicet principio cognitis in socru nouer-
 calibus moribus, si quid grauius postea contingat, iniquo
 animo non ferat, neque succenseat. Quo fit ut uxor id
 intelligens occasiones ipsas leniat ac mitiget: Est enim na-
 turalis æmulatio quædam inter ipsas beneuolentiæ, cuius
 affectus unica curandi ratio est, ut seorsum sibi beneuolen-
 tiam uxor conuict uiri, & matris non conuictat aut dimi-
 nuat. x x x v i i i. Filios plus matres diligere uiden-
 tur, quòd ad eis succurrendum openq; ferendam sunt aptio-
 res: patres uerò filias amare magis, quasi eorum præsidio
 indigentes. Fortasse etiam honore se mutuo prosequentes, id

quod alteri generi propinquius est, amplecti charitate magisq; diligere uideri uolunt. Sed hoc est fortasse indifferens: illud uero perurbanum, si uxor magis ad parentes mariti honorandos inclinare conspiciatur, quam ad suos: ac si quid doceat, ad ipsos referat. & lateat suos: facit enim, ut quum fidem habet, fidem & ipsa uendicet, & quum diligit, diligatur. XXXIX. Græcis qui erant cum Cyro duces iuebant, ut si hostes uociferantes impetum facerent, cum silentio exciperent: quod si illi silerent, contra ipsi inuaderent cum clamore. At mulieres, quæ quidem sana mente sunt, quum irati mariti clamant, silentium agunt: quum uero silent, eos alloquuntur, & consolantes mitigant ac leniunt. XL. Rectè Euripides accusat eos qui lyra in poculis utuntur. Ad iram enim potius luctumq; adhibenda musica est, non insuper cantu soluere qui in uoluptatibus existunt. Existimate uos igitur errare eos, qui cum gaudio uoluptatq; gestiunt, re uenerca utuntur: & quum ira dissidioq; uexantur, seorsum cubant, quum tum maxime uenerem, optimum huiusmodi malorum medicum, accersere opus esset. Quam rem poëta docet dicente Iunone:

-Vestra ego iurgia soluam,

Vos & amore pares iungam, thalamoq; locabo.

LECTO SUI PAX
& concordia.

Cum semper autem & ubique fugiendum est, ne uir uxorem, nec uirum uxor offendat, tum in primis ne id accidat in concubitu, & dum conquiescunt cauendum est. Enimvero quum uxor dolet & queritur apud auctores tori: quæ fieri potest, inquit, ut his rebus lectus medeatur, quum in ipso lecto ea contigerint? Nam simultates, & contumelias, & iras quas torus gignit, alio loco, alio ue tempore non est proclius dissoluere. XLI. Hermione uerum dicere uidetur quum ait: Fœminarum me malarum perdiderunt ingressus

ingressus. Sed non fit hoc simpliciter, uerum quando discordia & zelotypiae aduersus maritos existunt, huiusmodi foeminae non ianuas modo, sed etiam audiu patet faciunt. Tunc igitur potissimum sana mente praeditam uxorem occludere aures, & insurrations caucere, ne ignis addatur igni, oportet, illudque Philippi habere in promptu dictum. Fertur enim ille quum ab amicis contra Graecos cocitaretur, quod bene ab eo affecti ei obloquerentur, dixisse: quid si praeter ea prouocem? Quando igitur obrectatrices deferunt tibi: uir tuus & amanti & pudicae iniuriam facit, quid si ipsum odisse atque laceessere incepero? XLII. Fugitiuum seruum quidam persequens, ut se in pistrinum proripuisse conspexit: ubinam te, inquit, alibi inuenire maluissem? Vxor igitur propter zelotypiam diuorij libellum scribens & indignata secum ipsa, dicat: ubinam me potius emula rualisque me uidere gauderet, quid uel agentem aliud, quam praedolore seditionem aduersus maritum concitantem, ac domum thalaurumque deserentem? XLIII. Athenienses tres arationes sacras dicunt. Prima in Sciro est uetustissimarum salionum monumentum. Secunda in Rbaria. Tertia sub Pelin, qui locus Busygius appellatur. Omnium autem harum sacratissima est nuptialis satio atque aratio, quippe quae fiat ad procreationem liberorum. XLIII. Recte quidem Sophocles foecundam boni foetus Cytheream appellat: quae propter summam cum obseruantia coniugibus hac re utendum est, ut omni profana illegitimaque in alios consuetudine puri purgati que sunt, nec seram unde nasci quicquam nollent: quin si fructus gignatur, pudet & celant. XLV. Gorgia oratore in Olympia Graecis oratione de concordia recitante, Melanthus quidam, iste, inquit, de concordia disputat, qui sibi, uxori & ancillae, tribus solis, ut concordessent, non persuasit. Na Gorgiae

Obrectatrices
uitandae.

* ἐν τῇ πόλει

* πρὸς ἐρέτας

h 4 amor

amor quidam, & uxori zelotypia aduersus ancillam esse uidebatur. Recte igitur domum & familiam ab eo componi oportet, qui sit & senatum & amicos moderaturus. Magis enim mulierum, quam contra mulieres peccata latere multitudinem uidentur. XLVI. Feles olfactu odoramentorum perturbari & furere traditur. Quod si uxores esse rari atque insanire odoribus contingeret, profectio graue esset, si ab huiusmodi odoribus mariti non abstinerent, & eas tantopere discrucari paruae gratia uoluptatis paterentur. Quum autem non odoribus id contingat, sed quia cum alijs mulieribus uersentur, certe iniustum est tanto eas dolore afficere & conturbare, ac non ut apibus, quia indignari atque pugnare cum his uidentur, qui cum muliere concubuerunt, ita se uxoribus aduocare castos, integros, purosque aliarum mulierum consuetudinis. XLVII. Qui elephantis se ad mouent, uestem claram non gestant, nec paniceam qui tauris, quod huiusmodi coloribus illa an mala maxime offerantur. Tigres uero in tantum aguntur sonitu tympanorum furor, ut semetipsas dilanent. Quum igitur alij boninum coccineam, aut purpuream uestem quum uident moleste ferant, alij tympanis ac cymbalis indignentur, quid malum, grauari uxores debent, si ab huiusmodi abstineant, ne perturbent uiros irritentue, sed cum mansuetudine atque constantia una cum ipsis uitam agant? XLVIII. Mulier quaedam quum a Philippo inuita traheretur, dimitte me, inquit: omnis enim mulier sublata licerna eadem est. Hoc aduersus natura adulteros intemperantesque homines recte dicitur. Nuptiam autem decet remoto lumine non cuiusque mulieris similem esse, sed tum maxime, quum corpus non uideatur, modestiam, moderationem, amorem & charitatem erga uirum praese ferre, ac se illius esse propria ostendere. XLIX. Plato

senes

Viros ne irriteret uxores.

Mulierum nullam in tenebris delictum.

senes hortatur, ut iuvenes uererentur, ut & illi erga ipsos uerecundam conseruarent: Vbi enim pudorem senes abijciunt, nulla in eos uerecundia iuuenibus residet. Huius igitur memor maritus, nihil minus uereri uxorem debet, quam si thalamus, officina modestiae, non intemperantiae sit futurus: Qui enim uoluptatibus ijs fruatur, à quibus eam coerect, nihil ab eo differt, qui uxorem cum hostibus iubet pugnare, quibus ipse se dedit. Tibi itaque danda opera est, o Eurydice, ut ea legas quae ad Aristillam à Timoxene de moderatione atque modestia & pudicitia scripta sunt, in memoriaq; contineas. Tuq; Poliane ne putes à superfluis profusisq; sumptibus uxorem temperaturam, si te haec minime in alijs contemnentem conspiciat: quin potius auratis poculis, pictisq; cubiculis, mularum & equorum phaleris gaudentem uideat: Non enim fieri potest, ut à mulieribus luxus remoueatur, quo uiri circumfluunt. Quare igitur tempus habens in ea studia incubendi, quae demonstrationibus probantur, mores compone, cum his conuersans qui plurimum prodesse posse uideantur. Coniugi uerò quacumq; uia adhibeas quae uilia sunt, & more apum quae tu in teipso collocaris ei conferas & communices: familiaresq; effice & coeuctas eas sermonum rationes, quae esse quamoptimae uideantur. Pater enim illi est uenerandaq; mater ac frater. Non minus, aut uenerabilius est, uxorem audire dicentem: Tu mihi uir magisterq; es, ac Philosophus, rerumq; honestissimarum ac diuinarum praecceptor. Huiusmodi enim discipline primum à rebus absurdis uxores abducunt. Erubescet enim uxor saltationibus operam dare, si studio literarum delectabitur, nec potiones magicas admouebit, institutus captae Platonis & Xenophontis. Ac si quis se profitebitur lunam de caelo deducturum, ignorantia ipsius ridebit, stoliditateq; credentium

*Literis deditas
uxores esse conuenit.*

dentium mulierum, astrologiae non ignara rationum. Aganice Hegectoris Theſſali filia, quod pleniluniorum defectum eſſet gnara, tempusq; praenoffet quo lunam ab umbra terrae intercipi contingeret, mentem mulierum exturbabat, illisq; se lunam deducere perſuadebat. Sed quoniam nulla unquam foemina absq; societate uiri peperisse infantem dicitur, informesq; partus, & carnem, & aliquid in semet ex corruptione concepium, molas appellant, magna diligentia cauendum est, ne hoc in animis mulierum fiat. Nam nisi sermonum optima semina mulieres suscipiant, & participes eruditionis uirorum fiant, absurda multa prauaq; consilia, atq; cogitationes & affectus malos pariunt. Tu igitur Eurydice enitere sententias sapientum bonarumq; mulierum habere familiares, & in ore eas semper uoces habere, quas a me dum adhuc uirgo eſſes ſuſcepisti, ut & uirum deleſtes, & tu usquadeo egregie, adeo grauiter per te met exornata in admiratione a ceteris mulieribus habearis. Nam illius margaritae, aut alterius aduenae sericeae uestes sine magno pretio emi non possunt: at Theanus & Cleobulina honestatis ornamenta & Gorgonis Leonidae uxoris, ac Timocleae Theaginis sororis, & antiquae Claudiae, Corneliae, Scipionis, & aliarum quaecumq; admirabiles praeclaraeq; fuerunt, gratis licet inducere, & magnifice gloriosaeq; ac beate uiuere. Nam si Sappho quod pulchra carmina componeret se tanti faciebat, ut ad diuitem quandam scripserit. Mortua iacchis, nec ulla unquam tui extabit memoria: non enim filium habes, rosam ex Pieria: cur non tibi magis gloriosum erit, si non rosas, sed fructus eos perceperis, quos Musae ferunt & largiuntur his qui disciplinam & studium sapientiae admirantur?

FINIS.

Plutarchi

Plutarchi sapientium bonarumq; mulierum sententia.

PLVTARCHI

CHAERONEI PHILO-

SOPHI CLARIS-

SIMI,

MVSICA.

Carolo Valgulio Brixiano
interprete.



VXOREM Phocionis, eius cui Probo
cognomentum fuit, dicere solitam accepi-
mus, mundum suum esse consilia ac deco-
ra imperatoria uiri. Ego uero studium
doctrinae magistri mei non mihi soli pro-
prium esse ornamentum statuo, sed commune omnibus non
alienis. Haud equidem ignoramus, clarissima facinora Im-
peratorum paucis tantum militibus, aut uni ciuitati, genti ue
uni, in rebus dubijs ac trepidis salutem peperisse, meliores
seu milites, seu ciues, aut eiusdem generis homines haudqua-
quam fecisse comperimus. At uero doctrinam, substantiam
& robur felicitatis, & recti autorem consilij non uni fami-
lie soli, aut ciuitati, sed uniuerso generi mortalium inuehere
utilitatem uidemus. Quanto igitur commoda, quae à doctri-
na disciplinis ue proficiuntur, maiora sunt omnibus im-
peratorijs consilij, tanto eius memoria studio est & cultu
digna maiore. Itaque altero Saturnaliorum die uir cla-
rus Onesicrates ad epulas inuitauerat uiros, qui Musicae
scientiam habebant. Erant autem Soterichus Alexandri-
nus, & Lysias ex ijs unus, qui era Musica apud ipsum
merebant. Postquam uero quae assolent, sunt perpetrata,
causam



causam humanæ, inquit, uocis in præsentia quærere in-
 tempestiuum atque alienum à conuiuio esse arbitror: So-
 briore quæstio ea indiget ocio. Quoniam autem optimi
 grammaticorum definiunt uocem aërem esse percussam
 cadentem sub sensum auditus, atque heri de grammatica
 quæsitum disputatumq; fuit, tanquam de arte opportuna
 fabricandis per litteras uocibus, ac sacrario memoriae
 promptis, ubi uelimus administrandis & dispensandis,
 quenam sit altera secundum hanc obnoxia, & congruens
 uoci scientia, uidendum esse puto. Ea est, opinor, Musica:
 deos namq; canere, qui nobis solis uocem articulatam sunt
 largiti, pium, & homini in primis consentaneum esse ar-
 bitror. Quam rem Homerus quoque significare hisce uer-
 sibus uidetur:

Phœbeas iras placabant carmine Achiui,
 Per luces totas pulchrum pæana canentes,
 Pugnantemq; ex alto: ast prætora arcitenentis
 Mulcebant cantus, & gaudia pertentabant.

Agitedum sacri Musicæ ministri, commonete sodales, quis
 inuentor Musicæ, quisue ea princeps usus fuerit, à qui-
 bus, quoq; tempore auctum acceperit, & quinam ex ijs qui
 Musicæ scientiam coluere, in eo studio excelluisse existi-
 mentur: quas præterea, quotq; ad res, huius uilitas insti-
 tuti demanet. Quæ quum magister dixisset, insecutus Ly-
 sias: Apud multos, inquit, agitatam quæstionem clarè
 Onesicrates in medium proponis: Non modò enim Pla-
 tonicorum plurima pars, insignesq; Peripatetici de uetere
 Musica, deq; eius labe studiosè & accuratè scripserunt,
 uerumetiam grammatici atque harmonici, ad summum api-
 cem euecti doctrinæ, magnum studium plurimamq; ope-
 ram in eam rem contulerunt. Cæterum ingens est inter au-
 tores

tores dissensio. Heraclides in eo libro, in quem colligit pri-
 scos Musicos, primosq; eius inuentores, Amphionem tra-
 dit, Ioue natum & Antiope, principem citharæ cantum
 excogitasse, eiusq; poësim, ut qui à patre doctus foret.
 Cuius rei fidem commentarijs Sicione depositis, quibus
 accurata percensio huiusce generis continetur, facit,
 atque inde sacerdotes Argiuas, poëtas & Musicos com-
 memorat. Eodem tempore Linum Eubensem inquit la-
 mentationes & fletus carmine condidisse, hymnos Anthen
 Anhedonium ex Anhedone Bœotia, Pierium ex Pieria
 poëmata de Musis, Philammonem uerò Delphicum La-
 tone Dianæ, atque Apollinis ortum canticis edidisse mo-
 dis, & choros circa Delphicum templum constituisse
 commemorat. In primis uerò Thamyraë Thracis cano-
 rum concinnumq; carmen ait fuisse, adeoq; præcelluis-
 se, ut Musas prouocare in certamen non dubitasse poëta
 sint autores. Hunc ipsum edidisse ferunt bellum Tita-
 num aduersus deos dimicatum carmine conditum. De-
 modocumq; Corcyrensem, ueterem Musicum, excidium
 Ilij, & Veneris atque Vulcani connubium poëmate con-
 celebraffe. Ithacensem Phemium reditum à Troia, Aga-
 memnone duce Græcorum, carmine cecinisse proditum
 est. haud quidem fuisse immunem metri numeriue rati-
 dictionem poëmatum memoratorum musicorum, sed qua-
 lis Stesichori fuit, & ueterum aliorum poëtarum, qui
 carmina adhibitis modulis condidere. Terpandrum nan-
 que tradit, citharæ cantus latorem legum, adiectis ad
 sua atque Homeri carmina per singulas leges modis so-
 lium in ludis cum concertatione editis canere, eundemq;
 primum proposuisse nomina singulis citharæ fidiumq;
 legibus. Ad cuius imitationem Clonam primum tulisse le-
 ges

ges tiliarum, prosodiaq; fecisse, tum deinde elegia, & carmina condidisse. Quo genere poematum Polymnestum Colophonium, etate posteriorem, usum fuisse tradunt. Nomina autem tiliarum legum, bone Onesicrates, apud eos hæc erant: Apolhetus, Elegi, Comarchius, Schoenion, Cepium, Dius, Trimcles. Insequenti tempore Polymnestia appellata reperta sunt. Leges fidium cantus compluribus ante conditas leges tiliarum temporibus constat à Terpandro fuisse promulgatas. Is nanque primus nomina earum protulit, Bœotiam quandam unam uocans, Acoliam aliam, Trochæam acutam, Orthiam uidelicet, Cepiona, Terpandriam, Tetracediam. Condidit præterea idem Terpander carmine proœmia ad cantus fidium. Quòd autem ueteres fidium * cantus legibus constarent, Timotheus declarauit. Primas enim leges carminibus immiscens dithyrambicam dictionem canebat, ne protinus aduersus priscam Musicam præuaricari uideretur. Et arte nimirum canendi ad fides Terpander præstitisse existimatus est, quaternasq; in Pythicis ludis perpetuas uictorias retulisse publicis monumentis traditum est. Ac peruetustus sanè Musicus fuit, quandoquidem antiquiorem Archilochi fuisse Glaucus Italus libro quodam, quem de poëtis & Musicis antiquis composuit, demonstrat: Nam alterum cum inquit fuisse secundum primos illos tiliarum cantus conditores. Alexander in libro, in quem collegit Phrygios Musicos, scriptum reliquit, primum Olympum transtulisse in Græciam ad Dactylosq; Idæos fidium pulsus. Hyagnin uerò primum tibia cecinisse, deinde eius filium Marsyam, tum postea Olympum, Terpandrum et mulatum fuisse carmina Homeri, & Orphei modos. Orpheus nullum imitatus esse uidetur: quippe quum ante ipsam

*leges carminibus

nullus

nullus præter tibiares poëtas, cum quibus nulla in re Or-
 phica res similitudinem habet, fuisse tradatur. Tibiarum
 cantus cōditor legum Clonas, ut Arcades referunt, Tegea-
 tes fuit: ut uerò Bœotij, Thebanus. Secundum Terpandrum
 & Clonam fuisse Archilochum proditum est: quanquam
 autores sunt qui tradant Ardalum Troezenium priorem
 Clona tibianam constituisse Musicam, Polymnestumq;
 Meletis Colophonij filium poëtam fuisse, & leges Polym-
 nestum ac Polymnestam fecisse. Quod autem Clonas pro-
 mulgauerit Apothetum atq; Schoenionem appellatas le-
 ges, monumenta scriptorum commemorerunt. Pindarus
 item & Alcan poëta modorum eiusdem Polymnesti
 mentionem fecere. Sunt & qui nonnullas Terpadri legum
 citharæ cantus ad Philammonem illum priscum autorem
 trahant. Sed omnino citharæ cantus Terpandri ratio omni
 ex parte simplex perrexit esse usq; ad etatem Phrynidis.
 Haud enim antiquitus pro libidine cuiusq;, uti nunc, licebat
 fidibus canere, nec rhythmos concentus ue transferre: In
 ipsis nanque legibus accommodatam cuiq; tentionem tue-
 batur, cuius rei causa id nominis inditum erat: Leges enim
 sunt uocate, quoniam præscriptum quasi lege cautumq;
 erat, ne quis per quamlibet unam speciem formamq; ten-
 tionis transgrediretur. Etenim quæ ad deos spectabant
 extemplo abominati, ad Homeri ac cæterorum poësim pro-
 uoluntate atq; arbitrio delabebantur: quam rem proœmia
 Terpandri declarant. Facta quoq; tum primum citharæ
 forma, uti autor fuit Terpandri discipulus Cepio, appella-
 taq; est Asia, propterea quòd Lesbij fidicines, Asiæ cultor-
 res, ea utebantur, Quorum ultimum Pericletum uicisse
 Lacedemone Carnia ferunt. Is erat Lesbii genere,
 quo uita functo, perpetuæ gloriæ Lesbiorum, quam in
 cantu

cantu citharæ ad eam d' em obtinuerant , finem impositum
 fuisse memoratur. Errore quoq; nonnulli ducuntur existi-
 mantes Hipponactem parem fuisse temporum Terpandri,
 quum Pericleus antiquor Hipponacte tradatur. Postquam
 tiliarum fidiumq; cantus pariter exposuimus leges, ad pro-
 prias tibicinum orationem conferamus , Olympum tibi-
 cnem , de quo antè diximus , Phrygium , condidisse legem
 quandam in Apollinem, Multiplicem uocatam. Hunc Olym-
 pum ex his unam fuisse memorant, qui ab illo primo Olym-
 po , cuius Marsyas conditor in deos musicarum legum,
 amator ac doctor cantus tiliarum fuit , quemq; Olympum
 extulisse in Græciam harmonicas leges aiunt, quibus nunc
 Græci in deorum celebritatibus utuntur , genus duxerunt.
 Alij multiplicem legem Crateti discipulo Olympi uendi-
 cant , tametsi iunioris Olympi legem hanc esse , Pratinas
 testatur , Lex uerò quæ Curulis uocatur , ad Olympum
 maiorem Marsyæ discipulum refertur , quem sunt qui non
 Marsyam , sed Massem uocatum dicant . Alij Marsyam,
 & Hyagnide natum , primo inuentore artis tibicinæ con-
 tendant. Curulem legem ab illo Olympo latam fuisse com-
 mentarij Glauci de antiquis poëtis docent . Vnde etiam
 cognosci potest Stesichorum Himenensem , non Or-
 pheum , non Terpandrum , non Anilochum , nec The-
 letam , sed Olympum fuisse imutatum , Curuli lege &
 forma per dactylum uocata utentem , quam nonnulli Or-
 thiæ legis esse dicunt . Alij à Mysijs eam legem fuisse re-
 pertam . Traditur enim fuisse certos Mysios peruetustos
 tibicines . Extat & alia quædam antiqua lex Crædiæ
 uocata , quam cecinisse tibijs Minnernum Hipponax
 tradit . Principio nanque elegia extructa modis ad tibiam
 canebantur . Hoc indicant monumenta Panathenæorum
 de musi

de musicis certaminibus. Fuit & Sacadas Argiuis conditor modorum elegiorumq; habentium modos, poeta sane bonus, ac triplici insignis de ludis Pythicis uictoria. Id quod publica harum rerum monumenta daclarant. Eiusdem meminit Pindarus. Quum itaq; sint tres toni, autoribus Sacada & Polymnesto, Dorius, Phrygius & Lydius, in quolibet uno Sacadam aiunt fecisse stropham, & chorum canere docuisse, sic ut Dorium prima, Phrygium secunda, Lydium tertia cantaret. Eamq; legem propter tripertitam mutationem tripertilem fuisse uocatam ferunt: quanquam in commentarios Sicyonios, in quibus poëte percensentur, Clonas ut repertor legis tripertilis sit relaxatus. Hic primus Sparte status, ordoq; Musicae cultorum Terpandro autore, atque constituyente fuit. Secundi uero ordinis Thaletas Gortynius, Xenodamus Cytherius, Xenocritus Locrensis, Polymnestus Colophonius, & Sacadas Argiuis summam causam, summaq; merita habent, ut duces autoresq; dicantur. Iis nanq; autoribus gymnopodiae Lacedaemone, in Arcadia Demonstrationes appellatae, & Argis Endymatia sunt constituta. Thaletas, Xenodamus, Xenocritus effectores Pæanum, Polymnestus Orthiarum quæ uocantur, Sacadas uero Elegiorum fuit. Tametsi autores sunt qui tradant Xenodamum non Pæanum, ut inquit Pratinas, sed Hyporchematum fuisse conditorem. Fertur enim ipsius canticum quoddam, quod quidem permanens est Hyporchema: quo genere poëmatis ipse quoque Pindarus usus est. Quod autem Hyporchema & pæan inter se differant, Pindari poëmata, qui & pæanes & Hyporchemata composuit, indicabunt. Leges tiliarum cantibus Polymnestus sanxit, & in Orthia appellata lege modulatione usus est, ut quidam

dam harmonici tradunt: nam ipse pro cōperto dicere nequeo, propterea quòd nihil habeo hac de re traditum à maioribus. In dubio quoque est, an Cretensis Thaletas effector fuerit pæanum: Nam Glaucus posteriorem Archilochi fuisse tradit, Archilochiq; modos imitatum, præterquam quòd eos Maronemq; & Creticum rhythnum in structuram modorum confertauit, quibus nec Archilochus sit usus, nec Orpheus, nec Terpander: & hæc à disciplina tibicinali Olympi inquit fecisse. De Xenocrate quoque Locrense, ex Locris urbe Italiae, dubitari uideo, utrum poëta pæanum fuerit. Argumenta quidè herōica gesta continentia condidisse, proditum est memoriæ, ac propterea nonnulla argumenta dithyrambos uocitasse, inferioremq; Thaletæ ætate fuisse Glaucus autor est. Traditur etiam ab Aristoxeno inuentorem enharmonij generis Olympum fuisse à Musicis existimatum, & ante ipsum omnia fuisse diatona atque chromatica, inuentionemq; illam hoc maxime modo processisse putabant; Quum in diatono Olympus uersaretur, & frequens transueheret ad Parhypatē diatonam modulū, tum à paramese, tum à mese discedens, diatonumq; transgrederetur, animaduertisse pulchritudinem atq; decētiam morum, ex eo uocum cantu prouenientē, atq; ita constantem pro rata parte rationibus complexionem, quam systema Græci uocant, admiratum & amplexum, hoc genus effecisse in Dorio tonoc. Haud enim quæ diatoni proprie sunt, quæq; chromatis pertingi, at neq; quæ harmoniæ. Erant autē prima enharmoniorum huiusmodi. Primū omnium ponebatur spondens, in quo nulla diuisio præ se fert proprium diatoni, ni quis respectans ad contentionem spondiasmum speciem id habere diatoni arbitretur. Verū late patet, qui id posuerit, cum &

eum & falsum, & inconcinnum positurum: Falsum, quia
 diesi una minus est tono, qui tonus circa duces iacet: In-
 concinnum uerò propterea, quòd si in ui ac potestate to-
 nia proprium contentioris spondiasmi statuatur, profectò
 euenerit, ut duo perpetua diatona, alterum incompositum,
 compositum alterum posita sint. Nam in medijs, quas me-
 sas uocant, enharmonii densum locatum, quo nunc utun-
 tur, ad poëtam pertinere non uidetur. Facilius id intelligen-
 tur, si quis tibia canentem antiquo ritu audiat: uult enim
 & ipsum semitonium in mesis esse incompositum. Ac prima
 quidem enharmoniorum huiusmodi fuerit. Videtur autem
 Olympus auctum musicæ dedisse inuehendo, quod in lu-
 cem ad eam diem non uenerat, nec fuerat à maioribus co-
 gnitum, autorq; præclaræ Græcis Musicæ & princeps
 ac dux fuisse. Est etiam rhythmorum ratio quædam: certa
 namq; genera & species non modò rhythmorum adin-
 uentæ sunt, uerum etiam modorum atq; rhythmorum arti-
 ficum excitate nouæ formæ. Sed Terpandi nouatio de-
 corum quendam in Musicam inuexit modum, quo postea
 Polymnestus usus præclaræ & ipse atq; decenti formæ in-
 hæsit. Similiter Thaletas & Sacadas peregregij, ac pro-
 pè perfecti rhythmorum effectores habiti sunt, nec hone-
 sta decoraq; forma excessere. Est alia Alcmæica Stesi-
 choriq; nouatio, nec ipsa quidem à pulchro honestoq;
 ac moderato discedens. At Crexus, & Timotheus, & Phi-
 loxenus, atque eius ætatis poëtæ importuniores & percu-
 pidi atque studiosi nouandorum in Musicæ rerum fuerit,
 persecutiq; sunt typum ac formam eam, quam nunc Phi-
 lanthropon & Thematicon uocant. Sed omnino paucitas
 fidium, & locorum angustia simplicitasq; & uerèda Mu-
 sicæ grauitas uiguit apud priscos. Postquã autè de prima

Musica, deq; primis ipsius inuentoribus, & quibus autoribus subinde per insecuta tēpora incrementū ceperit, pro uiribus à me est disputatū, finem orationi meae faciam, & Sotericho, non Musica solum, sed cæteris quoque liberalibus disciplinis erudito uiro, locum ad dicendum concedam, Nos enim magis ei Musicæ parti studium impendimus, quæ munere atque officio manuum absoluitur. His dictis Lysias orationem compressit, tum Soterichus in hunc modum est loquutus: De uerendo, atque in primis dijs grato instituto clarè Onesicrates nos prouocasti ut uerba faceremus. Probo equidem intelligentiam Lysiae doctoris, nec minus memoriam, quam in commemoradis primæ Musicæ inuentoribus, atq; ijs qui de ea facultate conscripserunt, præ se tulit. Illud uerò tacitū non feram, sola cum scriptorū monumenta sequutum fecisse fidem dictis suis. Nos uerò mortalem quenquam negamus fuisse repertorem Musicæ bonorum, sed Apollini, omnibus uirtutibus & scientijs ornato, inuentum munusq; hoc tribuendum, & acceptum ferendum esse putamus. Haud enim tibia inuentum est Marsiæ, uel Olympi, aut Hyagnidis, ut aliqui opinantur: Nec modò citharæ Appollo, sed tiliarum, fidiumq; cantus est repertor. Argumento sunt chori & sacrificia, quæ illi deo cum cantu tiliarum perpetrabātur, idq; cum alij, tum Alcæus hymno quodam testatur. Signum quoq; Apollinis in Delo dicatum eo habitu, ut dextra arcum teneat, sinistra Gratias, quamlibet instrumentum musicum aliquod tinentem, nam alia lyram, tibias alia, quæ in medio est propositam ori fistulam continet, idem declarat. Nec putetis hæc uerba mea esse, aut hæc me comminisci: Anticlem & Histrum autores habeo, qui hæc ipsa tradidere in commentarijs, qui de conditoribus modorum inscribuntur, adcoq;

adeoq; uetusta est signi eius dedicatio, ut opifices compa-
 res ætatis Hercules fuisse referantur. Puerum quoq; * Peni- * Tempicam
 picam ferentem laurum Delphos tibicen comitatur. Et ex
 Hyperboreis sacra cum tibijs, fistulis ac cithara mitti
 Delphos sunt solita. Alij ipsum hunc Deum cecinisse tibia
 ferunt, ut optimus poëta modorum tradit Alcman, & à
 Pallade doctum fuisse Corinna prodidit. Est igitur Musica
 ab omni parte augusta, quandoquidem inuentum est deo-
 rum, & ea uetres sunt usi pro dignitate atque maiestate
 ipsius, ut cæteris omnibus institutis. At hoc tempore seue-
 ritate & grauitate ipsius repudiata, pro forti, uirili, augu-
 sta, & dijs immortalibus grata, præfractam quandam Mu-
 sicam, adulteram, calamistrisq; inustam in theatra dedu-
 cunt. Quare Plato indignanti animo eiusmodi Musicam
 fert, Lydiamq; harmoniam deprecatur, quod acuta, uehe-
 mens, & stridens sit, & apta complorationibus. Primaq;
 eius constitutio lugubris quedam res traditur fuisse. Ac
 primum Olympum funebre tibia carmen in funere Pytho-
 nis Lydio ritu cecinisse, in primo Musicae scripsit Aristoxenus.
 Melanippidem alij tradunt modulum illum ince-
 ptasse. In Pæanibus uero Pindarus in nuptijs Niobes pri-
 mum Antippum docuisse Lydian harmoniam canit. To-
 rebum alij uolunt primum eo concentu usum fuisse, ut
 autor est Dionysius Iambus. Mixolydius autem concen-
 tus affectibus est refertus, & tragædijs aptus. Reperisse
 eum Sappho Aristoxenus prodidit, ab ipsaq; Tragicos
 didicisse, qui postea coniungere mixolydios modos cum
 Dorijs: quorum alteri maiestatem atque autoritatem, al-
 teri affectus asserunt: ex utrisque enim commixta est tra-
 gædia. In commentarijs uero Harmonicorum proditum
 est, id inuentum ad Pythoclidem tibicinem referri. Athe-
 nien

niensem Lamproclē inquit Lysis, animaduertentem non ibi haberi deiunctionem ubi ferme omnes arbitrabantur, sed in acuto, talem eius confecisse figuram fermam'ue, qualem dixerit aliquis à parameſe ad hypate hypaton. Remiſſam item bydriam, ſiquidem mixolydiæ eſt cōtraria, aſimilem Iadi à Damone Athenienſi inuentam memorant. Plato igitur duabus ijs meritò reiectis harmonijs, altera flebilem, ſolutum altera cantum habētibus, doricam, ut quæ accommodata foret moderatis ac fortibus uiris, delegit: haud Hercule ignarus, ut inquit Ariſtoxenus in ſecundo Muſicorum, in illis quoque aliquid inſe ad Rempublicam conſeruandam utilitatis. Et magnam ſanè Plato operam muſicæ ſcientiæ dedit, auditorq; Diacontis Athenienſis atque Metelli Agrigentini fuit. Verum quoniam multa grauitas in Dorico concentu inerat, maiore ipſum honore dignatus eſt: quanquam non erat neſcius, Doria multa cantica, Virginalia uocata, ab Alcmanē, Pindaro, Simonide, atque Bachilide fuiſſe tractata & condita, necnon proſodia & pæanes: luctus præterea tragicos dorico cōcentu decantatos, & amatoria aliqua eundem in concentum compoſita. Satis illi erant quæ in Martem, quæq; in Palladem canebantur, & ipſa ſpondeæ: Nam ea ſatis uirium habere ad roborandos animos hominum moderatorum iudicabat. At neque Lydiam Ioniam'ue ignorabat: Sciebat enim tragœdiam uti talibus modis ſtructuraq; concentuum. Iam uerò priſci omnes haud quidem quia imprudentes imperitiq; forent ullius concentus, & harmoniæ, certis quibuſdam ac definitis uſi ſunt, nec ignorantia autor cauſaq; fuit eiufmodi anguſtiæ, & fidium paucitatis. Nec ſane Olympum, nec Terpandrum, nec qui eorum ſectam ſunt ſequuti, perpulit inſcitia ad

circum

circumcidendam multitudinem fidium, uarietatemq; demendam. Testantur id poemata Olympi atq; Terpandri, ceterorumq; omnium eiusdem generis Musicorū ac poetarum. Quæ quum trifidia simpliciaq; forent, usque adeo præstabant uarijs & multifidijs, ut nemo unius Olympi modum posset imitari, & qui in multinerui, multitudineaq; uersabantur, posteriores essent. Quod autem non inscitia in spondiantetropo à trite prisca abstinerent, eorum in pulsu usus declarat: nunquam nimirum ea cum parypate congruenter & consone usi forent, ni eius peritiae atque usus prudentes fuissent. Late igitur patet, pulchritudine decentiaq; morum, qui in spondiante modo ob triten exemptam gignuntur, admonitis & captis sensibus trāsuerisse modulum ad paraneten. Eadem ratio de nete: Ea namq; in pulsu fidium, & ad paraneten dissonorum, & ad mesen consonorum utebantur. In modulo uero, quia illis non apparebat accommodata spondiaco tropo, præteribatur: nec modò in ijs, uerum etiam in ipsis coniuncti nete. Sic enim omnes ea utebantur, ut in pulsu & ad paraneten, & ad lychanon accommodarent. At in modulo uel ipsius utentis perpudebat eos propter inde prodeuntes eius causa mores. Constat enim uero id ita esse etiam ex Musicis qui Phrygij dicti sunt. Nam Olympum sectatoresq; ipsius non per imperitiam ab ea supersedisse compertum habetur, quandoquidem non tam in pulsu, quam in modulo, ubi conuenire existimabant, in sacris matris deum, nonnullisq; alijs Phrygijs rebus eadem utebantur. Perspicuum quoq; in hypatis est, non ruditate abstinuisse eos ab illo tetrachordo in Dorijs, quum mox eodem in ceteris tonis uterentur: quippe scientes nulla uidelicet alia causa comodi eximebat à Dorio tono, quam ut decus


morum tuerentur, quorum honestatem decorumq; hono-
 ri habebant. Quale à Tragicis quoq; obseruatū uidemus.
 Necdum enim tragœdia ad hanc diem usa est chromati-
 co genere, nec enharmonio: cithara uerò multis quàm tra-
 gœdia uetustior seculis à principio usa est. Et sanè cōstat,
 chroma esse antiquius harmonia. De illa nanque intelligi
 antiquitate in presentia uolo, quæ ad usum cōsuetudinēq;
 humanæ naturæ spectat. Nam si ad ipsam generū respi-
 ciamus naturam, neutrum altero antiquius comperiemus.
 Sed oro uos, si quis Aeschylum, aut Phrynichum abhor-
 ruisse à chroma asserat propter inscientiam eius, non ne
 sit absurdus? Profectò idem contenderit, ipsum Pancra-
 tem ignorasse chromaticum genus, quoniam ab eo ple-
 runq; abstinebat. Quem, quum in quibusdam ipso utere-
 tur, non ruditate, sed consilio ac uoluntate abstinuisse pu-
 tandum est. Studiosè nanq; imitabatur, id quod ipse dice-
 re solebat, Pindareum & Simonideum tropon, illumq;
 omnino, qui nunc Antiquus appellatur. Eadē est de Tyr-
 tæo Martinēse, de Thasylo Phliasio, de Andrea Corin-
 thio, deq; multis alijs ratio, quos omnes scimus auersa-
 tos chroma, mutationem, uarietatem, multineruiam, plu-
 rimaq; alia, rhythmos, concentus, dictiones, modulatio-
 nes, modorum ue structuras, actus, interpretationes ue,
 quæ omnia interserta esse possunt. Telephanem Mega-
 rensē ita fistulis pugnasse accepimus, ut opifices ipsos
 tibiærum, ne manus quidem unquam ad tibiæ fabrefa-
 ciendas adhibere pernuserit. Ob quam maxime causam
 certamen Pythicum auersabatur. Summatim autem ut
 dicam: si quis omnes re aliqua non uetentes damnandos
 ignorantie putat, ex eo coniecturā inscitie faciens ipso-
 rum, quia re illa non utantur, complures profectò prius
 temporis

temporis huius damnet necesse est, quum Dorionios non uti modo Antigendio, quia ipsum contemnant, & contra Antigenidios eadem de causa Dorionium reijcere uideamus. Fidicines quoq; ipsi desuere propemodum frequentare ritum modumq; Timothei, & ad pulsamina poemataq; Polydi sese uerterunt. Iam uero si quis recte ac perscianter reputet, uetera & nostra comparando inter se, tum quoque in usu fuisse uarietatem comperiet. Utebantur enim ueteres uarietate in rhythmis, quæ quidem est etiam magis uaria: in honore namq; habebant rhythmicam uarietatem. Hoc nimirum tempore modos, illo uero rhythmos studiosè & cupidè amplectebantur. Probatur hæc tenus esse arbitror, non inscitia ignorantiaq; sed consultò abstinuissent ueteres à præfractis, mollibus languidisq; cantiticiis modis. Sed quid hoc mirandum est, quum multa in uita humana instituta uideamus exoleuisse, sublato eorum usu, non imperitia, uerum sponte atq; consultò reiecta, quum animaduersum perspectumq; foret, aliquibus in rebus contra officium decorumq; fieri? Reliquum est, ut Platonem non inscitia, nec impotentia ceteros repudiasse concentus, sed quia Reipublicæ indecoros, ac minime opportunos esse iudicabat, prudentemq; atq; intelligentem omnis generis concentuum fuisse demonstremus. In mollitione animæ, quam fabricat in Timæo, studium disciplinarum ac Musicæ suum hoc maxime modo declarauit. Vnam principio partem detraxit ex uniuerso: secundam autem primæ partis duplam: deinde tertiam, quæ esset secundæ sesquialtera, primæ triplatum quartam, quæ secundæ dupla esset: quintam inde, quæ tertiæ tripla: deinde sextam, octuplam primæ: postremo septimam, quæ septē & uiginti partibus antecederet

primæ: deinde dupla & tripla interualla expleuit, partes inde rursus defecans, quas interuallis ita locabat, ut in singulis essent bina media: hoc est, ut mox ostendimus, vestibulum proœnumq; harmonicæ Platonis peritiæ. Tres sunt principes harmonicæ, à quibus omnis mediætas sumitur, arithmetica, harmonica, geometrica. Earum alia præstat pari numero, alia constat ratione pari, alia nec numero pari, nec ratione. Igitur Plato harmonicam quatuor animæ elementorum, causamq; ex dissimilibus inter se iunctis consonantiæ uolens harmonice demonstrare, duas in singulo interuallo animales mediætas ratione musica proposuit. Consonantia diapason musica interualla complectitur: quorum comparationē pro rata parte rationum ostendimus. Diapason in dupla ratione perpenditur: conficiunt, imaginis gratia, duplam rationē sex & duodecim: Protenditur autem hoc interuallum ab hypate meson ad neten disiunctarum. Quum igitur sex & duodecim extrema sint, hypate meson senarium numerum continet, nete disiunctarum duodenarium. Sumantur deinde intercedentes numeri, quorum alteri extremo alter est sesquitercius, sesquialter alius, octo uidelicet & nouem: ipsius enim senarij octonarius est sesquitercius, nonarius sesquialter. Extremum quidem unum est huiusmodi, alterum est ipsum duodecim numerus, nonarij sesquitercium, octonarij uero sesquialterum. His itaq; numeris inter senarium & duodenarium insertis, & diapason interuallo ex diatessaron atq; diapente constituto, patet mesen octonarium numerū habituram, paramesen nonarium. Hoc ita constituto talem rationem habet hypate ad mesen, qualē paramese ad neten disiunctarū. Ab hypate namq; mesen est diatessaron, à paramese pariter diatessaron

Diatessaron ad neten disiunctarum. Eadem comparatio ratio-
 num in numeris quoq; reperitur: nam uti se habet sex cum
 octo, sic nouē cum duodecim, atq; sicuti sex cum nouē, ita
 octo cum duodecim: sesquitercij illi sunt inter se numeri,
 hi uerò sesquialteri. Et hæc ad studium sciētiamq; Platonis
 disciplinarum declarandā in præsentia dicta sufficiant. Ari-
 stoteles quoq; Platonicus declarat harmoniam diuinā rem
 quādam esse, magnāq; & maximè dignam ueneratione,
 sic inquit: Harmonia coelestis est, naturāq; diuinā &
 pulchrā, & humana angustiorē habet. Ea quū ui natu-
 rali sua quadripartilis sit, tres medietates tuetur, 'arithme-
 ticā, harmonicā, & geometricā, partesq; ipsius & ma-
 gnitudines atque præstantiæ numero & paritate men-
 suræ existunt, & apparent. In duobus enim tetrachordis
 cantici modi concinuntur. Hæc sunt Aristotelis uerba.
 Constat corpus eius inquit partibus dissimilibus, conci-
 nentibus tamen. Consonare item ipsas medietates ratione
 numerorum: Nam nete ratione dupla temperata cum hy-
 pate diapason reddit consonantiam. Continet enim nete,
 ut demonstrauimus, duodenas unitates, hypate senas. Et
 paramesen consonam nouenas unitates habere sesquialte-
 ra ratione cum hypate. Mese uerò, quam octonas habere
 unitates diximus, cum eadem hypate sesquitercia ratione
 comparata est. His maximè rata Musica interualla com-
 ponuntur: Diatessaron, inquam, quòd in sesquitercia ra-
 tione: diapente, quòd in sesquialtera: diapason, quòd in
 dupla perspicitur. Sesquioctaua item ratio quæ est, in
 unius ratione toni conseruatur. Ita euenit ut partes har-
 moniæ sic constitutæ, ijsdem præstantijs & superent, &
 superentur à partibus, & medietates à medietatibus, præ-
 stantiāq; excessus uel numerorum, & uis, ac munus geo-
 metricum

metricum deprehendatur. Has autem facultates sic se habere Aristoteles declarat: neten uidelicet tertia parte sui mese praestantem, hypaten uero à mese simpliciter superatam, ut abundantes partes mutuo relatu respondeant: iisdem nanque partibus & praestant & superantur sesquiteria, & sesquialtera ratione: Talis enim est harmo-



nicius excessus. At ne te ratione arithmetica praestans ipsi paramese, & numero a quo paramese antecedens hypate, excessus arithmeticos declarant. Apparet & existit uis etiã geometrica, quã nete sit sesquialtera ipsius meses, & paramese hypates sesquialtera, & ipsa eadem paramese praestat ipsi mese parte octaua in ratione sesquioctaua constituta. Rursus nete dupla hypates est, paramese hypates, sesquialtera, mese hypates eiusdem sesquiteria. Numeris itaque & partibus, autoritate quoque Aristotelis sic harmonia à natura est comparata, summaq; ope atq; artificio ipsius constituta est infinitaq; & parimpari natura, cum ipsa uniuersa, tum partes eius omnes: Ipsa
et enim

etenim tota par est, quippe quadripertita terminis. At partes & rationes eius, tum pares, tum impares sunt, tum etiam parimpares. Neten enim parcm habet, ut quæ duodenium sit unitatum: Paramesen imparem, nouenium: Mesen parcm, octonium: Hypaten parimparem, senium. Hoc pacto à natura comparata ipsaq; tota, & partes ipsius excessibus atque rationibus, & tota toti, & partibus partes inter se consonant. Iam uerò sensus ipsi apto quodam temperamento corporibus insiti. cœlestes quidem illi, atque diuini, sensum & intelligentiam hominibus præstantes, obtutus inquam, & auditus, unà cum uoce atque luce harmoniã demonstrãt: Ceteri comites horũ sensus, coquod sensus sunt, harmonia constant: omnibus nanque muneribus suis haud sine harmonia funguntur. Qui quamquam inferiores ignobilioresq; sunt illis, haud tamen ab harmonia discedunt. At illi numine quodam comite atque præsentem, corporibus cum ratione atq; intelligentia adhibiti, præpotentem præclaramq; naturam quandam sortiti sunt. Perspicuum igitur est ex his quæ à me sunt commemorata, ueterem illam Græciam studium operamq; rerum omnium meritò impendisse maximam, ut in primis adolescentes Musica erudirentur. Eorum enim animos molles ac teneros ad modestiam atque moderationem Musica componi, & temperari oportere existimabant. Quippe quam ad omnes occasiones actionesq; omnes, quas intenderes, utilem & commodam esse putarent. Atq; in primis ad bellicos terrores, ad quos alacriter ac fortiter capeffendos & sustinendos, alij, ut Lacedæmones, tibijs canentibus Castoriũ appellatũ modũ, instructa ornataq; acie cũ hoste conserturi manus promouebãtur: Alij ad cantũ lyræ in certamẽ procurrebãt: quo more pericula ad-

eundi



cundi præliorum multis tempestatibus Cretenses fuisse
 usos memoriae proditum est. Aetate nostra pergunt etiam
 nunc uti tubis. Argiui in Sthenijs apud eos uocatis, ti-
 biæ cantu utebantur. Eos ludos primo in honorem Da-
 nai fuisse institutos, insecutis temporibus ad Iouem trans-
 latos ferunt. Tenet etiam nunc temporibus nostris mos
 canendi autē tibicinem in Pentathlis, non tantum quidem
 insignem ullum, antiquum'ue, aut qualis apud homines
 illos consueuerat cani, ut qui ab Hierace compositus ad il-
 lud certamen, quod Endrome uocatur, erat. Cæterum ta-
 metsi nihil, ut inquam, ualidum præcinitur ac nobile,
 præcinitur certè tamen qualecunque aliquid. Famaq; est
 theatralem Musam ignotam uetustioribus tēporibus apud
 Græcos fuisse: tota enim hæc scientia ad cultum deorum,
 & ad disciplinam iuuenum uertebatur, necdum ea tem-
 pestate apud illos homines extructo theatro. In solis ad-
 huc templis Musica alebatur atque uigebat, in quibus ho-
 nores deorum, & clarorum laudes uirorum, cantu mu-
 sico celebrabantur. Argumento est condita postmodum
 fuisse theatra: nam uerbum θεωγᾶν, id est, spectare signifi-
 cans, multò antè ἀνὸ τῆ θεῆς, id est, ab appellatione Dei
 sumpserat nomen. At nostris temporibus tantos auctus
 differentiæ forma accepit, usque adeo discessit à more ma-
 iorum, ut nulla sit amplius disciplinæ mentio, nulla percep-
 tio. Omnes qui Musicam attingunt, accurrunt ad Musam
 theatralem. Sed heus tu, dixerit forte aliquis, nihil'ne à ue-
 teribus adinuentū? nihil'ne innouatū fuit? Fateor equidem
 & ipse, fuisse plurima reperta atque nouata ab antiquis,
 uerum cum maiestate atq; decoro. Qui hoc genus historie
 persequuti sunt, Doriā nectē adscripsere Terpandro, quum
 ea nullus in cantu usus antea fuisset. Totus myxolydius to-

nus inuentu nouo additus dicitur, & ex modis cantus Or-
 thijs uocatis, is qui trochæus signi dator appellatur. In-
 uentor præterea modorum Scoliorū, ut inquit Pindarus,
 Terpander fuit. Archilochus rhythmicam structuram tri-
 metrorum, & in rhythmos non unigenos intentionē im-
 mutationemq; & circa hæc ipsa pulsum inuenit: primūq;
 eum edidisse epoda, tetrametra, procriticū, & profodia-
 cum, Eidē adscribitur auctus ipsius primi, à nonnullis ele-
 gium. Ad hæc iambei ad Pæonē Epibatū, & aucti heroi
 in profodiacum & in Creticū intentio ad eundem auto-
 rem refertur. Post deinde poetas tragicos ita usos, & Cre-
 ticū admisisse, & exercēdo pertractandoq; deduxisse in-
 tentionem illam in dithyrambum. Præterea ipsorum iam-
 beorum alia dicēda ad pulsum, alia esse canenda, Archilo-
 chum primum demonstrasse memorant. Hunc etiam ipsum
 Archilochum existimant ad pulsum fidium primum ceci-
 nisse, atq; inde ueteres omnes ad cātus percussisse neruos.
 Tonus qui nunc hypolydius uocatur, inuentori Poly-
 mnesto tribuitur. Eundem longē maiorem effecisse ipsam so-
 lutionem & eiectionem tradunt. At Olympum, illum in-
 quam, ad quem autorem principē Græcæ legalisq; Musi-
 cæ gloria refertur, genus ipsum harmoniæ & rhythmū,
 qui profodiacus dicitur, in quo est Martis lex, & Chorcū,
 quo ipse plurimum usus est in sacris matris deū, inuenisse
 proditū est. Nonnulli Baccheū quoq; ad ipsum repertorem
 trahunt. Sic autem antiquos uocum modos se habere con-
 stat. Læsus Hermionensis dithyrambicum in morem trans-
 positus rhythmis, multitudinemq; uocum secutus in tibijs,
 & pluribus atq; disiectis usus uocibus, ad inflexiones mu-
 tationesq; quæ prius non fuerant, Musicam perduxit.
 Insecutus Melanippides fabricator modorum, in priore
 nec ipse

nec ipse Musica mansit. At neq; Philoxenus, nec Timotheus uetere Musica contenti fuere. Nam Timotheus, quū antē lyra, plures quā septem neruos non habuisset ad usq; tempora Terpandri Antissæi, in plures uoces disiecit. Atqui & cātum tibiæ simpliciorē antea plurima uarietate distinxit. Quumq; antiquitus ad Melanippidē usq; dithyramborum poētā, tibicines à poētis stipendium caperent, primas agente poësi partes, & tibicines ipsis magistris ministrarēt, is quoq; mos abolitus extinctusq; est: tantaq; in Musicam est delapsa labes, ut ipsam Pherecrates Comicus specie muliebri introduxerit in scenam, corpore fœdè lacerato. sciscitantemq; Iustitiā causam cladis, ac Musicam sic loquentem:

Dicam haud inuita, quandoquidem tibi
 Audiendi, ac mihi fandi uoluptatem dabit
 Iræ impetus: Mi prima malorum labes
 Melanippides fuit, qui duodenis
 Fidibus me eneruauit. Nec tamen meis
 Finis ærumnis: Atticus Cinefias
 Execrabilis, hexharmonios strophis
 Anfractus insertans me malè perdidit:
 Nam dithyrambos condens bifores nisi
 Ancipiti clypeorum ritu dextris
 Similibus læuis mentem irritam fallit.
 Sed neq; miseris hic modus fuit
 Meis: Phrynīs iniecto Strobilo quodam
 Non antè cognito, irrequietis me
 Flexibus atque reflexibus uersando
 Totam collabefecit, quinq; neruis
 Duodenas obstipando harmonias.
 Neq; adeò eum poenitebat sceleris,

Quin repetebat ultro, si quid liquisset.
 Iam uero Timotheus, ô mihi charissima,
 Perfodit me, & foedissimè lacerauit.
 Quis iste Timotheus? Milesius quidam
 Pyrrhias: hic mihi innumera inuexit mala,
 Vicit & omnes inferendis cladibus
 Quos memorauit: uicit inquam, mollesq;
 Ac fornicarios uehens modos, meq;
 Sicubi sit nactus gradientem solam
 Soluit, dissepcit in duodenos neruos,
 Meq; contorquens tanquam brassicas totam
 Refersit hexharmonijs hyperbolæis,
 Profanisq; ac superuacuis fidium
 Vocumq; inanibus pertentaminibus.

Hec inquit Musica.

Meminit etiam Aristophanes Comicus Philoxeni, cumq;
 dicit intulisse modos cyclicis choris. Alij quoque Comici
 absurditatem & indecentiam eorum qui musicam lacera-
 uere commonstrarunt. Quantam autem uim habeat & ad
 dirigendos, & ad euertendos mores, quibus studijs, qui-
 busq; disciplinis à principio aliquis sit institutus, Aristo-
 xenus declarauit. Thebanum quendam Thelesiam refert,
 æqualem temporum eius, quum ab adolescentia in opti-
 ma musica educatus foret, ac probatorum poëmata mo-
 dosq; didicisset, cum aliorum, tum Pindari, Dionysij The-
 bani, Lampri atque Pratinæ, cæterorumq; qui præstantes
 lyricorū pulsaminū habentur, & præclare tibijs cecinisset,
 reliquis quoq; disciplinis non mediocrem operam dedisset,
 exacta uigentiore ætate usque adeo captū fuisse scenica illa
 & uaria Musica, ut contemptis decoris modis, in quibus
 fuerat educatus, ad discēdos Philoxeni atq; Timothei mo-
 dos,

dos, horumq; ipsorum maxime uarias, plurimamq; nouitatem habentes, animu applicaret. Quumq; se contulisset ad efficiendos modos, atrectantem & experientem frequentius, tentantemq; ad exercentem utrosq;, Pindarium inquam, & Philoxenium, in Philoxenio haud admodu proficere potuisse, cuius rei causam inquit praecelaram a puero ipsius institutionem fuisse. Quare si cui cordi fuerit, scite beneq; Musica uti, antiquam imitator formam & modum, eumq; repleto caeteris doctrinis, & philosophiam adhibeto comitem, quae quasi ipsum manu ducat. Nam ea potens est iudicandi quae mensura ipsi Musicae conueniat, quae uecam deceat, & quid eidem usui sit, quidq; sit utile. Quum itaq; tres sint partes, in quas uniuersali partitione omnis diuiditur Musica, diatonos, chroma, & harmonia, cum qui Musicam adierit, gnaru poeseos, utentis his partibus, scientemq; esse oportet, & compotem insuper expressionis atq; interpretationis, quam hermenia Graeci uocant, ipsa poemata referentis atque proponentis. Primum omnium intelligendum est, quod omnis disciplina eorum quae Musica continentur, assuetudo quaedam est, quae nondum accepit cuius gratia singula quae docentur, ipsi discenti sint discenda. Deinde reputandum, quod ad eiusmodi institutionem & perceptionem nondum adhibetur enumeratio troporum. Quocirca pleriq; temere discunt quodcumq; docenti aut discenti collibuit. At non ita prudentes agunt: Omnem enim hi temeritatem deprecantur atque repellunt. Quales prisci illi Lacedaemones, & Mantinenses ac Pellenenses fuisse: Nam quendam illi modum unum, aut omnino paucos delectos ex omnibus, quos uidelicet ad castigatos seuerosq; mores pertinere existimabant, admittetes & asci-scentes, ipsa Musica utebantur. Perस्पiciu autem hoc fueru,
si quid

si quid quæque scientia spectet & contempletur, reputa-
 uerimus. Constat harmonicam generum ipsius apti tem-
 peramenti uocum, quod Græci hermosmenon appellant,
 interuallorum, complexionum, quas systemata uocant,
 uocum, tonorum, & mutationum ipsarum complexionum
 in se continere cognitionem: extra hæc ab harmonica ne-
 quicquam aliud petes, nec ultra per ipsam progredieris.
 Quare nec ab ea postulanda erit potestas iudicandi, utrum
 poëta propriè atque accommodatè assumpserit: quale in
 musicis diceremus hypodorium tonum in principio, uel
 hypophrygium ac phrygium in medio, aut mixolydium
 ac dorium in egressu. nihil huiusmodi spectat ad rem har-
 monicam, multorumq; aliorum indiget: ignorat enim uim
 proprij. Neq; uerò chromaticum, enharmoniumq; genus
 secum afferent huius proprij & accommodati integram
 facultatem cognoscendi, per quam conditi moduli mores
 appareant & eluceant: id enim est artificis munus. Latè
 itaq; patet, aliam complexionis, aliam in complexione ex-
 tructæ modulationis esse uocem, quæ existimatio ad rem
 harmonicam non pertinet. Eadem est rhythmorum ratio:
 nullus enim rhythmus accedet cum absoluta proprij & *Rhythmorum*
 accommodati potestate. Proprium autè hoc & accommo- *ratio.*
 datum, quod sepe usurpamus, certos quosdam mores spe-
 ctantes, id dicimus, quorum causam esse contendimus com-
 positionem quandam, uel mixtionem, uel utrunq;. Quale
 illud enharmonium olympi genus in Phrygio tono posi-
 tum, Pæoni Epibato mixtum: hos nanq; mores primordij
 in lege Palladis creauit. Adhibito enim modorum rhy-
 thmorumq; opificio, & per dextrè atq; artificiosè solo rhy-
 thmo comutato, pro Pæone uidelicet factò trochæo, enhar-
 moniū constituit Olympi genus, Et quanquam enharmo-
 nium

nium idē ipsum genus, Phrygiusq; tonus manserunt, nihilo fecius uniuersæ complexionis mores magnam mutationem acceperunt. Etenim quæ in lege Palladis harmonia uocatur, plurimum distat in moribus ab ipso communi usu, & uulgo exercitato. Si igitur Musicæ perito accesserit uis iudicandi, haud dubie ita erit in Musica consummatus. Nam qui Doricè scit absque scientia iudicandi, ipsi usui eius quid sit accommodatum, quid uel ei conueniat profectò quid agat ignorabit, neque etiam mores tuebitur, quandoquidem inter ipsos Dorios modulatores ambigitur, utrum facultas harmonica, id quod aliqui opinantur, sit discernendi potens Dorios modos, an contrà. Eadem est ratio totius rhythmicæ scientiæ. Sciet aliquis Pæonem, nesciet quid sit accommodatum ac proprium ipsi usui eius, propterea quòd solam habeat solertiam ipsius Pæonis intelligendi. Idem hoc ab ipsis Pæonicorum rhythmorum conditoribus dubitatur, num res rhythmica præsidium in se habeat, id quod nonnulli inquirunt, huiusmodi dignoscendi, an usq; eò non progrediatur. Due igitur minimum intelligentiæ necessariæ illi sunt, qui internosciturus diiudicaturusq; sit, quid proprium, & quid alienum. Primum quidem cognitio morum, quorum causa compositio facta est, deinde earum rerum, quibus ipsa compositio cõflatur. Quòd itaq; harmonica, nec rhythmica, nec partium reliquarum ulla ipsa per se satis uirium habent ad cognoscendos mores, & ad cætera iudicanda, hætenus dicta sufficiant. Quum uerò tria sint genera, in quæ aptum temperamentum uocū diuiditur, magnitudinibus complexionum, & potestatibus uocum, pariter & tetrachordorum paria & æqua, in uno solo ueteres sunt uersati. Nam nec diatoni, nec chromatis ulla maiores nostros cura incescit, uni
tantum

tantum enharmonio animum, studiumque applicuerunt, & eius quidem ipsius unice complexionis, quæ diapason uocatur: discrepabant enim de chromate, cõsentiebant propè omnes, unam solamque esse harmoniam. Haud igitur quisquam peruidebit cuncta in re harmonica cõtenta, & circa ipsam uersantia, qui ad eius unius nudam intelligentiam processerit, sed latissimè patet opus esse reliquis facultatibus cognitis, & uniuerso atq; integro corpore Musicæ, mixtionibus item & cõpositionibus partiũ. Solus purusq; harmonicus quodãmodo circumscribitur est. Vt autem absolute summamque dicamus, concurrere oportet sensum atq; rationem in partibus Musicæ iudicãdis, ut neq; præueniant sensus, quod citi & præproperi faciunt, neque sequantur, quod tardi ac pigri. Venire tamen usu solet sensibus nonnullis propter naturalem quandã inæqualitatem, ut modò præcurrant, modò tardent. Quare circuncidenda superuacua illa à sensibus sunt, dandaque opera est, ut simul cum ratione gradientur. Nam semper est necessarium tria minima esse quæ in auditum cadant, uocem, tempus, & syllabam siue literam. Sic enim fiet ut ab itinere uocis apta eius temperatio, à temporibus rhythmus, à syllaba, literaue, id quod dicitur, cognoscatur. Quòd si pariter non progrediantur, illationem sensus fieri necesse est. Constat enim uero & illud si sensus separare, & distinguere singula quæ dicuntur, & comitari singulis nequeat, futurum ut neq; erratũ in singulis, nec contrà rectum contueri possit. Primum igitur de continuitate atque perpetuitate sciendum est, perpetuum, continens, & cohærens iudicãti ui adesse oportere, propterea quòd rectè ac secus non in segregatis disiunctis que uocibus, aut temporibus, aut literis, sed in cõtinuus, & cohærentibus creatur, quoniã mixtio

in ipso usu quaedam est partium per se incompositarum. De consequitione hactenus. Deinde cōsiderandum est, eos qui Musicae scientiam habent, non satis in se opis ad facultatem iudicandi habere: Haud enim fieri potest, quenquam unum consummatum Musicum, & iudicandi potentem ex ipsis quae totius esse Musicae partes uidetur, euadere posse, ex peritia uidelicet ea quae circa instrumenta, quae in cantu uersatur, atque insuper ab exercitatione sensuum: illa, inquam, quae ad intelligentiam aptae uocum atque rhythmorum temperationis pertinet, ac praeterea ex ipsa harmonica rhythmicaque facultate, & ex perspicientia atque solertia, quae in pulsibus atque dictionibus adhibetur, & si quae aliae reliquae sunt Musicae partes. Quibus autem de causis eueniat, ut apti ad iudicandum cognitione & intelligentia omnium earum partium esse nequeamus, annitemur proponere. Primum, quoniam ea quae nobis iudicanda subiiciuntur, alia perfecta sunt, imperfecta alia. Perfecta, ut quodque poema, id uidelicet quod cantatur, aut quod tibiarum fidiumue sono redditur, & cuiusque hermenia, quam expressionem & actum dicimus, ut ipsa tibiae sonatio, aut cantatio, caeteraque id genus. Imperfecta uero, quae ad ea pertinent & spectant, & eorum gratia fiunt: Huiusmodi namque expressionis partes haud ipsae quidem finis sunt, sed finem ipsum spectant, & propter finem petuntur. Horum itaque, atque huiusmodi omnium opibus, iudicium de moribus ipsius expressionis fiet, utrum proprii & accommodati proposito poemati assignentur, & reddantur ab eo mores, qui ipsum tractandum & exprimendum, siue interpretandum desumpsit. Eadem ratio est in affectibus, qui a poetica in poematis significantur: Morum siquidem magna erat ueteribus cura, & propterea seueritas, ac mi-
nime

nimè curiosum prisce Musicæ in præcipuo honore habebantur. Grauius olim uindicasse Arguios præuercationem Musicæ indicta pœna, & in cum animaduertisse, qui septem plus fidibus apud eos uti, & mixolydide primus aggressus foret, proditum est. Vir ille seuerus & uerendus Pythagoras, abrogabat iudicium in Musica à sensibus petiū, tenuē subtilemque; eius uirtutem discrimen mentis esse dictitans. Atque idcirco non auditu, sed harmonia in rationum pro rata parte comparatione constituta iudicabat, censebatque; satis esse usque ad diapason sistere Musicæ cōsiderationem. At uerò Musici nostri temporis pulcherrimum omnium, maximeque; decorum genus, quod ueteres propter maiestatem grauitatemque; ipsius colebant, penitus repudiarunt, adeo ut ne qualiscunque perceptio curaque; sit plerisque; enharmoniorum interuallorum: tantaque; ignauia atque socordia inuasit eos, ut dies in enharmoniam ne speciem quidem omnino cadentium sub sensum præbere putent, easque; de canticis atque modulaminibus exterminent, & isse in nugas eos, apud quos in aliqua fuerit estimatione, quaque; hoc genere sint usi, dicere non ucreantur. Ad quam eorum confirmandam sententiam ualidissimum esse argumentum stuporem sensuum suorum arbitrantur, quasi quod fugiat eos, id in ratione rerum esse, aut in usum ullum uenire nequeat. Ac si dijs placet, negant magnitudinem illam posse recipi in consonantiam, uti semitonium, & tonus, & reliqua huiusmodi interuallorum recipiuntur. Quæ quum dicunt, non animaduertunt, tertiam, quintam, ac septimam sese magnitudinem, ceca ignorantia ducti, tollere: quarum alia trium, alia quinque, septem alia sunt diesum, atque omnino omnia interualla imparia tanquam inutilia deprecantur, ut quæ sumi

in consonantiam nequeant. Ea nanque omnia sunt quæcunque minima dictis impariter metitur. Vnde necessario consequitur, nullam tetrachordicam partitionem utilem esse præter illam unam, per quam contigit paribus omnibus uti interuallis: ea est syntoni & diatoni, ac toni chromatis. Quæ oratio atq; existimatio hominū est non modò aduersantium ijs rebus, quæ sensibus sunt perspicue, uerumetiam pugnantiam secum: quandoquidem talibus ipsi tetrachordorum diuisionibus utuntur, in quibus pars plurima interuallorum aut impar est, aut instar; uicemq; imparis sustinet. Molliunt enim semper lichanos & paraneatas. Iam uerò & aliquas de stantibus uoces remittūt temerario quodam & experte rationis interuallo, ad eas relaxantes, ac remittētes ipsas tritas, & paraneatas. Atque huiusmodi usum complexionum maxime probari censent, in quo usu pleraque interualla à ratione sunt auersa, uocibus non modò, quas natura moueri uoluit, uerumetiam nonnullis earum, quibus eadem natura motum negauit, lacessiuit, lacepsit. Id quod late patet apud eos, quibus talis existimatio, intelligendiq; facultas est concessa. Vsum autem consentaneum uiro forti bonus Homerus docuit: demonstrans enim multifariam utilem Musicam esse, Achillem fecit digerentem & coquentem Musica iram in Agamemnonem concitatam, quam Musicam à sapientissimo Chirone didicerat.

Hunc inuenerunt mulcentem pectora dulci
Formosaq; lyra, multo quæ uincta nitebat
Argento spoliū euersa Hectionos ab urbe.
Hac se oblectabat, clarorum facta uirorum
Prisca canens, usus iuuenis Chirone magistro.
Disce, inquit Homerus, quo pacto Musica sit utendum:
Decebat

Decebat enim Achillem, iustissimi filium Pelei, clarorum uirorum laudes, & heroum facta canere. Docens præterea utendæ eius opportunum tempus, reperit exercitium utile atq; iucundum otioso, & negotijs uacuo uiro. Nam quum bellator Achilles esset, & ad res gerendas natus, ob iram illi cum Agamemnone intercedentem, prælia detrectabat. Igitur Homerus existimauit decere, & consentaneum esse animos herois acui seueris atque decoris cantibus, ut reuocatis ad memoriam fortibus factis clarorum hominum instructus atq; paratus ad dimicandum cum hostibus foret, quod mox facturus erat. Talis namq; erat prisca Musica, & ad id conferens. Audimus ipsum quoq; Herculem usum Musica fuisse, & Achillem, plurimosq; alios, quorum eruditor sapientissimus ille Chiron traditur fuisse, Musicæ simul & iustitiæ, atq; medicinæ doctor. Summatim autem ut dicam, mentis atq; prudentiæ uir compos, non scientijs crimini dabit, si quis perperam, nec rite illis utetur, sed fraudi ac uitio malè utentium adscribet. Quare igitur, qui capeffendæ Musicæ disciplinæ adhibita decenti cura & conuenienti studio operam & laborem in puerili etate consumpserit, is quod decorum honestumq; est laudabit & amplectetur, contrariumq; uituperabit ac fugiet, uacabitq; uir talis omni indecora & turpi actione, & perceptis uberrimis à Musica fructibus, afferet & sibi & Reipublicæ magna commoda: nulla nec actione, nec oratione utetur incomposita & inconcinna, decorum omni tempore & loco, & modestiam atq; uerecundiam seruabit. Quòd igitur in bene constitutis Rebus publicis ingens cura ac studium generosæ Musicæ tuendæ fuerit, testimonia multa alia afferre possemus, uerum his in præsentia contenti erimus. Terpæder seditionē quæ Lace-

dæmonios uexabat, Musica sustulit. Thaletem Cretensem sorte quadam à Pythio edita, adijisse Lacedæmonios, eosq; pestilentia utentem ope musica liberasse, autor est Pratinas. Ipse quoq; Homerus cantu & Musica ui pestilentie fuisse leuatos Græcos canit, sic inquit:

Argiui iuuenes placabant carmine Phœbum,
Per lucas totas pulchrum pæana canentes,
Pugnantemq; procul dicebant, pectora diui
Mollibant cantus, & gaudia pertentabant.

Hos uersus, optime magister, tanquam apicem Musicæ laudum, terminumq; orationis meæ, uelut ingentem molem de Musica habite, posui. Nam & ipse uires potestatemq; ipsius hisce uersibus demonstrare nobis occupasti. Clarissimum profectò, ac princeps ipsius opus est, gratissima erga deos pensatio. Insequens & secundum, purgatio animi, & concinna, apta & congruens constitutio systemaq;, quam nos complexionem diximus. Hæc fatus Soterichus: habes poculares sermones, bone magister, inquit. Admirationi habita est oratio Soterichi, & apparebat in ore ipsius, atque uoce dicentis, Musicæ studium. Tum doctor meus: Cum cætera omnia, inquit, tum illud in primis in utroque uestrum probo ac laudo, quòd ordinem quisque suum decorumq; seruauit. Nam quæ citharædum scire manibus utentem & opere consentaneum erat, ijs nobis epulas Lysias conduuit. Quæcunq; uerò ad utilitatem, ac potestatem, usumq; Musicæ spectabant docens Soterichus, apparatissimis instructissimisq; nos dâpibus accepit. Illud uerò arbitror eos cõsultò ac sponte reliquisse mihi: neque enim damnabo timiditatis, quasi ueritos, ne Musicam uelut in comessationibus portionem alienam rapere uiderentur. Iam uerò sicubi utilis confrensq;

rensq; est Musica, in conuiujs potissimum eius utilitas apparet & existit, bonusq; id Homerus declarauit, cātum quodam loco ac saltationem inquiring conuiuio dedicata & consecrata esse. Nemo tamen suspicetur ad oblectandum modò Musicam utilem esse Homerum existimasse: latet enim in carminibus ipsius altior & profunda quedam mens: in occasiones nanque, cœnas inquam, & hilares ueterum consuetudines, pro summo atque perutili auxilio Musicam recipiebat. Introduci enim musicam in epulis optimū esse, ut noster Aristoxenus refert, tanquam potentem reuellēdi ac mitigandi feruidam uini uim. Dicere enim uir ille solebat, adhiberi eam ad conuiuia, quòd quum sepe merum plus æquo haustum mentem & corpus fallere consuescat haurientium, circumstans Musica ordine & mensura rata atque mediocri reuocaret eos ad nisum statumq; contrarium, & adhiberet modum, & in tranquillitate atque constantia pacatum animum contineret. Homerus itaque priscos ad eas occasiones Musica fuisse usos cecinit. Iam uerò amici, quod summum omnium est, quodq; maximè uerendam esse Musicam declarat, prætermissum est à uobis. Rerum enim omnium motiones, astrorumq; conuersiones Pythagoras, Archytas, Plato, & reliqui ueteres philosophantes, nec fieri, nec consistere posse absq; Musica prædicarunt: omnia nanque opificem deum cum harmonia fabricasse contendunt. Sed alieno tempore hæc de re à me prolataretur oratio. Supremum autem, & musicum in primis esto, adhibere cunctis rebus debitam & congruentem mensuram & modum. Hæc quum dixisset, pœanem cecinit, & Saturno libris que ipsius, & Musis operatus, conuiuas dimisit.

F I N I S.



PLUTARCHI
CHAERONEI
LIBER
DE DIFFERENTIA INTER
ODIUM ET INVI-
DIAM.

Incerto interprete.



Nihil ferè ab odio differre inuidia, sed idem esse planè uidetur. Vitia enim multitudini hamorum similia sunt: quæ si cum pendentibus ex ipsis affectibus huc atque illuc moueantur, pluribus inter se nodis atq; implicationibus connectuntur. Ipse uerò quemmodum in ægritudinibus accidit, aliæ ob aliarum dolorem cruciantur. Felix enim tam eum qui odia gerit, quàm inuidum torquet. Idcirco beneuolentiam utriq; oppositam putamus: nihil enim est aliud, quàm bonorum erga proximum uoluntas. Odium uerò atq; inuidiam eosdem animi affectus esse, quippe qui contrariam beneuolentiæ optionem habent. Sed quando non æquè idem similitudines ut differentiæ diuersum faciunt, per has perscrutemur indagemusq; ab ipso horum affectuum genere exordiū sumentes. Nascitur itaque odium ex opinione quam habemus, quòd is quem odimus, malus sit aut in uniuersum, aut quantum ad nos attinet. Quum enim fieri sibi iniuriam nonnulli putant, ad gerenda odia promptiores redduntur. Afferetes igitur iniuriam, & malos homines oderunt, & iniquo animo ferunt. Inuidèt uerò his dūtaxat, qui feliciter uiuere uidentur. Quapropter inuidia quidem indetermi-

nata est: perinde atq; ægritudo oculorum, quæ ad omnem splendorem turbatur. Odium uerò certis clauditur terminis, quum semper in aliquibus subiectis permaneat. Præterea odium est etiam erga animalia ratione carentia. Felles enim cantharides que nonnulli oderunt, & rubetas, & serpentes. Germanicus uerò neque gallum aspicere poterat. At Persarum Magi mures interficiebant, tum quia illos oderant, tum quòd dijs immortalibus eius generis animal molestū esse arbitrabantur: quòd Arabes quoq; & Aethiopes faciunt. Inuidia uerò duntaxat hominis, & erga hominem est: Neque enim inuidere inter se feræ possunt, quum nullum de felicitate alterius iudicium habcant, neque gloria aut dedecore moueantur, quibus rebus inuidia augeri maximè solet. Odium uerò & inimicitias inuicem exercent, pugnantq; inter sese, quasi aduersus quosdam infidos. Aquilæ enim draconesq; inter se pugnant, cornices & noctuæ, ægitali & achantyllides, quorum nec cruor quidem, quum interfecti fuerint, commisceri potest: quòd si fortè miscueris, rursus fluit separaturq;. Credibile uerò est, & maximum illud, tam leonis in gallum, quàm elephanti in aprum odium, ex timore natum esse. Quod enim timent, facile oderunt omnes. Hoc igitur inter odium inuidiamq; uidetur interesse, quòd illud in brutorum etiam natura comperiatur, hæc humanum genus non excedat. Ad id accedit, quòd iuste inuidere nemo quisquam potest. Neq; enim ad felicitatem suam quisquam iniurius, & tamen inuidiosus est. Odio uerò complures iuste habentur, sicut hi quos odio dignos appellamus, qui neque malorum consuetudinem fugiunt, neq; abominantur, neq; iniquo animo ferunt. Magnum uerò huius rei argumentum est, quòd nonnulli odio se habere quamplurimos fatentur,

tentur, inuidere se alicui negarent. Odium enim malorum laudabile est. Idcirco fratris Lycurgi filium Charillum, Sparte praefectum, probum & clementem uirum laudantibus quibusdam, collega eius: Et quo modo, inquit, probus est Charillus, quum ne in malos quidem sit acerbus? Therfite quidem turpitudinem corporis uariè ac multifariam poëta descripsit, peruersitatem uerò morum breuiter, & ferè uno uerbo conclusit:

Odit & hunc magnus Pelides, odit Vlyffes.

Maximus enim peruersitatis cumulus est, optimis uiris inimicum esse. Atqui inuidere se omnes negant. Quòd si quis id eis ostendere conetur, mille excusationes adferunt, iratos se esse, aut metuere hominem, aut odisse dicentes, aut alia quauis ratione huius affectionis nomen obumbrantes ac tegentes, quasi hæc sola animi ægritudo celandanda sit. Neesse est igitur huiusmodi ægritudines, sicuti plantas, iisdem & nutriri & coalescere: & alia quippe alijs facillimè accedunt. Oderunt itaq; quenq; maxime, ut maximè proficere in uitijs cernunt. His uerò magis inuident, quos ad uirtutem rectiore tramite prodeuntes intuentur. Quocirca Themistocles quum adhuc adolescens esset, nihil splendidum à se fieri dicebat: neminem enim adhuc se inuidum habere. Etenim quemadmodum cantharides letioribus frumentis, & uiridioribus rosis maximè in nascuntur, ita inuidia eos præcipue tangit qui boni sunt, quiq; ad uirtutem gloriamq; grassari uidentur. Rursus magnitudo uitiorum odium auget. Idcirco calumniatores Socratis, utpote qui ad uitiorum culmen peruenerant, adeò oderunt uiri Athenienses auersatiq; sunt, ut neq; eis ignem accendere, nec querentibus responderè, nec qua illi sese abluissent aqua uti uoluerint, sed eam perinde ac seclerata

leratam effundi iusserint, donec illi, quum perpeti odium amplius non possent, suspendio uitam amiserunt. Felicitatis uerò magnitudo ac splendor sepe numero inuidiam extinguit. Neque enim credibile est, Alexandro aut Cyro inuidere quempiam imperitantibus, & cunctorum iam dominis. Sed quemadmodum sol eius umbram, supra cuius caput astiterit, suis aspergens radijs, aut prorsus extinguit, aut longè minorem reddit: ita felicitas, quum magnam nacta altitudinem fuerit, & supra inuidiæ caput splendorem suum sparserit, eam attenuat expellitq;. Inimicorum autem amplitudo ac potentia odium haudquaquam minuit. Ideoq; Alexander inuidum quidem habuit neminem, exosos uerò complures, à quibus tandem per insidias interfectus est. Simili modo infelicitas inuidos quidem compefcit, inimicitias uerò non tollit. Oderunt enim etiam hostes ad extremam redactos calamitatem. At nemo est qui miseris inuideat. Idcirco illud à quodam è nostris Sophistis non sine ratione dictum: Inuidos homines libenter commisereri. Quapropter hanc quoq; non paruum horum affectuum differentiam esse arbitramur, quòd odium neque felices, neq; fortunatos deserit: inuidia ob utrunq; excessum facile comminuitur. Iam uerò ex contrarijs potius id ipsum cõsideremus. Dissolunt profectò inimicitias, odiumq;, si aut sibi persuaserint, nulla sese iniuria affectos esse, aut quos uti malos oderant, bonos compererint, aut tertio beneficijs placati fuerint. Extrema enim gratia, ut Thucydides inquit, etsi minor sit, opportunum tamen nacta tempus, maiorem interdum iniuriam dissoluit. Horum uerò primum inuidiam certè non minuit: Quamlibet enim à principio sibi persuadcant, nullam sibi iniuriam inferri, non tamen à liuore abstinent: nam reliqua augent potius inuid

inuidiam. His enim inuidet magis qui boni uidentur, tanquam summum bonum uirtutem consecutis. Quòd si quæ a felicibus beneficia accipiant, dolent, illis tum ob uoluntatem, tum ob potentiam inuidentes: illud enim uirtutis est, hoc felicitatis, utrunque bonum. Quapropter odium & inuidia omnino diuersi affectus sunt: Siquidem his rebus illud cessat, hæc autem torquetur & crescit. Iam uerò ipsam utriusq; affectus electionem consideremus. Habentis enim odium est, obesse uelle: Etenim potentiam eius ita definiunt, dispositionem quandam, ac curiosam malè agendi uoluntatem. Ab inuidia uerò hoc abest: Neque enim inuidi multos è propinquis ac domesticis suis perire uellent, neque ad extremam miseriam redigi, sed felicitatem eorum graui animo ferunt, prohibentq; , si possunt, eorum gloriam ac splendorem: extremam uerò calamitatem non optant, sed si perinde ac ex altissimis ædibus, eam partem quæ suas obscuriores reddit, deposuerint, bene secum agi existimant.

FINIS.

PLUTARCHI

CHAERONEI PHILO-

SOPHI, LI-

BER

DE VIRTUTIBVS MV-

LIERVM.

Alamano Ranutino Florentino
interprete.



OGITANTI mihi de mulierum uir-
tutibus, longè ab opinione Thucydidis
est aliena sententia. Is enim optimam esse
censet, de cuius laude aut uituperatione
quàm minimus apud exteros sermo ha-
beatur, existimans probæ mulieris nomen itidem atq; cor-
pus domesticis parietibus contineri oportere. Mihi uerò
probabilius dixisse uisus est Leontinus Gorgias, qui putat
mulieris non formam, sed egregium nomen atq; famam de-
bere apud quā plurimos esse uulgatam. Quocirca peregre-
giæ lex apud Romanos instituta sese habere uidetur, quæ
non minus probarum mulierum, quàm uirorum funera pu-
blicè ab earum propinquis meritis laudationibus celebra-
ri permittit. Hanc nos ferè consuetudinem nuper imitati,
post Leontidis præstantissimæ mulieris interitum de uirtu-
tibus eius longam sanè tecum orationem habuimus, non ex-
pertem, ut mihi tunc uisum est, philosophicæ consolationis.
Et nunc historiã ad te mittimus, quasi per orationem quan-
dam tecum instituti sermonis futuram, quam cōmode oratio-
ni illi si libeat, annectere possis: plurimum enim confert ad
id, quod

id, quod ostendere nitebamur probandum, unam scilicet atque eandem esse uirorum mulierumque uirtutem. Non uoluptatis tantum gratia haec à me excogitata fuisse existimes uelim, quod si quid etiam probationi uoluptatis aut iucunditatis insit, ab ipsa exemplorum uarietate proueniens, non minus tamen ob id ipsum probationis, quam ostendimus, uim retinere nostra uideri debet oratio: praesertim quum ad faciendam fidem non parum sermonis gratia atque iucunditas adiumenti afferre soleat. Nec sane erubescere debet Gratijs Musas cõiungens oratio, quum et ipsa coniunctio pulcherrima sit, ut inquit Euripides, et facile audientium animos ob iucunditatem ad credendam alliciat. Si enim eandem in uiro mulieremque pingenda artem esse probare uolens, praecelaras ab Apelle, aut Zeusi, aut Nicomacho mulierum depictas imagines proferam, quis iure mihi succenseat, tanquam uoluptatem potius atque inancem gratiam, quam eius quod instituissem probationem inquirenti? Quod si poëticam facultatem non aliam in uiris atque in mulieribus esse libeat ostendere, atque ob hoc Sapphos carmina cum Anacreontis uersibus conseram, aut Bacidis rursus atque Sibyllae ressonsa simul comparem, iure ne quisquam hoc demonstrandi genus accusabit, si etiam oblectatione quadam et uoluptate delinitum auditorem ad credendum inducat? Atque non aliter magis muliebris fortitudinis, et eius quae uirum decet similitudinem differentiamque internoscere, quisquam poterit, quam si uirorum mulierumque uitas ac res gestas, tanquam egregiae cuiusdam artis opera in unum collatas intueatur, eundem uel characterem et formam habeat, reginae Semiramidis ac Sesostris regis magnificentia, aut Tanaquilis et Seruij astutia, uel Portiae Brutique, aut rursus Pelopidae Timocliaeque prudentia.

prudētia. Nam uirtutes ipse differentias aliquas, ac ueluti colores proprios quosdam ex illorum quibus insunt, natura sumere uidentur, & eorundē corporibus adaequari, diuersitatemq; nonnullam pro illorum nutritione atque exercitatione suscipere. Aliter enim Achillem, aliter Aiacem fortes extitisse putandū est, neq; eandem Nestoris & Vlyssis fuisse prudentiā, nec pari modo Agesilaum & Catonem iustos fuisse, sed nec Irenam uiri studiosam ut Alcestem, nec ita Corneliā ut Olympiadem magnanimam extitisse credendum. Nec tamen idcirco diuersas esse prudentias, aut iustitias, aut fortitudines dicemus, sed solum ratione quadam propria, & singulorum quibus insunt inaequalitate differre ipsas censebimus. Quae igitur mulierū gesta uulgatissima sunt, quaeq; te ex aliorum libris cognoscere potuisse arbitror, praetermitam, atq; ea duntaxat referam, quae quum sint memoratu digna, historiarum scriptores, communia tantū atq; omnibus manifesta scribentes, latuisse constabit. Sed quoniam multa communiter à mulieribus quibusdam, pleraq; à singulis priuatim egregie facta fuisse comperimus, non absurdum fore uidetur, prius quae communiter à nonnullis gesta sunt, literis mandare.

T R O A D E S.

Capta atq; euersa iam Troia, quum plurimi hostiles manus, atque urbis incendium euasissent, pleriq; aduersa tempestate iactati, & ex imperitia nauigandi cōpulsi, eam Italiae partem, qua Tyberis fluiuius mare ingreditur, tenuere: inde fluminis ostia nauibus ingreffi, repente ad comaeatus, quorum penuria laborabant, comparandos passim discurrere. Interea mulieribus apud naues relictis, cogitatio primam, deinde etiam sermo exoritur, fore ut bene recteq; sibi ac suis uiris consulant, si quem aliquādo longis



longis erroribus nauigationiq; finē posuerint, & patriam sibi tandem aliquam constituerint: quandoquidē propriam semel amissam non iam amplius ualeant recuperare. His inter se non longē admodum pertractatis, una omnes con-
 spiratione facta nauigia cuncta incenderunt, principio ab earum una exorto, cui Rhomæ nomen fuisse perhibetur. His peractis quum uiri auxilij ferendi causa citato cursu ad naues contenderent, mulieres uenientibus obuiam processere, atq; illorum formidantes iracundiam aliæ parētes, aliæ uiros osculabantur. Itaque nouo insuetoq; humanitatis genere facile uirorum iracundiam placauerunt. Atque inde ad hodiernum usque diem apud Romanas mulieres permanet consuetudo, ut osculando salutent eos qui sibi aliquo affinitatis gradu coniuncti sunt. Nam Troiani manendi necessitatem conspicati, & simul indigenarum erga se beneuolentia commoti, libenti animo quod à mulieribus gestum fuerat, exceperunt, ibiq; errandi sine constituto, unā cum Latinis habitauere.

PHOCENSES.

II.

AT uerò Phocensium mulierum facinus quanquā hactenus satis digno scriptore caruerit, nescio tamen an muliebris uirtutis testimonium aliorum omnium præclarissimum sit existimandum, cuius cum in sacris, quæ ad hodiernum etiam diem apud Hyampolin Phocenses peragunt, tum etiam publicis literarum monumentis memoria celebratur, ut plenius est in Daiphanti uita explicatum. Quod uerò ad mulieres attinet, huiusmodi fuisse perhibetur. Odium erat bellumq; inter Phocenses ac Thessalos inexpiabile, quum Phocenses Thessalorum magistratus ac præfectos omnes, qui in suis urbibus erant, statuta die ad unum interfecissent. Qua indignatione commoti. Thessali,

fali, c c l. Phocensium obsides, quos apud se habebant, iugulauerunt. Deinde coacto exercitu aduersus eosdem profecturi publice decreuerunt, ut capta urbe nemini omnino puberi parceretur, mulieres autem pueriq; omnes uenundarentur. Daiphantus autem Barilli filius, qui cum duobus collegis summae rei Phocensium praerat, suis ciuibus persuasit, ut ipsi quidem copijs quam possent maximis in hostes proficisceretur, mulieres autem atq; omnem puerorum imbellem turbam e tota ciuitate in unum coactam, in secretiorem quandam ciuitatis partem deducerent, eodemq; loco multum lignorum stipulaeq; congere- rent, & aliquot apud eas relictis custodibus iuberent, ut si se bello superatos ab hostibus audissent, tum subito in- censa materia mulieres omnes puerosq; cremaret. Quum ceteri Daiphanto assentirentur, quidam e media con- cione assurgens, placere sibi consilium inquit: attamen aequum esse censere, mulierum quoque super ea re senten- tiam sciscitari, atq; ita consilio huiusmodi utendum, si ipse quoque decretum illud comprobassent: sin minus, inco- lumes illas, & sui iuris dimittendas, neque ullam omnino uim moriendi afferendam esse censere. Hac itaque oratione apud mulieres uulgata, ipse prius inter se conuentu per- acto, Daiphanti sententiam comprobarunt, illius uirtu- tem ac prudentiam laudantes, quod omnium optime & ciuitati, & earum saluti consulisset. Hoc idem quoque pueros seorsum congregatos decreuisse tradunt. His per- actis Phocenses apud Cleonas Hyampolis ciuitatem Thes- salis congressi, illos ingenti pugna superarunt, atque in eius uictoriae gratiam Dianae sacra omnium maxima in hodiernum usque diem faciunt, ipsa Elaphebolia nuncu- pantes.

Leuconiam urbem Chios incoluisse ob huiusmodi cau-
 sam traditum est. Nam quum e prima Chiorum no-
 bilitate adolescens acceptam uxore domum, ut moris erat,
 curru traduceret, Ippoclius rex summa familiaritate spon-
 so coniunctus, una cum ceteris adolescentibus pompae ce-
 lebritatiq; intererat. Quumq; uino ac iocis incalisset, in
 currum quo sponsa uehebatur insiluit, nullam sane uim
 allaturus, sed ludendi tanquam licentia immoderatus ab-
 utens. Tum qui aderant sponsi familiares atq; affines, ne
 qua uirgini afferretur contumelia metuentes, facto impe-
 tu regem obruncarunt. Post haec deorum ira uarijs pe-
 stibus agitati, quum ex oraculis finem malorum implora-
 rent, non aliter quam Ippocli interfectores occisis pla-
 cari deos posse responsum accipere. Quo audito ciues
 ferè uniuersi regem a se interfectum esse conclamarunt.
 Rursus igitur omnes ex urbe migrare Deus iussit, qui fa-
 cto assentiētes eius caedis fuisse participes faterētur. Acque
 enim facinori uidetur obnoxius, qui auxiliū præstat agen-
 ti, & qui perpetratum facinus quasi iure factum collau-
 dat. Igitur qui urbe excedere cogebantur, quum & uiri-
 bus & multitudine plurimum possent, Leuconiam occu-
 parunt, quam sibi dudum per uim ablatam, per id temporis
 Erythrensium opera & auxilio recuperatam, Coronenses
 possidebant. Verum non multò post Coronenses iterum
 auxilio Erythrensium implorato, qui plurimum inter o-
 mnes Iones uiribus poterant, ob recuperandam Leuco-
 niam Chijs, qui eam occupauerant, bellū intulere. Quorum
 uiribus quam obsistere Chij nequaquam possent, his con-
 ditionibus deditioem fecere, ut sibi cum chlamyde &
 singulis tantum uestimentis urbem egredi liceret. Quo
 audito,

audito, Chiorum mulieres grauiſſimè uiros accusabant, quòd relictis armis nudos ſeſe armatis hoſtibus credere ſtatuiſſent. Quumq; illi iurciurando obſtrictos non amplius decernendi compotes eſſe dicerent, mulieres arma nequaquam eſſe dimittenda ſuaſerunt, præſertim quum & date fidei, & ſaluti ſuæ rectè conſulere poſſent, ſi dicant hoſtibus, haſtam pro tunica; & clypeum pro chlamyde uiris fortibus eſſe. Harum conſilijs uiri aſſentientes, ſtatuta ad profectiõnem die armati ſubito in medios Erythrenſes prodire: quorum illi audacia perterriti; quum egregiè inſtitutos, atq; ad omnia paratos conſpicerent, neq; illorum iter demorari, nec aduerſus eos procedere auſi ſunt, bene ſecum agi putantes; ſi illi cætera omnia relinquentes diſcederent. Ita mulierum præceptis uiri audaciam edocti, ſalutem ſibi ſuiſq; pepererunt. Nec ſane minoris uirtutis argumentum poſteris temporibus Chie mulieres præbuerunt. Quum enim Philippus Demetriji filius Chiorum urbe obſeſſa, ut ſamulos qui intus erant, ad defectionem compelleret, edictum barbarum ſanè, atque omni ſuperbia plenum, præcones ſuos pronuntiare iuſſiſſet, quo ſamulis omnibusq; quicumq; ad ſe defeceſſent, libertatem, ac matronæ, quam ſibi quiſque delegiſſet, coniugium daturum pollicebatur, exiſtimans ſingulos eam quæ domini fuerat uxor expetituros: hoc audito mulieres ira atque indignatione commotæ, unâ cum ſamulis, qui & ipſi grauiſſimè eiſmodi edictum tulerant, promptiſſimè ad tutanda mœnia procurrerunt, lapides & omne telorum genus pugnantiſſimis uiris ſummo ſtudio miniſtrantes, eos que adhortationibus atque opere quoad poterant adiutantes, eſſe cœre, ut irrito incepto Philippus tandem obſidione ſoluta diſcedere cogereſſet, quum ex ſamulis ne unius quidem ad eum defeceſſet.

Nequē uerò inter eas, quæ communiter à mulieribus gesta sunt, minore laude atq; admiratione dignā contentionem uisum iri censeo, qua contra Cleomenem Argiuorum regem, Telephidis ductu auspicioq; mulieres Argiæ certarunt. Eam uerò mulierem poëticiæ disciplinæ fuisse peritam memoriæ proditum est: nanq; parentibus nobilissimis orta, quum ualetudine aduersa laboraret, ab oraculo responsum accepit, studiosè Musas à se colendas esse, si amissam ualetudinem recipere uellet. Quapropter ipsa deorum præceptis obtemperans, omne studium operamq; ad musicos cantus atq; harmonias conuertens, breui tempore amissam ualetudinē recepit, atq; ob artis poëticiæ disciplinam plurimum apud ceteras mulieres famæ ac laudis est consecuta. Postmodum uerò quum Cleomenes Spartiatum rex, multis Argiuorum ciuium interfecit, quippe quos septingentos & septuaginta supra septem millia fuisse quidam affirmant, Argos ad occupandam ciuitatem contenderet, tum mulieris in ætatis flore constitutas animus subijt ciuitatis aduersus hostes tutandæ. Itaque duce Thelephide celeriter armis assumptis, subita corona ciuitatis mœnia compleuere. Quæ res non parum admirationis hostibus præbuit: Et Cleomenem expugnatione sepius nequicquā tentata, pluribusq; militibus amissis, ad extremum retrocedere cœgerunt. Alterum uerò regem Demaratum, ut Socrates inquit, quum iam partem ciuitatis, quæ Pamphylia dicitur, occupasset, eiecerunt. Ita mulierum consilio atq; uirtute liberata ciuitate, mulieres omnes quæ in pugna occidissent, in uia quæ Argia dicitur, sepeliri decreuerunt. His autem quæ pugne superfuereant permissum est, ut Marti simulacrum suæ uirtutis monumentum

mentum statuerent. Hanc uerò pugnam nonnulli sextodecimo die, alij autem calendis gestam fuisse tradunt eius mensis, qui nunc quartus apud Argiuos habetur, quondam uerò postremus numerabatur, quo nostram ad ætatem sacra quedam apud Argiuos celebrantur, in quibus mulieres chlamydem ac uirilem uestem indute, uiri autem pepulum gestantes, & mulieribus uelamentis capita obuoluti uersantur. Vt autem interfectorum ciuium iacturam instaurarent, non seruis, ut Herodotus inquit, sed accolis, qui circa urbem habitabant, ut quisq; alios excellere uidebatur, in ciues electis sese in matrimonium sociarunt.

PERSIDES.

V.

QUUM Cyrus aduersus Medos, atque eorum regem Astyagem, bellum gerens ingenti pugna superatus fuisset, milites effusa fuga urbem repetebant. Quumq; iam iam haud procul abessent, tanta erat insequentium hostium celeritas, ut palam constaret, eodem impetu uictores uictosq; urbem intraturos. Fugientibus itaque mulieres facto agmine extra urbem obuiam procedentes, ac uestibus ex inferiori parte sublatis, nudos uteros ostentantes: quonam ignauissimi ruitis? clamitabant: an uos latet, non iterum uobis huc intrare licere, unde semel naturæ lege egressi estis? His castigationibus accensi Persæ, & simul spectaculi pudore commoti, mutuo sese accusantes, instaurata acie in hostes impetum fecere, eosque incompósitos adorti non multo labore fuderunt fugaruntq;. Quapropter lege apud eos cautum est, ut quum primum Persarum rex aliquis urbem ingreditur, mulieres quotquot in urbe sunt, singulos auri nummos à rege accipiant: cuius legis autorem Cyrum fuisse constat. Idcirco Ochus Persarum rex cum uitijs alijs, tum præcipue auaritia præ cæteris

in signis, urbem sæpius circumuectus, nunquam intrare eandem uoluit, mulieres debito sibi ex lege munere defraudans. At Alexander bis eam ciuitatem ingressus, toties quoque nummos dari mulieribus iussit, prægnantibus duplicem mercedem dari præcipiens.

C E L T A E.

VI.

Celtæ priusquam superatis alpibus in Italiam traierent, cuius hodie non paruam incolunt partem, seditionibus domesticis agitati, eousque discordiæ processere, ut ciuile inter se bellum confererent. Quumque armati iam utrinque in acie constitissent, mulieres per media arma progressæ, multis precibus lacrymisque illorum animos ad eò flexere, ut ommissa discordia in pacem ac beneuolentiam reuersi, ad proprias domos omnes discederent. Ex quo nata apud eos consuetudo posteris etiam temporibus mansit, ut quoties de bello sit eis aut pace consultandum, mulieres quoque eiusmodi consultationibus adhibeantur. Præterea si qua aduersus socios inciderit controuersia, ex mulierum sententia eandem componere soliti sunt. Itaque inter conditiones, quas cum Hannibale pepigerunt, hoc etiam scriptum, atque his fere uersibus reperitur: Si quis Celtarum iniuria se à Carthaginensium aliquo affectum queretur, eius rei Carthaginensium magistratus, aut imperatores qui in Hispania fuerint, iudices sunt: Sin Carthaginensium quisquam ab ullo Celtarum iniusti quippiam passus fuerit, Celtarum mulieres de ea re iudicium faciunt.

M E L I A E.

VII.

Melij quum propter finium angustias annonæ penuria laborarent, Nymphæon quendam, egregia forma adolescentem, deducendæ coloniæ principem constituere.

tuere. Quumq; illos consultum oraculum nouas terras
nauibus querere iuberet, atque ubicunq; naues amassissent
consistere, forte accidit, ut ad Cariæ littora appulsis, atq;
è nauibus in terram digressis, naues tempestatibus agita-
te ad unum omnes in litore frangerentur. Igitur Cares
qui Cryassam urbem incolebant, siue illorum sortem mi-
serati, seu uires atque potentiam ueriti, & benigne susce-
ptos, ut apud se manerent, hortati sunt, & colendorum
agrorum partem ipsis diuisere. Inde quum breui tempo-
re plurimum illos incrementi sumpsisse animaduertent,
omnes in epulis atque conuiuio trucidare statuerunt.
Forte super hac re consultantes illos uirgo quædam Ca-
phena nomine, quæ summo amore Nymphæon adama-
bat, clanculum ut à nenune uideretur delitescens audiuit.
Quumq; eum, quem tantopere deperibat, interfectum iri
sustinere non posset, Carum omne consilium Nymphæo
patefecit. Igitur postridie Caribus ad cœnam Melios in-
uitantibus, ut est Græcis hominibus cōsuetudo, Nymphæus
inquit: absque mulieribus inite conuiuia. Quumq; illi mu-
lieres etiam secum ducere hortarentur, Nymphæus con-
uocatos Melios, & rem omnem ut acta erat admonitos,
iubet ipsos quidem inermes ad cœnam proficisci, uerum
singulos uxori suæ intra uestem occultum gladium tra-
dere, & quenque iuxta propriam uxorem accumbere.
Media igitur cœna iam peracta, Cares, ut inter eos con-
uenerat, inuadendi dani signum, quod præmonitos iam
antea Græcos minime latuit. Itaque mulieres patefacto re-
pente sinu gladios protulerunt: Quibus arreptis Græci
aduersus Barbaros ruentes, una strage omnes interfecere,
atque ita regione potiti: & urbe quæ illorum fuerat de-
iecta, alteram sibi condidere ciuitatem, eamq; Cryassam
appellar.

appellarunt. Caphena autem Nymphæo in matrimonium sociata, dignum suis meritis honorem retulit. Admirabilem itaque, & omni laude prosequendam mulierum audaciam atque silentium fuisse, nemo sanæ mentis fateri non potest, quum nulla penitus in tam multis inuenta sit quæ uel audita patefecerit, uel timore deiecta sit, quo minus omnia, ut sibi mandatum fuerat, studio semper ageret.

TYRRHENAÆ.

VIII.

Quum Tyrrhenorum quidam Lemnum atq; Ymbriū insulas occupassent, ex Atheniensis agri mulieribus aliquot liberos procreauerunt, quos postmodum Athenienses eò quòd pro semibarbaris haberentur, ex insulis pepulere. Verum hi in Tænarum profecti Spartiatis in seruili bello egregiam operam præstiterunt. Ii igitur in ciuitatis partem adsciti, connubiorum quoq; iungendorum ueniam meruere, ad magistratus uero atq; consilia eosdem admittere haudquaquam dignum censuerunt. Nec multò post apud Lacedæmonios suspicio increbuit, eos in ciuitate res nouas moliri. Quapropter comprehensi omnes diligentissimè seruabantur, quoad manifestis argumentis conuicti supplicio afficerentur. Inter hæc eorum uxores frequenter ad carcerem uenientes, multis precibus custodes orabant, ut salutatum ad uiros ingredi sibi liceret. Quod quum difficulter tandem impetrassent, ad uiros admisse illos hortari cœperunt, ut repente secum uestibus permutatis, muliebriq; habitu induti, uelatis, ut earum mos est, capitibus è carcere se proriperent. Quarum monitis quum uiri obtemperassent, ipsæ quidem in carcere substiterunt, asperrima quæque, ac difficillima subire paratæ. Custodes autem habitus simulatione decepti uiros abire incolumes permisierunt. Qui egressi, Taygeta repentinò

tino tumultu occuparunt, inde seruos ad libertatē uocātes, seditione excitare nitebantur. Quo timore solliciti Spartiatæ, misso ad eos caduceatore pepigerūt, ut uxoribus, fortunisque suis omnibus, nauibus præterea atque pecunijs acceptis, e regione discederent. utq; nouis sedibus, nouaq; ciuitate potiti, Lacedæmoniorum coloni atq; affines appellarentur. His acceptis conditionibus, quum Pollin & Cratida Lacedæmonios fratres protectionis duces accepissent, pleriq; in Melo sedes constituere, cæteri uerò Pollin ducem secuti, & oraculi fidem experiri cupientes Cretam petierunt. Hoc à dijs responsum acceperant, ut ubicunq; deam & ancoram amississent, ibi erroribus sine imposito consisterent. Igitur ad Cherronesum, quæ in Creta est, appulsi, relictis in littore nauibus constiterant, uerum nocturno ac repentino tumultu perterriti sese in naues receperunt, atque ob fugiendi celeritatem attoniti Dianæ sinu lacrum in littore dimisere. Hoc sanè antiquissimum apud eos permanserat, quippe quod ex Lemno usque sublatum assidue secum in omnia loca detulerant. Hoc itaque inter nauigandum requirentes, in littore derelictum fuisse perceperunt. Et Pollis eorum dux uno unco suæ nauis ancoram diminutam animaduertit. Nam quum locis petrosis adhaesisset, eaq; uiolentius postmodum traheretur, à reliqua uncus auulsus nautas latuerat. Tum Pollis oraculorum dicta iam secutam fidem satis intelligens, conuertendi cursum signum proposuit, & regione occupata quum plurimis prælijs locorum habitatores superasset, Lyctum urbem sibi delegit habitandam, finitimis aliquot ciuitatibus uestigalia sibi præbere coactis, & nunc etiam Atheniensium sese cognatos dictitantes, quòd materni generis ab iisdem ducant originem, Spartiatum se colo-

nos esse profitentur.

LYCIAE.

I X.

Qvod autem in Lycia contigisse ferunt, quanquam fabulae similius quam ueri esse uideatur, multorum tamen & sermonibus, & in unum consentiente fama celebratum esse constat. Anasodarus enim, qui & Ifaras dictus est, a Zelia Lyciorum colonia ueniens piratarum non exiguam multitudinem secum deduxit, cui Chimarrhus praecerat, uir quidem bellicae artis peritissimus, caeterum immani quadam praeditus crudelitate: Hunc naui uehebat, cuius prora leonem, puppis uero draconem gestabat insignem: multisq; cladibus Lycios uexans effecerat, ut neque nauigare tuio, nec maritimas ciuitates incolere possent. Hunc fugientem aliquando Bellerophon Pegaso (id est citissima quadam, ut arbitror, naui) assecutus interemit. Idemq; quum aggressas Lyciam Amazonas pepulisset, nullo pro tantis meritis premio accepto, iniurijs etiam a rege affectus fuerat. Quibus rebus indignatione percitus Bellerophon, ad maris littus accedens Neptunum rogauit, ut oram illam infructuosam atque adferendum inutilem redderet. Peractisq; precibus obuersa ad littus facie discedebat, quum subito mare tumescens uniuersa obruere coepit, spectaculumq; erat horrendum, tam uaste sese attolentes, & Bellerophontem sequentes fluctus intueri, ut omnia circum loca iam occuparent. Igitur delecti Lyciorum primatibus uiri Bellerophontem aducentes rogabant, ut tantis malis finem imponeret: qui quum diu multumq; precati nihil proficerent, mulieres sublatis ab inferiori parte uestibus Bellerophonti obuiam processere. Quumq; ille pudore commotus conuersa rursus ad littus facie pergeret, undas quoq; in solitum locum restitueret cepisse

pisse commemorant. Verum aliqui huiusmodi fabulam in-
 terpretantes, non imprecationibus illum tradunt mariti-
 mas aquas superinduxisse, sed quum ager totius Lyciæ
 feracissimus in humili depressoq; loco situs esset, Bellerophontem
 aggere qui mare distinebat rescisso, aditum aquis
 maritimis patefecisse tradunt: cui malo finem à Bellerophonte
 petentes uiri quum nihil proficerent, mulieres illi
 circumfuisse pudore quodam deuictum finem iracundie
 ponere coegerint. Sunt qui appellatam Chimæram montem
 quendam fuisse tradunt, horrendos sonitus atq; incendia
 emittere consuetū, quibus finitimus ager infestatus, neq;
 arbores nutrire, neq; fruges proferre poterat, uerū Belle-
 rophontis prudentia, qui montis partem quæ planissima
 erat, rescindi iussit, fragores fuisse compositos, magnumq;
 malis remedium allatum. Verum quum sibi debitas gratias
 minimè referri animaduerteteret: indignatione percitus, in-
 gratos homines ulcisci parabat, sed mulierum precibus ui-
 ctus ab incepto destitit. Quam uerò Nymphis in quarto
 Herculeorum lib. causam refert, haudquaquam esse fabu-
 losa uidetur. Aprum enim immense magnitudinis Xan-
 thiorum fines inuasisse tradit, qui fruges fructusq; circum-
 qua; destrucns à Bellerophonte occisus fuit. Quumq; ni-
 hil gratiæ pro tanto labore meruisset, ulcionem à Neptuno
 aduersus ingratos postulauit. Quapropter salsum quen-
 dam humorem passim per eorum agros scaturisse, ut om-
 nia quæ in agris nascebantur, illo humore corrupta defice-
 rent: nec prius tanti mali finem affuisse, quam precantium
 mulierum pudore uictus Bellerophon, Neptunum ut Xan-
 thijs tandem ignosceret exoraret. Quamobrem lege apud
 Xanthios cautum est, ut à matribus, non à patribus filij ge-
 neris nomen sortiantur.

SAG



Romanis iam bellum inferre meditatus Annibal, priusquam copias in Italiam traiceret, in Hispania bellum gerens urbem Hispaniae opulentissimam Saguntum obsedit. Ac primò quidem ciues obsidione perterriti, & sese imperata facturos polliciti, argenti trecenta talenta, & totidem obsides dare pepigerunt. Quibus acceptis conditionibus Annibal quum soluisset obsidionem, Saguntini poenitentia ducti, nihil eorum quae pepigerat praestitere. Rursum igitur ad obsidionem conuersus Annibal, & diripiendam militibus urbem pollicitus, eos ad pugnandum hortabatur: qui summis uiribus inito certamine oppressos malis undique Barbaros, tandem ut sese conditionibus huiusmodi dederent perpulere, ut liberis hominibus cum singulis tantum uestimentis ex urbe migrare liceret. Mulieres igitur, id quod tandem euenit, fore suspicatae, ut scilicet hostes diligentius uiros, ne quis occultum telum efferret intuentes, seipsas egredientes negligerent, atque intactas abire permetterent, gladijs intra sinus occultatis ex urbe digressae sunt. Quumq; omnes iam ciues urbem exissent, Annibal equitum Massyliensium turmam ad portam ciuitatis in statione collocauit, ceteris incomposito ad urbem diripiendam intrare permissis. Quumq; multi, ut in talibus fieri solet, multa undique asportarent, non se ultra continere Massylienses potuerunt, sed portae statione dimissa indignantes ad praedandum discessere. Interea mulieres clamore sublato, quum gladios quos gestabant uiris tradidissent, simul cum illis impetum in hostes fecerunt, ferturq; earum una ex Hannonis cuiusdam manibus direptam bastam in eum ipsum uulnerandum conuertisse: uerum quia thorace indutus erat, occidere minime ualuit.

ualuit. At uiri multis hostibus interfectis, reliquis uerò qui obuiam uenerant in fugam uersis, unà cum mulieribus sese ex urbe incolumes receperunt. Quod postquam est Annibali renuntiatum, equites repente qui persequerentur, dimisit: quumq; ex ipsis aliquot adduxissent captiuos, ultimo supplicio affici iussit. Verum maxima pars in proximos montes dilapsa hostiles manus effugerunt, qui paulò post misso ad Annibalem caduceatore, ueniam atq; in urbem reditum ab eodem impetrarunt.

MILESIÆ.

XI.

Milesias quandoq; uirgines admirabilis morbus, & immanis quidam furor inuasit, cuius neq; causa ulla, neq; remedium poterat inueniri: uerù fanaticã quandã contagionẽ ab aère diffusam arbitrabantur, quæ illarum mētes ad insaniam conuertens repentinẽ mortis cupiditate correptas, ut seipsas strangularent, efficiebat. Itaq; per multã e mortis genere perierunt: neque uerò parentum lacrymã, neq; amicorum monitus ac suasiones aliquod huic malo remedium afferre poterant: tantaq; erat furoris immanitas, ut onnem custodientium diligentiam superarent, ut non humano consilio, sed mali cuiusdam demonis impulsu accidere uideretur. Itaq; non iam hominum ingenijs, sed deorum querendum remedium omnes asserebant: nec ullus tamen antea tanti mali finis inuentus est, quàm spectatã quidam prudentiã uir ad populum rogatione perlata decreuit, ut uirginum quæ sibiipsis mortem conscissent, per medium forum nuda cadauera efferrentur. Ea res non modo uirginum furorem compressit, uerum etiam sedauit atque extinxit. Magnum profectò uirtutis atq; ingenuitatis argumentum, tantum apud illarum animos ignominie metum ualuisse, ut quas illa, quæ grauissima humanorum

m malorum

malorum existimabatur mors, & dolor, ab instituto non auerterat, oblata turpitudinis species ita commouerit, ut ignominiam perpeti nullo modo possent, satis quam post mortem etiam subituras esse intuebantur.

C I A E.

XII.

MOS quondam apud Ciorum uirgines fuerat, ut sacrorum statutis diebus in unum omnes coactae, per aliquot dies unà uersarentur, quas earū amatores facto etiam agmine sequebantur, ut eas ludentes inter se ac saltantes conspicerent. Noctū autem eodem agmine singularum domos ingredientes, parentibus fratribusq; mutuo quaecunq; factū opus essent, administrabāt. Eueniebat autem plerūq; ut eandem plures simul amarent adolescentes, amore autem tam sancto atq; modesto, ut quum primum uirgo desponsata esset, repente omnes ab eius amore desisterent. In quo illud uel maximum temperantiæ muliebris argumentum conspici potest, quod neq; adulterium, neque illegitimum ullum cōcubitum apud eos accidisse memoria proditum est.

PHOCENSES.

XIII.

QUUM Phocensium tyranni Delphos occupassent, Thebani aduersus eosdem bellum, quod sacrum appellarunt, suscipere. Interea Bacchi sacerdotes, quas illi Thyadas uocant, furore correptae, ut earum moris est, huc atq; illuc sine discrimine errantes uagabantur. Fortē accidit, ut nocte quadam in ciuitatem Amphissam imprudentes deuenirent: quumq; adhuc furore percitae haudquam mentis compotes essent, progressae in forum corporibus humi stratis dormitantes procubuerunt. Verum Amphissae mulieres ueritae ne Thyades uiolarentur à militibus tyrannorum, qui frequentes in ea urbe uersabantur, quod

quod esset ea ciuitas foedere Phocensibus iuncta, facto agmine in forum decurrentes, sopitas Thyadas tacite circumstere, nec eas tamen à somno excitarunt. At postquam illæ sponte sua experrectæ sunt, aliæ alias domū deducetes, quæ reficiendis corporibus opus erant, liberalissimè præbuerūt. Inde à uiris licentia impetrata Thyadas usq; ad mōtes profecitæ sunt, unde tutus iam reditus illis patebat in patriam.

LVCRETIA, VALERIA,

CLOELIA.

XIIII.

TArquiniū Superbum, qui à Romulo septimus apud Romanos regnauit, Lucretiæ uirtus, eidemq; illata contumelia, ex urbe pepulerunt. Hanc uerò in primis nobili quique reges coniunctione sanguinis attingebant; nuptam unus è Tarquinij filijs ad eam ueniens uitiauit, quæ cognatis amicisq; omnibus conuocatis rem omnem quo gesta fuerat ordine quum enarrasset, repente sese in eorum conspectu iugulauit. Hac de causa expulsus urbe Tarquinius, multis aduersus Romanos hostibus concitatis, tandem Porsenam Hetruscorum regem bellum aduersus eosdem suscipere compulit, qui magnis copijs Romanos fines ingressus ciuitatem obsedit. Quumq; bello simul & fame laborantes Romani, Porsenam haud minus iustitia & humanitate quàm belli artibus ualere comperissent, illum inter se Tarquiniūq; cōtrouersie disceptatorem elegerunt, liberam sibi de hac re iudicandi licentiam permittentem. Verum Tarquinius haudquaquam conditionibus huiusmodi assentiens, minimè uisum in ferenda sententiā æquum dictabat, qui parum fidus in bello socius extitisset. Itaque Tarquinio dimisso Porsena cum Romanis amicitiam inire summo studio contendit. Igitur agro quem ex Hetruscis Romani occupauerant, & captiuis omnibus receptis, uiginti

præterea acceptis obsidibus, decem uidelicet maribus adolescentibus, ac uirginibus totidem, obsidionem soluit. Fortè inter uirgines, quæ pro obsidibus datæ sunt, Valeria Publicolæ Consulis filia extitit. Interea quum nondum rebus ad integrum compositis circa Romam Porsena etiam uersaretur, uirgines quas pro obsidibus in castra deductas antea memorauimus, tanquam sese loturæ parumper ab exercitu secedentes ad Tyberim deuenire: ibi unius Cloeliæ nomine adhortationibus impulsæ, paulatim fluium ingredientes obuolutis ad capita uestibus, & gurgitum profunditate deterritæ, mutuoq; sese, ut poterant, subleuantes, uix tandem magno labore fluium transmisere. Sunt qui Cloeliam equo transuectam, cohortatione pariter atque auxilio nantes alias adiuuisse tradunt, eiusq; rei quod paulò infra narrabimus utuntur argumento. Quum enim Romani transuectas illas incolumes uehementius admirarentur, sicut illarum uirtutem audaciamq; laudandam censebant, ita in seruanda fide ab uno rege uinci minimè conuenire arbitrabantur. Igitur datis ducibus, puellas iterum ad Porsenam deduci curauerunt. Redeuntibus uerò, Tarquinij ad fluminis transitum locatis insidijs, parum quin illas raperent absuit. Ex eo tumultu Valeria Publicolæ Consulis filia cum tribus familiaribus in Porsenæ castra confugit, reliquas uerò Porsenæ filius Aruns, cum equitatu auxilium ferens, è manibus hostium liberauit. Quumq; omnes in conspectum regis deductæ fuissent, admiratus earum audaciam Porsena, quenam ex ipsis migrationis autor fuisset percontabatur. Tum ceteræ timore percussæ tacite in Cloeliam oculos coniecerunt, mali aliquid illi à rege impendere metuentes. Verum ipsa nihil omnino deiecta, seipsam extitisse professæ est. At Porsena eius uirtute commotus, erregie

giè phaleris instratum equum Cloeliæ dari iussit, cæteras quoque uirgines benigne alloquutus, omnes Romam ad parentes redire permisit. Ex hoc plerique arguunt Cloeliam equo uectam fluiuium transmississe. Quidam uerò non ea de causa donatam equo Cloeliam autumant, sed uirginis fortitudinem atque audaciam admiratum regem eo munere dignam existimasse, quod maxime uirum strenuum bellicosumq; deceret. Positum certè huius facinoris monumentum uirginis habitu statua equestris, in uia quæ sacra nuncupatur, quam aliqui Cloeliæ, aliqui Valeriæ nomine dicatam asserunt.

MICCA ET MEGISTONA. XV.

Aristotimus Eliensium tyrannide occupata, uiribus fretus Antigoni regis principatum tenebat, atque intemperanter potentia abutens, nouis quotidie iniurijs miseris uexabat ciues, quum esset & suapte natura ferus atq; immanis, tum Barbarorum hominum consilijs uteretur, quibus totius regni administrationem & corporis insuper custodiam commiserat. Vnum tamen egregie præ cæteris memoratur crudelitatis exemplum aduersus Philodemum perpetratum. Is filiam habuit & moribus & forma præstantem, nomine Miccam, quam Lucius quidam tyranni satelles adamauit, si id amorem potius, & non effectam immanemq; libidinem oporteat appellare. Igitur misso nuntio uirginem statuto tempore ad se uenire iubet, idemq; parentes necessitate compulsi uirginem ut faceret hortabantur: uerum ipsa, ut erat natura prudens, tum ingenue liberaliterq; educata, paternis genibus aduoluta rogabat, ne se in tarpisimum flagitium proficisci pateretur, utq; mortuam potius quam amissa uirginitate turpiter uiuentem aspiciere uellet. Longior itaque mora quum traheretur, libi-

dine simul atque ebrietate furcens Lucius, ipse domum uirginis proficiscitur, eamq; paternis genibus apposito capite haerentem offendens, se statim ut sequeretur minitabundus imperabat. Quod illa quum facere cunctaretur, lacceratis uestibus Lucius nudatam grauissimis plagis cecidit: quae tam forti animo dolorem persecebat, ut ne gemitum quidem ad plagas ullum omnino ederet. At parentes tam acerbo spectaculo grauiter commoti flentesq;, postquam nihil orando se proficere animaduertunt, hominum deorumq; auxilium clamoribus implorantes, indignis se contumelijs affici querebantur. Tunc ira uinoq; percitus Barbarus, uirginem, ut forte in paterno sinu posito capite constiterat, iugulauit. Nihil tamen est immanitate tam atroci permotus tyrannus, sed in ciues, qui admissum facinus criminabantur, seuior effectus, eorum aliquot morte, plurimos uero exilio damnauit, e quibus octingenti forte in Actoliam confugerunt. Qui quum summis precibus tyrannum rogarent, ut uxores paruosq; natos ad se proficisci permitteret, nihil ab eo penitus impetrare potuerunt, uerum ipse non ita multo post palam nuntiari per praeconeum iubet, licere mulieribus exulum cum filijs omniq; ornatu ac supellectile ad uiros proficisci. Id omnes quorum uiri exulabant, laeto animo mulieres exceperunt, quas ad sexcentas fuisse memoriae proditum est. Quo maior illis proficiscendi spes esset, omnes die statuta proficisci iubet. Ea igitur postquam aduenit, cunctae ad ciuitatis portam, qua exeundum erat, conuenere, quae secum delatae erant, summo studio comparabant, et paruos filios aliae in sinu gestantes, aliae curribus impositos trahentes caeteraru aduentum praestolabantur. Iamq; omnibus quae ad profectiorem opus erat constitutis, procedere agmen inceperat, quum repete

missi

missi à tyranno satellites, antequam agmen assequerentur, magno clamore consistere mulieres, nec ulterius quicquam progredi iubent: inde quum ad eas peruentum esset, retrocedere omnes præcipiunt, arreptisq; quos ille parauerant curribus, eosq; medium per agmen agitantés, nec manere tutò, nec regredi patiebantur. Quod uerò acerbissimum erat, tantis angustijs pressæ mulieres, periclitantibus aut morientibus filijs auxilium ferre non poterant: multi enim quum è curribus cecidissent rotarum impulsu contrebantur, cæteros uerò simul cum matribus satellites non secus atq; ouium gregem in unum globum stipatas fustibus lorrisq; cædentes gradum properare cogebant, quoad omnes in carcerem deductas intrusere, res uerò earum omnes ad tyrannum delatæ sunt. Tam scelestum facinus quum grauius Elienses perferrent, Dionysio sacratæ mulieres, quas illi Sedecim uocant, sacerdotij ornatibus insignes, ac deis sacra manibus gestantes, ad Aristotimum, qui tum in foro obuersabatur, deuenire: quarum reuerentia permoti satellites, qui tyrannum circumstabant retrocedentes, aditum illis ad tyrannum patefecere. Venientes primo tyrannus, & manibus sacra prætendentes, conspicatus, cum silentio audiuit. Sed postquam pro captis mulieribus deprecaturas aduenisse cognouit, ueluti quodam furore correptus, magno clamore satellites, quòd eas ad se uenire permiserant obiurgauit, eas uerò militum concursu detrusas, partim etiam uerberibus casas, quæ primum è foro depelli præcepit, & earum singulas duobus multauit talentis. His tam atrociter gestis Hellenicus, quanquam propemodum senio confectus, ulciscèdi tyranni negotium in ciuitate suscepit: is propter ætatis imbecillitatè, & duorum filiorum interitum minime apud tyrannum suspectus habebatur. Interea ciues, quos in Aetoliam fugisse

memorauimus, coactis quibus poterant copijs agri partem
 quandam urbi finitimam occuparunt, ubi & tutò consistere,
 & ciuitati bellum itidem commodissimè inferre poterant.
 Eò multi ex Elide ciues quotidie confluentes, iam ferè
 iusti exercitus speciem consecrant. His rebus percussus
 tyrannus, ad mulieres, quas in carcere clausas antè diximus
 proficiscitur, utiq; erat ingenio ferox, minis potius metuq;
 quàm gratia aut precibus cum his agendum arbitratus,
 iubet eas nuntios cum literis ad uiros mittere, eosq;
 ut ab obsidione desistant rogare, alioqui se paruos natos
 in eorum conspectu prius, ipsas deinde omnes uerbibus
 cæsas interfecturum minitatur. Ad hæc silentium tenentibus
 mulieribus, quum tyrannus acriter instaret, ut quidnam
 facturæ essent responderent, uerbum quidem nullum proferre
 audebant, uerum tacitæ sese mutuo conspicientes, nihil se
 illius minis terreri significabant. Tum Megistona Timoleontis
 uxor, quæ cum uiri nobilitate, tum etiam propria uirtute
 princeps inter mulieres habebatur, & ipsa ueniendi tyranno
 assurgere dedignata est, cæteras etiam assurgere prohibuerat.
 Hæc igitur ut erat humi sedens, talibus uerbis ad tyranni
 dicta respondit: Si quid in te uirilîs prudentiæ aut consilij
 resideret, non utique mulieres iuberes, quæ factò opus
 essent, suis uiris præscribere, sed nos ad ipsos tanquam
 ad dominos nostros permisisses proficisci, melioribus
 utens & sermonibus & consilijs, quàm quibus nos paulò
 antè delusas fraudasti. Quòd si nunc omni spe destitutus
 ipsos quoque uerbis deludere per nos arbitraris, uehementer
 erras, neque nos iterum abs te decipi sustinebimus,
 neq; ipsos tam dementes fore arbitreris uelimus,
 ut dum infantium, aut uxorum uitæ consulunt, libertatem
 patriæ neglectam patiantur. Neq; enim tantum
 ipsis

ipsis affert mali, si nos ac paruos liberos amittant, quippe
 quos ne nunc quidem habere possunt, quantum assequitur
 boni, si tuis crudelitibus ciues suos ac patriam liberaue-
 rint. Talia adhuc loquente Megistona non ultra compos
 iracundiæ tyrannus, paruum eius filium quasi mox illum
 interfecturus in conspectum deduci iubet: quem quum mini-
 stri inter cæteros ludentem requirerent, mater ipsum no-
 mine compellans: huc ad me, inquit, accede nate, ut antea
 uite finem sortiaris, quàm seuissimæ tyrannidis experien-
 tiam, aut ullum omnino sensum per ætatem possis accipe-
 re: mihi enim longè grauius est, te præter conditionis tuæ
 dignitatem seruientem, quàm mortuum intueri. Quum ta-
 lia constanter atq; intrepidè Megistona loqueretur, iracun-
 dia furens tyrannus districto gladio in ipsam ferebatur. Ve-
 rum è familiaribus quidam, nomine Cylon, obuiam ueniens,
 tam atrox facinus ipsum perpetrare prohibuit. Hic sanè
 amicitiam erga tyrannum simulans, unà cum cæteris fami-
 liaribus apud eum uersabatur, sed extremo odio in eum affe-
 ctus: unus erat ex eorum numero, qui Hellenico principe
 aduersus tyrannum coniurauerant. Is igitur ruentem Ari-
 stotimum comprehendens, turpe degenerisq; animi esse di-
 cebat, minimeq; uirum principem decere, muliebri sangui-
 ne manus commaculare. His admonitionibus uix menti red-
 ditus Aristotimus, relictis mulieribus illinc discessit. Neq; ita
 multò post prodigiū accidisse huiusmodi fertur. Nam dum
 Aristotimo cum uxore in thalamo quiescente famuli coenā
 præpararent, repente sublimem aquilam supra tyranni do-
 mum uolitantem conspexere, quæ paulatim declinans, ma-
 gnum lapidem quasi dedita opera demisit in eam tecti par-
 tem, quæ thalamo, in quo tyrannū cum uxore quiescere di-
 ximus, supposita erat, indeq; magno strepitu & clangore

sublata ex aspicientium oculis, sese proripuit. Clamore igitur eorum, qui a eum uiderant, excitatus Aristotimus, auditaq; re perterritus, uatem quo plurimum utebatur, ad se uocari iubet, quidq; hoc augurio portendi arbitraretur, animo non mediocriter perturbatus seiscitabatur. At uates bono ipsum animo esse cohortatus, hoc signo portendi dixit, ipsum Ioui curae esse, atq; auxilium in omnibus praestaturum. Et haec quidem tyrano respondit, uerum ciuibus, quos sibi fidos atq; amicos expertus erat, magnum periculum inquit, et quantum antea nunquam, tyranni capiti imminere. Igitur qui cum Hellenico coniurauerant, non ultra cunctandum esse arbitrati, postridie tyrannum inuadere statuerunt. Nocte autem, quae destinata facinori diem praecessit, dormienti Hellenico uisum est alterum ex ijs, quos supra occisos memorauimus, filium supra dormientis caput astare, ac magna uoce obtestari: quid pater dormis, an te crastina die ignoras totius ciuitatis imperatorem fore? Hoc uisu confirmatus Hellenicus, primo mane socios ad perpetrandum negotium adhortatur. At uero Aristotimus quum nuntium accepisset, Craterum magnis copijs auxilium sibi ferentem aduentare, iamq; in Olympia cum exercitu confedissee, eò usque fiducia processerat, ut in forum sine custodibus cum Cylone prodire sit ausus. Igitur agenda rei occasionem oblatam conspiciens Hellenicus, signum quod dare coniuratis statuerat, non dedit, sed manus ad caelum tollens clara uoce: Quid cunctamini, inquit, o uiri, pulcherrimum spectaculum in medio uestrae ciuitatis aedere? Tunc primus Cylon districto gladio unum ex his qui tyrannum comitabantur occidit. Thrasymbulus uero Lampidusq; quum properato gradu tyrannum peterent, ipse illorum impetum fugiens in proximam

Iouis ædem sese recepit, ibiq; à persequentibus confos-
sus occubuit. Coniurati post hæc, cadauere in medio fo-
ro protracto, ciues ad libertatem conuocabant. Quumq; fre-
quentes undique conuenirent, pauci tamen præuenire mu-
licres potuerunt, quæ statim ad primum nuntium excita-
te summo clamore gaudioq; decurrentes in forum, uiris qui
illis aderant congratulabantur. Interea quum frequens
turba in tyranni regiam prorumperet, uxor eius una cum
duabus filiis thalamum ingressa, obseruatisq; foribus sese in-
serto circa collum laqueo peremit. Erant, ut antea diximus,
tyranno duæ filie insignes forma, atque ætate iam nubles,
has è thalamo, in quem confugerant, per uim detractas qui-
dam ut uitiatas occiderent deducebant. His forte obuiam
facta cum mulierum turba Megistona, perindigna illos ac
nefaria moliri exclamat, si popularem uitam agere uelle
profitentes, ea tamen facere aggrediantur, quæ uix etiam
tyrannorum seuisimi facere auderent. Ad huius uocem
quum omnes propter mulieris reuerentiam substitissent,
optimum illi consilium usum est, ex eorum manibus puellas
eripere, ijsq; seipsas interimendi facere potestatem. Redu-
ctis igitur in thalamum, præcepit, ut quo eis magis placcret
moriendi genere optato sese perimerent. Tunc earum quæ
natu maior erat, zonam qua cincta erat dissoluens, la-
queum quo se perimeret innectebat, & germanam horta-
batur, ut quæ se facientem uidisset, eadem ipsa quoque
perageret, ut quæ humile quicquam, aut eorum genere in-
dignum facere caueret. Tum iunior zonam manibus ap-
prehendens orabat, ut sibi priorem moriendi locum con-
cederet. Ad hæc illa: neque aliquid omnino, inquit, dum
uiuere licuit, negatura tibi soror fueram, & nunc quando
ita uis, extremam hanc ex me gratiam accipe. Ego autem,
quando

quando tibi ita placet, superuiuam, & quod mihi ipsa morte grauius est, charissima soror, te prius morientem intuebor. Hæc dicens zonam sorori tradens admonebat, ut nodum spinæ propius admoueret, quò citius faciliusq; suffocaretur. Inde ubi illam iam expirasse adimaduertit, solutum cadauer quoad poterat uestibus circumtexit. Tunc ad Megistonam conuersa rogabat, ne se post mortem turpiter nudatam iacere pateretur: atque his dictis eodem innexa laqueo uitam finiuit. Ita neminem tam inhumanum atque infersum tyranno fuisse arbitror, qui tali uirginum ingenio, tantaq; animi ingenuitate non flecteretur. Verum hæctenus, quum penè innumera alia supersint, communi plurium mulierum gesta consilio dixisse sufficiat. Deinceps singularum uirtutes sparsim, ut quanque sors obtulerit, perscribemus, minime opus esse arbitrantur, in hac historia temporum ordinem rationem uel seruare.

PIERIA.

XVI.

EX Ionibus qui Miletum habitabant, nonnulli aduersus Nilei filios facta seditione in Myntem discessere, ibiq; sedibus constitutis habitabant. Verum crebris Miletiorum incursionibus agitati, continenter aduersus illos pugnare cogebantur. Sed quum ex eadem ciuitate essent utrique oriundi, & seditionis tantum gratia factæ aduersus ipsos Milesij pugnarent, non extremis odijs inter se dissidere satis constabat, quippe quum festis quibusdam sacratisq; diebus mulieres ex Myunte Miletum proficisci paterentur. Erat inter eos qui in Myunte habitabant, uir & diuitijs & nobilitate excellens, nomine Pythes: is uxorem Iapygiam, filiam uerò Pieriam habebat, quæ quum tempus aduenisset, quo Dianæ sacra peragebantur, Miletum ut sacris interessent proficiscuntur. Ibi Phrygius ex Nilei filijs maior natu ue-

hemen

hementi Pieriæ amore correptus, interrogauit, quidnam illi gratissimum à se præstari posset: quæ id sibi longè omnium gratissimum fore respondit, si det operam ut quàm sæpius multisq; socijs comitata Miletum sibi uenire liceat. Quo dicto facillè Phrygius animaduertit, amicitiam pacemq; ab illa exposci. Itaque conuocatis in unum ciuibus, pacem cum his qui in Myunte habitabant composuit. Ex hoc magnum apud utranque partem Pieriæ nomen habitum est, magnoq; ab omnibus honore beneuolentiæq; colebatur, ut etiam uulgo inter mulieres optaretur, quod in hunc etiam diem permansit, ut sic se amari uelle dicant, sicut Pieriam Phrygius adamauit.

POLYCRITA.

XVII.

Bellum inter Naxi habitatores, ac Milesios, ob Hypsicreontis uxorem Neæram ita exortum esse perhibetur. Quum Promedontem ex Naxo oriundum, Hypsicreontis autem uiri sui hospitem adamaret, clanculum illi quum in uiri domo uersaretur se commiscuit. Posthac amore ardens, & uiri iracundiam formidans, unà cum Promedonte in Naxum abiit, ibiq; se Vestæ addixit obsequio. Hanc igitur à uiro sæpius repetitam, quum reddere Promedontis gratia Naxij recusarent, & religionis occasionem iniuriæ prætenderent, repente bellum inter utrosque est excitatum. Quumq; Ionum plurimi sese Milesijs socios addidissent, tum præcipuè Erythræi egregie operam nauarunt. Ita multis utrinque acceptis atque illatis calamitatibus, bellum iam diutius protractum, unius tandem mulieris opera finem accepit, quod mulieris iidem peruersitate fuerat institutum. Diognetus Erythæorum imperator, quum uallo munitionibusq; Naxiorum urbem clausisset, ad populandos agros conuersus ingentem

ingentem omnifariam rerum generis prædam abegit, inter quæ mulieres liberæ, uirginæq; complures extiterunt. Ex ijs unam ipse ante alias forma præstantem, nomine Polycritam, sibi delegit, eiusq; amore incensus non quasi captiuam seruam, sed ueluti legitimam uxorem tenebat domi. Interea quum solennis sacrorum dies Milesijs aduenisset, militibus ducibusq;, quòd nihil penitus hostem timerent, in Venerem potumq; profusis, Polycrita Diognetum rogauit, an sibi per eum liceret sacrorum libaminum partem ad fratres mittere, qui in ciuitate obsidebantur. Quumq; id sibi permisisset Diognetus, ipsa plumbeam laminam placentæ insertam unà cum alijs quibusdam cibarijs seruo ad fratres tradidit deferendam, ac simul nuntiare iubet, ut soli ijs quæ à se missa essent uescerentur. Ii quum inter edendum plumbeam laminam offendissent, quæ in ea conscripta erant perlegerunt: Monebat autem ipsos Polycrita, ut proxima nocte totis uiribus hostes adorirentur, haud dubie uictoria potituri, quòd omnes diurna crapula uinoq; confecti negligenter incompositæq; iacerent. Ea quum Polycritæ fratres animaduertissent, rem omnem ad imperatores quamprimum deferunt, qui illorum adhortationibus compulsi, eductis ex urbe copijs hostium castra inuadentes, multisq; interfectis, nullo labore ipsa ceperunt: inde ad perquirendos Diognetum Polycritamq; sunt conuersi, quæ suos ciues pro illius salute deprecata, ut incolumi abire liceret, impetrauit. Ipsa uerò cum fratribus in urbem reuertebatur: cui ciues uniuersi obuiam procedentes gratulabantur, eius uirtutem ac prudentiam admirantes summis laudibus efferebant. Verum ipsa tantæ lætitiæ magnitudinem non sustinens, in omnium conspectu ad ciuitatis portam repente expirauit, ubi etiam sepulcrum
 illi

illi publico sumptu constitutum est, quod fascinationis sepulcrum nuncupatur, quod tanquam inuidi cuiuspiam fascinatione concessis honoribus Polycrita prohibita fuerit. Atq; hæc ita ut enarrata sunt gesta fuisse, Naxiorum quidam scriptores tradiderunt. Verū Aristoteles non captam à Diogneto Polycritam, sed quum illam forte uidisset, ingenti amore correptum scribit ultro se omnia facturum esse pollicitum, si ad eum Polycrita accedere uellet. Cuius ipsa petitionibus ita se assensum ire dixit, si sibi unum duntaxat concederet, atq; id iureiurando præstito se facturum confirmeret. Quæ omnia ut petebantur futura quum spondidisset Diognetus, ipsa Delium liberum sibi dare postulauit: sic enim ager urbi adiacens uocabatur, in quo hostes castra collocauerant: aliter se nullis conditionibus unquam ad eum uenturam. Tum Diognetus & amore ardens, & iuramenti insuper religione obstrictus, motis ex eo loco castris retrocedens liberum Polycritæ agrum concessit, quæ illum suis ciuibus dono dedit. Ex quo Naxij rursus Milesijs æquales facti inducias primo, mox etiam pacem quibus uoluerit conditionibus pepigerunt.

LAMP SACE.

XVIII.

PHocenses erāt ex Codri progenie gemini fratres Phobus & Blepsus, quorum Phobus primus omnium e pe tra Leucadia sese in mare præcipitare est ausus, ut Charon Lampfacenus in historijs retulit. Is quum esset & uirtute præstans, & regia quadam dignitate ornatus, ad insulam Parum aliquando negotiorum priuatorum gratia nauigauit, ubi à Mandrone Bebryciorum, qui & Pityoësseni dicuntur, rege & hospitio & amicitia susceptus, in bello, quod is tum forte cum finitimis gerebat, socius fuit. Hoc igitur officio permotus Mandron, quum plurima

abcunt

abeunti Phobo beneuolentiæ argumenta dedisset, tum in
 agri ac ciuitatis partem asciuit socium, si ex Phocide colo-
 nos adducens Pityoëssam incolere uellet. Egressus igitur
 in patriam Phobus ciuibus aliquot persuasit, ut habitatum
 secum in Pityoëssam concederent, fratrem qui coloniam de-
 duceret simul cum ipsis eodem mittens. Nec sanè Man-
 dron illos promissis defraudauit. Igitur in Pityoëssa con-
 stituti Phocenses, quum bella asidua contra finitimos bar-
 baros gererent, atque ex eorum præda spolijsq; ditati,
 inuisi primo, mox etiam suspecti Bebricijs esse cœperunt.
 Igitur ex urbe illos pellerè cupientes, primum aduersus
 eos Mandronem uarijs iniectis suspicionibus irritare ten-
 tabant: qui quum esset ingenio mitis atque perfacilis, eo-
 rum dicta aspernabatur: uerum Mandrone ipso peregre
 profecto, Bebricij dolis inuadere Phocenses constituerunt.
 Quod quum Lampface Mandronis filia adhuc innupta
 comperisset, primò quidem amicos ac familiares ab ince-
 pto detertere conata est, admonens rem scelestam atq; ne-
 fariam ipsos aggredi, quum in socios belli ac beneficos ui-
 ros, nunc uerò conciuēs etiam suos tantum facinus molian-
 tur. Vbi uerò nihil eos suis uerbis moueri sensit, rem omnem
 clanculum ad Phocenses detulit, qui celebritate quadam
 et solenni epularum apparatu simulato, Pityoëssenos ad
 conuiuia extra ciuitatem uocauerunt. Ipsi uerò bisariam di-
 uisis copijs, partim ad occupanda ciuitatis moenia, partim
 captis antea uictisq; Pityoëssenis, ad reliquam ciuitatem
 capiendam discurrerunt. Atque per hunc modum ciuitate
 potiti, Mandronem qui rebus consuleret reuocarunt. Lam-
 psacem uerò morbo defunctam in ciuitate sepelientes egre-
 gio funcre decorarunt, atq; urbem ex eius nomine Lam-
 psacum appellarunt. Sed postquam Mandron proditoris
 suspicionem

suspicionem deuitans unà cum illis habitare noluit, interfectorum filios atq; uxores ad se mitti iussit: quod illi sine fraude facientes nulla penitus allata iniuria præstiterunt, & Lampfacæ primò heroicis honores tribuentes ad extremum inter deos referri, eiq; tanquã deæ sacra fieri publico decreto statuerunt, eumq; sacrificandi morem in posterum semper fixum immobilemq; seruarunt.

ARETAPHILA.

XIX.

Aretaphila Cyrenæa ipsa quidem, non multum à nostra ætate remota, quippe quæ Mithridatis tempore claruerit, sed uirtute & rerum gestarum gloria præscis heroum filiabus omni ex parte extitit conferenda. Hæc Aeglatoræ patre nata Phedimo nupsit adolescenti, nobilitate ac diuitijs inter conciues suos faciliè principi. Quumq; forma corporis, & aspectu pulcherrima esset, prudentia tamen & uirtute animi corporis pulchritudinè superabat, neq; ciuilibus facundiæ atque eloquentiæ expers habebatur. Hanc etiam patriæ calamitates illustriorem effecerunt. Nicocrates enim Cyrenis occupata tyrannide, quum ciues permultos morte damnasset, Menalippo Apollinis sacerdote propria manu interempto, sibi sacerdotij ius auctoritatemq; usurpauit. Phedimo quoque Aretaphilæ uiro per dolum necato, Aretaphilam quãuis inuitam reluctantemq; duxit uxorem. Is igitur quum multa in ciues crudeliter superbeq; quotidie faceret, tum illud uel in primis seuisimum apparuit, quòd ad portas ciuitatis custodes apposuit, qui elata cadauera pugionibus fodientes perscrutarentur, aut candentibus ferri laminis urerent, ne quis ciuium pro cadauere extra ciuitatem deportatus ipsum lateret. Erant hæc præter domestica mala Aretaphilæ molestissima, quanquã eius amore deperiens tyrannus ipsi plurimū

n

indulg

indulgeret. Quumq; erga omnes immanis atq; intractabilis esset, solam ipsam mansuetum facilemq; illum habere constabat. Plus tamen, ingentis spiritus mulierem dolor ex patriæ uexatione susceptus, quam uiri erga se indulgentia commouebat, ciuitatemq; tam inhumaniter ab eo uexari tacita indignabatur: præsertim quum nouæ quotidie cædes uarijs in ciues confictis criminibus à tyranno fierent, omnesq; penitus tanta scelera ulcisci posse desperarent. Exules enim, & alioqui impotentes, & tyranni etiam timore perculsi uariè sese disperferant, sola autem Arctaphila publicis rebus spem aliquam asserre, & communi inuiciarum ultionem tentare ausa est, Pherææ Thebanæ multorum laudibus celebratam audaciam ad imitandum sibi proponens. Sed quum sibi non æquè atq; illi socij atque adiutores facinoris adessent, ueneno hominem aggredi meditatur, in quo multa sibi aduersa contigerunt: quumq; plurimi peragendi propositum tentati modi eam defecissent, ad extremum in crimine deprehensa, non ultra ualuit mentem suam, qualis esset erga uirum, dissimulare, quum certissimis argumentis conuicta teneretur. Igitur Caluia Nicocratis mater, & alioqui garrula atque inexorabilis mulier, grauib; supplicijs affectam Arctaphilam quamprimum interficiendam censebat, sed Nicocratis iracundiam leniorem faciebat amoris erga Arctaphilam magnitudo, tum quòd ipsa constanter sanè accusatoribus respondebat, alias quasdam causas ueneni, quòd apud ipsam compertum fuerat, prætendens. Quum uerò manifestis indicijs argueretur, ut ueneni præparationem diffiteri se minime posse conspiceret: Fateor, inquit, à me medicamentum, non tamen ad mortem fuisse paratum. Sed quum scirem, mi uir, multis propter summam in me

bencuo

beneuolentiam tuam peruersis mulieribus odiosam esse & inuisam, quod tantum gloria potentiaq; excellerem, contra earum artes atq; dolos aliquo mäsuri in me amoris poculo tanquam præsidio nunciendam statueram. Ob id igitur talia à me quæsita fuisse non diffiteor, quæ fortè leuioris ac muliebris ingenij uideri, non tamè mortis supplicio digna existimari debent, nisi tu uir, huius cause iudex constitutus, medicamentum & incantationum causa necandã uxorem esse censueris, quod te forte magis quàm uelles admauerit. Talia constanter dicente Arctaphila, Nicocrati placuit, tormētis adhibitis huius facinoris quæstionem haberi, eiq; Caluiam matrem præfecit: quæ nulli tormentorū generi parcens, quoad potuit, diligentissimè omnia exquisiuit: quæ omnia admodum constanter Arctaphila pertulit, ut ipsa etiam Caluia quærendo sit fatigata. Tum Nicocrates quæstionem dimitti iubens, innoxiam esse Arctaphilam sibi persuasit, quodq; ipsam torqueri passus esset poenituit. Nec multo post amoris magnitudine superatus, iterum Arctaphilæ pristino more conciliatus, summis honoribus atq; omni comitate illius beneuolentiam recuperare nitēbatur: uerum ipsa suppliciorum & calamitatum, quas perpeffa fuerat, haudquaquam immemor, nulla aut gratia, aut beneficentia fletebat animum. Sed quum ad honestam erga patriam amorē, qui illam ad facinus tentandum compulerat, noua insuper accessisset indignatio, aliam perdendi tyranni rationem ingreditur. Erat Arctaphilæ ex priore uiro filia, ætate iam nubilis: hac uelut esca ad alliciendum tyranni fratrem utebatur, uirum suapte natura ad uoluptates procliuem: præterea medicamentis & incantationibus nonnullis usam ad capiendum iuuenem, cui Leandro nomen erat, nonnulli perhibent. Hanc igitur exo

rato fratre uxorem acciperet summo studio contendens effecit. Inde ubi primum simul congressi sunt, puella sicut à matre fuerat instituta, uirū multis uerbis ad liberandam patriam exhortatur, asserens ne ipsum quidem sub tyrannide uiuentem liberum esse, quum nec accipiendi pro suo arbitrio uxorem, nec acceptā retinendi ius haberet, nouas quotidie à tyranno calumnias & suspiciones adiiciens contra fratrem irritabat, gratum id quoq; Aretaphile futurum ostendens. Quod ubi Leander intellexit, maiorem animo rem aggressus, Daphnidis familiaris sui opera, quæ consilij participem fecerat, tyrannum interfecit: uerum non ultra Aretaphilæ obsequutus, re ipsa atque operibus patefecit, se fratricidam potius quàm tyrannicidam extitisse: omni enim imperij iure in se translato, iniuste imprudenterq; damnabatur, honore tamen aliquo & reuerentia Aretaphilam obseruans. Quæ quum illi clanculum aduersaretur, clandestinas moliebatur insidias: ac primo quidem Libycum bellum aduersus eum concitauit, Anabocuidam ex Libya oriundo persuadens, ut Leandri finibus uastatis exercitū urbi admoueret. Post hæc amicos Leandri, atq; exercitus ductores tanquam desides, minimeq; ad gerendum bellū idoneos criminabatur, ocij ac pacis quàm belli cupidiores affirmans. Quapropter quiete sibi opus esse, si stabilire tyrannidē, & liberē suis ciuibus cuperet dominari. Itaq; inducias, si ita uelit, cum hoste facturam, & Anabum in colloquiū adducturam pollicetur. Sic enim facilius inter eos res posse cōponi, priusquam coeptū nuper inter utrosq; bellum mutuis damnis inferendis crudesceret. His ubi Leandrum adnuere animaduertit, priusquam destinatus colloquio dies adesset, per occultos nuntios Anabum rogat, ut inter colloquia Leandrum interficiat, magnum

magnum auri pondus, si id effecerit, illi se daturam promittens. Quibus conditionibus, quum Libycus assensus esset, & instaret colloquijs dies, Leander alias ex alijs causas proferens colloquium abnuebat. Attamen Aretaphilæ uerecundia permotus, quæ ultro se illi comitem affituram pollicebatur, tandem inermis ex urbe, ac sine custodibus ullis processit. At quum iam Anabo propinquans, illum contrauenientem aspexisset, permotus animo custodes corporis expectare uelle dicebat. At præsens Aretaphila partim hortando, partim accusando formidinem, tandem uerò cunctantem ex manu trahens, constanter sanè atq; audacter ad Barbarum perduxit, atque in eius manus captiuum tradidit, quem uinctū Libyci carceriq; inclusum seruarunt, quoad Aretaphilæ amici promissam Anabo pecuniam attulerunt, quibus cum magna ciuū profecta multitudo est, atque omnes re ut gesta fuerat intellecta, cursim ad Aretaphilam gratulatum atque coeptum opus perficere hortatum processerant. Ipsa enim conceptæ aduersus tyrannum iracundiæ iam ferme oblita, ad supplicium de eo sumendum languidior uidebatur, ciues autē de recuperanda libertate in primis erant solliciti. Igitur Aretaphilam summa cum letitia adeuntes, quasi diuinum aliquod numen effusis lacrymis & prostratis humi corporibus uenerabantur. Alijs itaq; super alios frequenter aduenientibus, uix tandem ut eis Leandrum traderet impetrare: unde uesperis simul omnes in urbem redeunt, ac debitis laudibus honoribusq; Aretaphilæ persolutis ad supplicium de tyranno sumendum animos conuertere. Et Caluiam quidem tyranni matrem uiuentem cremauerūt, Leandrum uerò culeo insutum in mare proicere. Demum Reipublicæ instituendæ intenti Aretaphilam ut unā cum ciuitatis

optimatibus Remplicam gubernandam capesseret hortabantur. Quæ tanquam in dubio difficilique certamine, utque ad præmiorum distributionem uersata, ubi liberam ciuitatem suique iuris factam conspexit, in sacrarum uirginum domum secedens, negotiorum omnium, ac ciuiliu rerum cura posthibita, quod reliquum fuit uitæ inter amicas sociasque mulieres placide tranquilleque peregit.

C A M M A.

X I X.

Galatæ duo quidem fuerunt Sinatus et Synorix, cum potentia apud suos clari, tum familiaritate inter se, et generis propinquitate coniuncti. Ex quibus Sinatus uxorem duxit uirginem, nomine Cammam, corporis forma et pulchritudine claram. Neque enim solum uirtutibus quæ à muliere exiguntur, modestia et erga uirum obseruantia, sed prudentia quoque et ingenua quadam animi magnitudine excellebat. Humanitas præterea, atque erga inferiores præcipua comitas amabilem gratamque omnibus ipsam reddebant. Accedebat ad hæc non parui apud eas gentes habitum ornamentum, Dianæ sacratam esse, quæ apud Galatas religiosissime colitur, cuius festis sacrisque celebrandis tanta obseruantia et cultus magnificentia præerat, ut omnes in sui admirationem conuerteret. Huius igitur captus amore Synorix, quum neque precibus ipsam flectere, neque ulla ui cogere iuente Sinato posse animaduerneret, scelestissimum facinus ausus, dolo Sinatum interemit. Nec ita multo post missis ad Cammam nuntijs, in Dianæ templo degentem, connubium eius petebat: quæ non humiliter aut abiecto animo indignam uiri mortem ferens, diligentissime quonam pacto de Synorige supplicium sumeret, obseruabat. Qui maiore indies studio petitionem urgens,

rationes

rationes haud multū à ueritate alienas afferebat, neq; genere, aut alia quapiam re Sinato inferiorem sese esse prædicans, perpetratæ uerò cædis non odium aut auaritiam, aut aliam omnino causam, præter nimium amorem Cammæ fuisse testabatur, cui facile ueniam ab ea tribui censebat oportere. Quum iugiter Camma fatigaretur, primo non admodum asperere aut inhumaniter petentibus aduersata, paulatim deinde mollescere, ac uerbis animum flecti simulauit, quum præsertim affines amiciq; omnes Synorigis gratia commoti, eius uoluntati ut acquiesceret hortarentur, uim quoq; ad extremum illaturum illum minitantes. Quibus tot rebus tandem Camma permota Synorigem ad se in templum uocari iubet, quasi deam huius autorem connubij factura: uenientem deinde benigne atque humaniter excipiens ad aram perduxit, & phialam tanquam deæ libamen tenens ipsa primo partem ebibit, reliquum deinde Synorigi bibendum porrexit: erat autē uenenatum mulsū quod phiala cōtinebatur. Idq; postquam ebibisse illum animaduertit, clara uoce exclamans, & deæ simulacrum uenerata: Te, inquit, dearū præclarissima obtestor, me huius tantū diei gratia Sinato superstitem hætenus fuisse. Quid enim illo mortuo tanti temporis usus afferre poterat præter huiusce ultionis spem? cuius iam compos tuo numine effecta libens uolensq; ad uirum descendendo. Tibi uerò omnium scelestissime sepulcrum pro thalamo, & pro nuptijs funus amici familiaresq; parabunt. Ea quum Synorix audisset, & iam uisceribus inherens uenenum sentiret, primo quidem currum conscendit, agitatione atq; concussu uenenum è corpore depulsurum existimans, uerum ibi diutius consistere ob dolorem non potens lætica se circumferri iussit, neque ita multò post è uita

migravit. At Camma magnam noctis partem contra ueneni uim reluctata, ubi defunctum Synorigem audiuit, prompto atq; alacri animo decessit.

STRATONICA.

XX.

PRæbuit insuper Galatia Stratonicam Deiotari, & Chiomaram Ortiagontis uxores, memoratu sanè dignas mulieres. Quarum Stratonica quum se filijs, qui uiro succederent, carere, idq; non uiui, sed sui uitio euenire animaduertet, persuasit uiro, ut ex quacunq; posset muliere procreatos filios sibi supponeret. Tum Deiotarus mulieris prudentiâ admiratus, eius consilij obtèperare non recusauit. Ipsa igitur ex ancillis uirginè præstati forma Electram nomine deligens, ut Deiotaro cõiungeretur effecit, atq; ex ea progenitos filios suscipiens tanquam legitimos, ingenuè liberaliterq; summa cum beneuolentia educauit.

CHIOMARA.

XXI.

EX eadem quoq; Galatia & Chiomara orta est, Ortiagontis uxor, per id temporis capta, quo Romani Galatas, qui in Asia sunt, bello superauere. Hanc Tribunus quidam in diuidenda præda sortitus, ut plerunque militarium hominum fert consuetudo, uitiavit. Is erat cum propensus ad libidinem, tum uerò pecuniæ auidissimus, ut facile auaritia libidinem superaret. Igitur quum Chiomarae affines multum auri pro ipsa redimenda pollicerètur, Tribunus diligentissimè mulierem obseruabat. Fortè autem fluuius locum, in quo Chiomarae cognati habitabant, & Romanorum castra mediis interfluebat: hunc postquam illi promissum redemptionis præmiū afferètes transfregi sunt, iamq; ea recepta domum remearèt, ipsa seruorum cuidam iubet, ut Romanum, qui eam salutandi gratia usq; ad fluuium prosequeretur, interficeret. Quumq;

cuius

cius mandatis seruius obtemperans captata opportunitate
 Tribunalium occidisset, ipsa defectum à cadauere caput
 proprijs uestibus inuoluens unà cum suis domum reme-
 uit: utq; primum in uiri conspectum peruenit, laxato sinu
 caput quod gestabat, ante illius pedes effudit. Quumq;
 ille rei nouitate ac magnitudine perculsus mulierem in-
 terrogaret, num fidem seruare præclarum arbitraretur:
 Sanè, inquit illa, uerum hoc longè, ut opinor, præclarus
 est, unum duntaxat ex his qui mecum concubuerint uiue-
 re. Hoc se Polybius quum Sardis uersaretur, multorū ser-
 monibus celebratum audisse testatur, mulieris constantiam
 atque prudentiam admirans. Sed aliud quoq; eadem pro-
 uincia scribendi præstat argumentum. Nam quum Mi-
 thridates ad L. X. ex Galatarum optimatibus, simulata
 amicitie causa, Pergamum accersisset, asperè deinde su-
 perbeq; illos exagitans, uehementer eorum contra se ani-
 mos irritauit, regis iniurias haudquaquam æquo animo to-
 lerantium. Erat inter Galatas Toreadorax, uir & proce-
 ro robustoq; corpore, & animi audacia ac fortitudine
 præstans, qui negotium concedentibus reliquis susceperat,
 ut Mithridatem ex gymnasio, ubi iuri dicendo consistere
 consueuerat, abreptū in fossam, quæ non procul inde abe-
 rat, præcipitaret. Fortè eo die quū Mithridates ad gymna-
 sium uenire nollet, Galatas domum ad se uenire iubet,
 eos Toreadorax hortatur, ut quum in unum congressi fue-
 rint, omnes impetu factò regem trucident. Verum id con-
 silium Mithridatem minimè latuit, quum ex eorum nu-
 mero quidam rem omnem ad regem detulisset. Quapro-
 pter ingenti iracundia percitus rex, singulos Galatas sin-
 gulis licitoribus mactandos tradidit. Nec ita multò post
 sibi uenit in mentem, esse in illorum numero adolescen-

tem cum nobilitate insignem, tum forma & ætatis flore omnium qui apud se essent præstantissimum. Eius igitur miseratione commotus ægre admodum ferebat, quod ipsum quoque iussisset interfici. Et quanquam de eo iam sumptum supplicium arbitrabatur, aliquos tamen dimisit, qui, si uiuentem adhuc nacti essent, eum morti subtraherent. Huic Vepolitano nomen erat, & casu quodam euenerat, ut is, quando comprehensus fuit, egregiam uestem miroq; opere elaboratam indutus esset. Hanc igitur puram atque incruentam licetor habere cupiens, quum in spoliando iuuenens esset occupatus, nuntios procul à rege missos effuso cursu ad se uenientes, & nomine Vepolitanum appellantes, est conspicatus. Itaque quæ pluribus exitij causa solet esse auaritia, Vepolitano insperatam salutem attulit. Inter hæc Toreadorax occisus regis iussu inhumatus iacebat, neque ad eum sepeliendum amicorum quisquam audebat accedere, uerum Pergamena mulier, quam ob eximiam pulchritudinem Toreadorax adamauerat, summum discrimen subire ausa, acceptum corpus, & quibuscunque poterat ornamentis decoratum sepelire parabat. Quod ubi regij custodes animaduertere, comprehensam mulierem ad regem adducunt: qui eius pulchritudine nonnihil commotus, eiusq; simplicitatem ac fidem admirans, ubi amorem huius rei causam esse comperit, eam omni reatu absoluens incolumem abire iussit, eidemq; amati corpus ad sepulturam concedens, uestes aliosq; funere dignos ornatus ex propria suppellectile largitus est.

TIMOCLIA.

XXII.

Theagens Thebanus eadem cum Epaminonda & Pelopida, cæterisque optimatibus, sentiens de Republica, in ea pugna, qua pro communibus Græciæ fortunis apud

apud Cheroneam pugnatum est, cecidit, quum iam hostilem aciem quæ contra se steterat, profligatam uictor insequeretur: is præcipuum quempiam ex hostibus persequens, quum ille, quonam usq; nos tandem persequeris? clamitaret, Macedoniam usque, respondit. Huic mortuo soror superstes relicta fratris uirtutem & propinquitatem egregijs operibus est testata, quanquam uirtute alibi haud multum uti licuit, quàm ut communes calamitates æquo animo toleraret. Nam postquam Thebis potitus est Alexander, milites per omnem urbem prædabundi discurrentes, alius aliam, ut cuiq; sors obtulerat, partem diripiebat: fortè euenit, ut Timocliæ domum uir quidam impius atq; inhumanus, Thracum equitum præfectus, occuparet, qui regi & nomine & genere cõueniens, moribus ab eodem uehementer dissidebat. Is Timocliæ neq; genus, neq; antea uitæ pudicitiam ueritus, ubi coenatus multo se uino ingurgitauit, Timocliam secum dormitum accersiri iubet: neq; illata iniuria contentus, inter loquendum diligentissime, num quid auri aut argenti defodisset, aut uspiam occidisset, sciscitabatur: ac partim minitando, partim uxoris loco eam se habiturum pollicendo, quod cupiebat, extorquere conabatur. Illa uerò, ut erat ingenio prompta, oblatam ab aduersario occasionem libenter arripens: Utinam, inquit, mori potius, quàm uiuere mihi ante hanc noctem contigisset: corpus enim ab omni contumelia intactum inuiolatumq; seruassem: uerum te unum tutorem dominum uirum, ubi ita dijs uisum est, habitura, quæ tua iam sunt, amplius te celare non debeo: Mihi enim iam nihil aliud, quàm quod tibi libuerit, accidere posse conspicio: quo pacto igitur se res habeat, accipe. Ego quum multum haberem cælati argenti, mundū quoq; muliebrem

maximi

maximi pretij, auri quoq; signati non parum, ubi urbem iam propemodum captam animaducti, omnia proieci, uel ut uerius loquar, in puteo aqua carente deposui, idq; pauci admodum nouere. Est enim puteus operculo quodam desuper tectus, & multis undique circumspectus uepribus. Tu igitur illa sumens fortunatissimus euades: mihi uerò eadem illa pristinae fortunæ, & domestici splendoris testimonium afferent. Ea quum Macedo audisset, quoad illucesceret dies, spectare non ualuit, & Timocliae se ad monstratum locum deducere, atque horti aditum, ne quis eò peruenire possit, claudere iubet. Ipse post hæc interiore duntaxat tunica indutus descendit in puteum, malo Genio, & illate in Timocliam iniuriæ ultricibus eò ducentibus. Nam postquam illum iam ad fundum putei descendisse Timoclia animaduertit, multos & ipsa proprijs manibus lapides in puteum deuoluens, plures etiam ancillas eòdem deicere iubens, uirū tandem nequicquā auxilia implorantē lapidibus obrutū interemūt. Ea res postquā Macedonibus comperta est, detracto ex puteo cadauere, quum iam rex per præconē edixisset, ne quis Thebanum ciuem auderet occidere, comprehensam Timocliam ad regem ducunt, perpetratæ ab ea cædis accusationem deferentes. Qui cum ex uultu atq; statura corporis, tum & incessus & morū grauitate generosam quandā in ipsa dignitatem contēplatur, primum quænam esset interrogauit. Ad quem ipsa constanter atq; interrito uultu respōdens: Mihi, inquit, Theagenes frater fuit, qui imperator in Chæronia contra uos pro communi Græcorum salute pugnans occubuit, ne nos ea, quibus nunc premimur, mala sustineremus. Ego uerò postquam nostro genere indigna pati sum coacta, nequaquam iam mortem abnuo: mihi enim mori longè

longè melius est, quàm noctem præteritæ similem, nisi tu prohibeas, experiri. His auditis adstantium pleriq; lacrymas continere non potuerunt. At Alexander non se quidem miserari tali animo præditam mulierem inquiring, sed magis uirtutem ac prudentiam admirari, principibus militiæ edixit, ut cauerent, ne qua posthac ingenue domui afferretur contumelia. Timocliam uerò, atque omnes generis propinquitate sibi coniunctos, incolumes, atque ab omni clade intactos seruari præcepit.

ERYXONA.

XXIII.

BAtti, cognomento Eudemonis, filius fuit Arcesilaus, uir moribus haud quaquam patri similis: Nam uiuo etiam parente, quum pinnas & propugnacula quædam circa domum suam ædificare cœpisset, à patre prohibitus, ac insuper talento mulctatus est. Is itaq; post patris mortem, quum & suapte natura ferox esset, & Learcho sceleratissimo atq; audacissimo uiro familiariter uteretur, ex rege sese in tyrannum permutauit. Verum Learchus insidias tyrannidi machinatus, optimum quenque Cyrenensium ciuium aut morte, aut exilio damnabat, eius rei culpam omnem in Arcesilaum transferens. Tandem quum in letalem morbum Arcesilaus incidisset, Learchus maritimo echino in potionem tradito, ipsum ad mortem compulit. Ipse uerò tyrannide occupata, eam Arcesilai filio seruare dictitabat. Verum puer & quia pede altero claudicaret, & ob ætatis etiam imbecillitatem non magni sanè à ciuibus existimabatur. Igitur studium omne in adolescentis matrem uertentes, summa charitate beneuolentiq; ipsam colebant: quæ quum prudentia & amore erga uirum præcipuo haberetur, tum affinium clientumq; multitudinem non paruas in ciuitate uires habebat. Quibus de
causis

causis permotus Learchus, eius coniugium exposcens, filium Battum in adoptionem si sibi nupsisset, assumere pollicebatur, successorem post suam mortē in regno futurum. At Eryxona, id enim mulieri nomen erat, quasi & ipsa coniugium exoptaret, fratres quid sibi esset agendum, consulere uelle dixit, eumq; ipsum adhortata est, ut rem cum fratribus cōmunicaret. Illi igitur dedita opera rem quam maxime in longum protrahentes, quod animo facere destinauerant preparabant. Inter hæc Eryxona missa ad Learchum ancillula, nuntiat fratres neq; connubio multum aduersari, neque eidem palam assentiri: quod si forte mutuo colloquendi facultas detur, fore ut quum non ultra iam obsistere possint, facile ac libenter assentiantur. Igitur optimum sibi uideri, ut ipse noctu quādocūq; placuerit ad se ueniat: principio nanq; peracto reliqua prospere successura existimare. Erant hæc Learcho uehemēter grata. Quumq; mulieris amore flagraret, se ubi illa iusserit uenturum pollicetur. Atq; hæc omnia Polyarcho, qui inter fratres eius maior erat, autore mulier faciebat. Igitur statuto simul congregandi tempore, Polyarchus adolescentes duos gladijs armatos in sororis cubiculo clanculū statuit, quorum parens non multo antea fuerat à Learcho interfectus. Inde ibi Learchus, uocante Eryxona domum, sine custodibus ullis ingressus est. Adolescentes impetu facto multis confossum uulncribus interfecere, & cadauer per fenestras domus eijcientes, Battum regijs insignibus ornatum ad populum produxere, eoq; in paterno regno constituto, pristinam Reipublicæ formam Polyarchus Cyrenæis ciuibus reddidit. Erant per ea tempora Cyrenis milites permulti ab Amaside Aegyptiorum rege missi, quorum fide atq; opera plurimum Learchus utebatur, magnumq;

magn
rei m
faban
renei
dum
re co
quo a
comm
tuit p
ram a
comit
la, qua
amore
Erat n
stimat
Batti
postq
ab eis
tudine
ornato
tia pro

NE
num ge
est, m
ritate d
tum ac
quod a
adhuc i
nec tam

magnumq; per eos timorem ciuibus incusserat. Hi gestæ rei nuntio ad Amasim misso, grauius Polyarchum accusabant. Quapropter cōmotus Amasis bellum repente Cyrenæis medicabatur, uerum ob matris mortem occupatus, dum iustas illi exequias ccelebrat, bellum paulisper differre coactus est. Interea legatos ad Polyarchum mittit, quo animo in eum rex esset nuntiantes. Quorum uerbis commotus Polyarchus, purgatum sese ad Amasidem statuit proficisci. Eryxona quoque nunquam illum deserturam asserens, atque omne secum discrimen subire uolens, comitem fratri itineris addit. Tum eorum mater Critola, quanquam ætate iam grauis esset, quòd utrunque miro amore diligeret, simul & ipsa itineris laborem suscepit. Erat magna mulieris eius apud omnes dignitas atque existimatio, cum propter egregias uirtutes suas, tum quòd Batti, qui Felix cognominatus est, soror extiterat. Hi postquam in Aegyptum peruenerunt, omnes perpetratum ab eis facinus admirabantur. Amasis uerò præcipue fortitudinem atq; prudentiam Eryxonæ contemplatus, magnis ornatos muneribus, & regia liberalitate ac magnificentia prosequutus, Cyrenas redire permisit.

XENOCRITA.

XXIII.

Nec minus profectò laudis meruisse uidentur, quæ à Cumæa Xenocrita aduersus Aristodemum tyrannum gesta sunt, quem nonnulli ob delicias Battum, id est, mollem cognominatum arbitantes, procul à rei ueritate discedunt: mollis enim apud Barbaros cognomen tum accepit, quod apud eos impuberem designat, cò quòd admodum adolescens unà cum æqualibus comatis adhuc in bello aduersus Barbaros gesto præcipue claruit: nec tantù audacia & animi uigore in pugnando, quantum
 prud

prudentia consilioq; excellere uisus est. Itaque quum ciues
 omnes in admirationem sui conuertisset, magnam est apud
 illos auctoritatem consequutus, & ab iisdem cum exerci-
 tu missus, ut Romanis ferret auxilium, quibus Tyrreni
 per id temporis ut Tarquinius Superbum in regnum
 restituerent, bellum intulerant. Ea quum diuturnior mi-
 litia fuisset, haud facile dici potest, quantum gratiae apud
 eos qui secum militabant, sibi comparauerit. Igitur ubi
 satis eos conciliasse existimauit, persuadet ut senatus au-
 thoritate deiecta, optimates ac potentiores omnes ex ur-
 be pellerent: quibus tandem perpetratis, non magno la-
 bore ciuitatis tyrannidem occupauit. Erat is libidine in
 mulieres, atque etiam ingenuos pueros supra quam dici
 potest corruptissimus. Fertur enim masculos quidem ado-
 lescentes in mulierum morem comatos, & auro, ceteroq;
 mundo muliebri instructos, apud se habere consueuisse:
 mulieres uero & tonderi capita, & epheborum chlamy-
 des, & breuissimas gestare tunicas coegebat: carumq; mul-
 tis quum deditus esset, unam tamen praeter ceteris amabat
 Xenocritam, quam exulante patre domi relictam nullis
 neque nuntijs, neque uerbis antea tentatam, repente ad se
 deduci iubet, magni ipsam muneris loco habituram exi-
 stimans, si apud eum quocunq; modo uersari posset. Ve-
 rum haec ingenuum puellae animum haudquaquam frege-
 runt, grauiusq; ferebat, quod insponsata indotataq; apud
 illum pro pellice uersaretur. Non minus praeterea quam
 qui tyranno insensissimi erant, patriae libertatem exopta-
 bat. Forte euenit, ut per id temporis Aristodemus opus
 arduum sane maximiq; laboris, uerum nullius usus aut
 commoditatis futurum aggrediretur: Ingenti enim fossa
 Cumaeorum agrum circumdare statuit: quod non utilita-
 tis

tis cuiusquam, ut diximus, aut necessitatis gratia exco-
 gitarat, sed ut assiduo labore fatigatis ciuibus, nullius ocij,
 aut cessationis occasionem daret: Erat enim singulis certa
 in mensura agri spatium definitum, quod effodere, atque
 indigestam humum asportare cogebantur. Consueuerat
 autem Xenocrita quandocumque domo abesset Aristode-
 mus, uelato capite in secretiorem domus partem secedere.
 Talia igitur facientem adolescentium aliqui ex his qui
 simul uersabantur, per iocum interrogarunt, cur unum
 duntaxat Aristodemum tantopere coleret, ut alios ne col-
 loquio quidem dignaretur. Quibus illa serio, non ioco re-
 spondens inquit, quia solus ex Cumæis Aristodemus iur
 est. Hoc dictum animos omnium qui audierant pupugit:
 generosiores uero ad libertatis curam recuperandæ ere-
 xit. Fertur quoque Xenocritam id contemplatam grauiter
 ingemiscentem subiecisse: quàm mallet & ipsa cum pa-
 tre simul terram effodere atque asportare, quàm in huius-
 modi delicijs summaq; potentia apud Aristodemum uer-
 sari. Quæ res magnotopere coniuratorum animos confir-
 mauit, quorum princeps Thymocles erat. Igitur Xeno-
 crita in regiam aditum præbente, inermem atque omni
 custodia uacuum tyrannum aggressi nullo prohibente in-
 terfecerunt. Ita duplici mulieris uirtute Cumæorum ciui-
 tas libertatem accepit: Nam & prima eius recuperandæ
 curam cogitationemq; iniecit, & ad opus perpetrandum
 contulit auxilium. Quumq; Cumæi ciues maximos ho-
 nores afferre Xenocritæ pararent, illa omnibus neglectis
 unum duntaxat ab eis postulauit, ut sibi Aristodemi cor-
 pus liceret sepelire. Quo facile perlibenterque concesso,
 ciues sacerdotem Cereris ipsam constituere, non manus
 deæ sacerdotem, quàm mulieri sacerdotij honorem gra-
 tum

tum futurum arbitrantes.

PYTHEI VXOR.

xxv.

Pythei quoque uxorem, quae Xerxis temporibus clarruit, prudentia probitateque insignem fuisse perhibent. Eius vir Pytheus, aurifodina inuenta, cupidè nimis, aut superflua quadam curiositate eiusmodi operi intentus, omnes in eo ciues occupatos habebat, quum alijs ad fodiendum uteretur, alios constando purgandoque fatigaret, quosdam uerò ei quod iam paratum esset custodiendo praeficeret. Omnibus igitur circa auri comparationem occupatis, quum aliud nihil agere possent, multique ob laboris magnitudinem perirent, cuncti uerò tam multum in ea re studium improbarent, mulieres facto agmine ad Pythae uxorem uenerunt, orantes, ut huic malo aliquod remedium imponeret. Ipsa mulieres benignè alloquuta, discedere, ac bono animo esse iubet. Inde fabris, quibus ciuitas ob auri multitudinem abundabat, adhibitis, aureos panes, atque omnis generis cibaria ex auro fabricari mandauit, et ea praecipue quibus Pytheum delectari cognouerat. His diligenter studioseque confectis, Pytheus, qui dies aliquot ab urbe absuerat, domum rediit. Venienti itaque, et parari coenam postulanti, mulier auream mensam afferri iussit, in qua nihil quod esui esset, appositum erat: sed omnia ex auro, ut antea diximus, fabricata. Ae primo quidem aspectu gauisus est Pytheus, mira arte singula elaborata conspiciens. Inde aspectu iam abunde satiatus, quicquam cibi afferre praecipiebat: uerum mulier cuncta quae postulasset ex auro composita iubebat apponi. Quumque ille iracundia percitus esuri se uociferaretur, neque se aurum per id temporis amplius exposcere: Tu uerò, inquit mulier,

hier, nullius rei præter hanc unam habendæ facultatem
 præbes: omnis enim uirorum cura, omnisq; ars tuo iussu
 in parando auro uersatur, ut nemo iam agros colat, om-
 nisq; ferendi, plantandi, ac nutriendi arbores diligen-
 tia perijt, dum in his fodiendis ac perquirendis, quæ mini-
 me usui esse possunt, tuo iussu omnes sunt occupati, nec
 pauci etiam eiusdem rei causa moriantur. Hac oratione
 non mediocriter commotus Pytheus fodiendi negotium
 haudquaquam penitus omittens, quintam duntaxat ciuium
 partem in opere continuit, reliquos cum agricultura,
 tum cæteris artibus operam dare præcepit. Post hæc quum
 Xerxes in Græciam transire pararet, Pytheus egregie in-
 structum exercitum mittens petebat à rege, ut ex pluribus
 quos habebat filijs, uni saltem uacationem militiæ conce-
 deret, qui eius sustentare senectutem, & quæ domi agen-
 da essent, administrare posset. Verum indignatione atque
 iracundia percitus Xerxes, filium quem domi remanere
 petierat Pytheus, interfectum, ac membratim concisum,
 per castra iussit circumferri, & reliquos secum proficisci
 coëgit. Quamobrem dolore confectus Pytheus, quod ple-
 risque timidis & insanis euenire consuevit, quum &
 mortem formidaret, & uitæ satietate atque odio teneretur,
 ut neque iam ultra uiuere uellet, nec tamen uitam au-
 deret abijcere, miseram sanè delegit uiuendi rationem.
 Erat in ciuitate tumultus ingens, à quo non procul fluius,
 quem Pythopolitam incolæ appellant, præterfluebat: in
 eo quum Pytheus monumentum edificasset, fluij cursum
 ita ut tumuli radices attingeret deriuauit. Quibus pera-
 ctis ipse monumentum ingressus, curaq; omni & guber-
 natione ciuitatis penes uxorem relicta, eidem ne quis
 monumentum ingrederetur cauere præcepit, utq; singulis



diebus paratam coenam ad monumenti ostium poni curaret quoad priorem intra monumentum protractam conspexisset. Quod si illam eodem loco positam offenderet, tunc se iam mortuum arbitraretur. Et is quidem eo pacto, quod uitae reliquum fuit, miserabiliter duxit. Mulier uero egregie admodum regni cura suscepta, malorum finem ciuibus suis imposuit.

F I N I S.

GVARINVS VERONENSIS

Ornatissimo uiro Iacobo

Lauagnolo S.



VVM te Pollianum, suauissime Iacobe, me uero Polizeanus ager in praesentia teneat, non indignari, & temporis succensere acerbitati non possum, quae nostram interrumpat consuetudinem, tanta studiorum suauitate conditam. Eam ut instauremus aliqua ex parte, faciet crebra literarum legatio, & mutua scriptorum nostrorum concursio, quibus absentes praesentes simus, & ipsa omnino Musarum non mutescat humanitas. Et ut ocium tuum uel meo exemplo iners perire non sinas, cuius rationem fructumque tibi reddere ac impertire institui, accipe breues clarorum hominum inter se contentiones, à Plutarcho nostro collectas, & à me nuper in Latinum conuersas. In quibus facti nouitate mouebere, quod tanta rerum gestarum, quod sane dissimularum similitudo plerunque deprehensa est, ut unica duntaxat nominum iudicetur facta mutatio. Gratissima certe nobis haec erit lucubratiuncula, si ea tuo nomini, & nostrae familiaritatis memoriae dedicata fuerit, ceteraque

iuuentus

inuentus historiæ captâ dulcedine in ea conquiescet,
 & uehementer fuerit oblectata. Quas quidem ad res te-
 ipsum & animi nobilitas inuitat, & aui tui splendor
 accendit, qui ingenio, bonis artibus, sapientia, & uir-
 tute insignis, non modò familiam uestram ornat, sed etiam
 ciuitatem uniuersam. Sin omnis & uirtutis heres, præclarè
 facies, quum per obseruata uestigia & exempla domesti-
 ca ad laudem, ad decus, ad dignitatem plenis anhelas gra-
 dibus. Vnde acceptam ab alio lucè dissemines, & Veronam
 illustres. De ipso aliàs. Plutarchum, uel me in Plutarcho
 potius, audi.

PLUTARCHI

CHAERONEI PHILLO-

SOPHI CLARIS-

SIMI,

PARALLELA.

Guarino Veronensi interprete.



OMPLVRIMI sunt, qui uetustis-
 simas historias ob rerum gestarum admi-
 rationem, fictiones, & fabulamenta esse
 existiment. Quamobrem quum multa po-
 sterioris temporis facinora rebus Roma-
 næ ætatis simulâ obtigisse compererim, ea ipsa delegi, &
 prisca par nouum adieci, eorumq; nomina, qui literis illa
 memoriæ prodiderunt, scripta subiunxi.

DE DATI, CYNEGIRO, &c.

Persarum præfectus, Datis nomine, cum tricenis cen-
 tenis millibus militum Marathonem, qui in Attica
 campus



campus est, irrumpens, quum ibi castra locasset, indigenis bellum indixit. Quocirca spreta Barbarorum multitudine, Athenienses quatuor creatis ducibus, Cynegyro, Polyzele, Callimacho, & Miltiade, nouem militum millia eo mittunt. Collatis deinde signis quum Polyzelus quendam humana specie augustiorem conspexisset, cecus amisso visu factus est. Callimachus complurimis transfusus hastilibus, quanquam uitam efflasset, stetit. Cynegyros in uictam Persarum nauim detinens utraque manu, obtruncatur.

DB HASDRUBALE

& Glauco.

II.

HAsdrubal capta Sicilia Romanis bellum indixit. Senatus itaq; Metellum imperatorem creat, qui uictorem inde reportauit exercitum. In eo bello L. Glauco, uir praecipua nobilitate, quum Hasdrubalis nauem detineret, utranque manum amisit, uti scriptum reliquit Aristides Milesius primo rerum Sicularum, à quo materiam Dionysius Siculus accepit.

DE XERXE ET AGESILAO. III.

Xerxes bellum Graeciae illaturus, cum quinque myriadibus militum penes Artemisium ancoras iecerat. Qua re perturbati Athenienses Themistoclis fratrem, Agesilaum nomine, speculatorem miserunt, tametsi pater Neocles eum utraq; manum amisisse per quietem uidisset. Is itaq; inter Barbaros habitu Persico constitutus, quendam ex Xerxis stipatoribus, nomine Mardonium, interfecit: existimauerat enim eum Xerxem esse. Quum igitur à circumstantibus captus ligatus ad regem deductus esset, cum

manum ad Solis aram immolaturum offendit: in qua dexteram imponens, quum aliquandiu uim suppliciorum ne illo

quidem

manum ad
buzi tole
rauit agesi
laus, etsi mi
ater mutius
at Laurentius
dixit, esset
est iam, uerba est

quidem emisso suspirio tolerasset, è uinculis liberatus est, hac adiecta uoce: Huius generis Athenienses uniuersi sunt: quòd si fidem non habes, leuam quoque iniciam. Ea res quum Xerxi pauorem incussisset, seruari Agesilaum imperauit, quemadmodum in secundo rerum Persicarum Agatharcides Samius tradit.

DE MUTIO. IIII.

Porsena rex Tuscorum aduersus Romanos bellaturus trans Tyberim castra habebat, interceptaq; quæ Romam ferebatur annona, eos fame urgebat. Eam ob rem confusis Patribus, Mutius ordinis patricij homo, quadringentos æquales à Consulibus accipiens, fluuium priuato traiecit habitu. Vbi quum stipatorem quendam necessaria ducis dispartientem uidisset, Porsenam ratus, hominem occidit. Ductus deinde ad regem, dexteram igni manum imposuit, doloresque animose dissimulans, ac ridens, inquit: Solutus sum, tametsi nolis, Barbare. Nos quadringentos esse scito, qui tuo in exercitu obuersamur, ut te neci tradamus. Tum rex terrore confectus pacem Romanis fecit: sicut quarto historiarum Aristides Milesius memoriæ mandauit.

DE ARGIUIS ET LACEDÆMONIJS.

Argiuis ac Lacedæmonijs de Thyreato agro disceptantibus, Amphycliones ut utrique pugnam committerent iudicarunt, & uictori ager adiudicaretur. Itaque Lacedæmonij Othryadem, Argiui autem Thersandrum imperatores creant. His deinde pugnantibus duo ex Argiuis, Agenor & Chromius, superstites uictoriam in urbem renuntiant. Per summam postea quietem Orthryades, qui superuixerat, semifractis innitens hastis,

ex caesis scuta corripuens trophaeum erexit, ex proprio inscribens cruore: Ioui, in cuius potestate sunt trophaea. Dehinc orta utrinque discordia, Amphictyones quum rei spectatores aduentassent, palmam Lacedaemonijs adiudicant. Haec ita gesta Chrysermus in tertio rerum Peloponnesiacarum commemorat.

DE ROMANIS ET

Sannitibus. VI.

Romani contra Sannites bellum gerentes posthumum Albinum imperatorem faciunt, qui ad Caudinas furcas (is enim angustissimus locus est) insidijs circumventus tres legiones amisit. Ipse etiam letali uulnere accepto cecidit. Nocte deinde concubia paululum recepto spiritu, raptis ex interfectis hostibus clypeis trophaeum erexit, tinctaq; cruore dextera titulum inscripsit: Romani de Sannitibus Ioui, in cuius potestate sunt trophaea. C. Marius deinde, cognomento Lemargus, imperator commissus, quum ad locum aduentasset, uiso trophaeo optimum cepit augurium, et Marte collato regem captum Romam uictor transmisit: ut tertio Italicarum rerum Aristides Milesius scripsit.

DE LEONIDA

VII.

Persis in terram Graeciam cum myriadibus quingentis aduentantibus, Leonidas una cum quingentis a Lacedaemonijs commissus est. Et quum epularetur, multitudo Barbarorum incumbit: quos ut Leonidas conspexit: Prandete, inquit, commilitones tanquam apud inferos cenaturi. Dehinc facto in Barbaros impetu, multis confossus telis peruenit ad Xerxem, eiq; coronam abstulit. Quo mortuo Xerxes cor eius excidens pilosum inuenit. Haec Aristides primo rerum Persicarum libro.

DE

DE FABIO MAXIMO. VIII.

Romani bello, quod contra Pœnos gerebant, quingentos duce Fabio Maximo miserunt. Collatis manibus cunctos amisit. Ipse mortifero accepto uulnere, in Annibalem uehementi cursu concitatus, ablato ei diademate prope eam oppetijt. Aristides Milesius ita factum esse testis est.

DE MIDA ET ANCHURO. IX.

Circa Celenon, Phrygiæ oppidum, terræ hiatus cum aqua domos complures ipsis cum mortalibus absorpsit in profundum. Midas rex oraculo monitus, ut res cõ pretiosissimas conijceret, ita enim futurum ut terra coiret, auro & argento iniecto, nihil opis attulit. Anchurus regis filius, quum nihil in uita humana pretiosius anima secum ipse uersasset, datis genitori complexibus, & Timotheæ uxori, equum ascendit, inq; hiantem locum concitatus est. Postquam in unum terra redijt, auream Iouis Idæi aram eo in loco dedicauit. Huius rei testis est Callisthenes secundo Metamorphoseon.

DE CURTIO. X.

Tiberis per medium fluens forum ob Iouis iram magno dirupto aggere, per multas demersit ædes. Accepto mox oraculo id desinere posse didicerunt, si pretiosissimum quiddam illuc inijcerent. Cæteris aurum atq; argentum iniectibus, Curtius insignis adolescens quum pretiosissimam hominis animam intelligeret, sese in hiantem terram coniecit eques, suosq; ex calamitate saluos reddidit. Aristides in undecimo Italicarum rerum refert.

DE AMPHIARAO. XI.

Quam duces, qui Polynicem sequuti sunt, conuiuium agerent, quædam aquila descendens telum Amphiarai in sublime tulit, moxq; demisit: id autem hu-

mi fixum in laurum uersum est. Quo in loco quum postri-
die dimicarent, Amphiarauus unâ cum curru absorptus
est. Ibiq; oppidum hac etiam ætate uocatur Harma, id est
currus. Id apud Thrisimachum tertio ædificiorum libro
scriptum est.

DE PAVLO AEMILIO, ET

Valerio Torquato.

XII.

Romani aduersus Pyrrhum Epirotarum regem bellum
gerabant. Tum Paulus Acnilius responsum accepit
ex oraculo, uictoriam reportaturum, si aram eo in lo-
co ædificaret, ubi insignem cum curru hominem demer-
sum aspiceret. Post tres demum dies Valerius Torqua-
tus (sic enim in somnis fuerat admonitus) sumptis sacer-
dotis insignibus (nam augurali scientia præditus erat)
educto exercitu, & multis ante à se interfectis, à terra
absorptus est. Tum Acnilius structa ibidem ara uictor
euasit: ex qua uictoria centum sexaginta turres gestantes
elephantos Romam misit. Quo autem tempore superatus
est Pyrrhus, ex ara ipsa eduntur oracula. Ita Critolaus ter-
tio rerum Epiroticarum meminit.

DE HERCVLE.

XIII.

Hercules florenti adhuc ætate regem Eubœæ Pyre-
æchmen bellum Bœotijs inferentem uicit, uictumq; pul-
lis equinis ita alligauit, ut in duas dissipiretur partes, in-
sepultusq; iaceret. Locus adhuc Pyreæchmæ pulli uocatur.
Est autem penes Heraclium fluumium, ubi potantibus equis
hinnitus emittitur. Quemadmodum tertio de fluminibus li-
bro traditum est.

DE TVLLO HOSTILIO, ET

Metio Suffetio.

XIIII.

Tvllus Hostilius rex Romanorum cum Metio Suffe-
tio

no Albanorum rege bellum habebat, in quo praelium se-
penumero distulit, eoq; aliquando superato Albani ad epu-
las sese conuertunt. Epulantes adoritur, captumq; regem
duobus alligans pullis discerpfit, ut Alexarchus tertio re-
rum Italicarum autor est.

DE PHILIPPO LV-

sco effecto. DE MARCO XV.

Philippus quum Methonem & Olynthum diripere
cuperet, summis uiribus Sandanum fluium traiece-
re conabatur. Qua in re Aster Olynthius telum Philippo
immisit in oculum, his uerbis inscriptum: Aster Philippo
mortiferum mittit telum Philippus amisso oculo saluus ad
suos rediens enatat. Hæc quidem Callisthenes tertio re-
rum Macedonicarum tradit.

DE COCLITE. DE MARCO XVI.

Porsena rex Tuscorum bellum Romanis inferens
trans Tyberim metatus est castra, ubi intercepta an-
nona Romanos fame domabat. Horatius Cocles impera-
tor creatus pontem sublicium occupat, ut Barbarorum
copijs transitum inhiberet. Quum autem à Barbarorum
multitudine permeretur, militibus quos secum habebat,
ut pontem sublicium incidrent imperauit. Quæ res trãsi-
re uolentes Tuscos cohibuit. Quumq; se in fluium deie-
cisset, oculum telo saucius enatauit ad suos. Hæc quidem
Theotimus secundo rerum Italicarum refert.

DE ALTHEA ET SYLVIA. XVII.

Mars cum Althea concubuit, genuitq; Meleagrum,
ut Euripides in Meleagro scripsit. * Hoc solum
Plutarchi extat. Cæterum Ouidius Metamorphosin octauo
scripsit tres Parcas matri partu leuata uisus imposuisse
ignem stipitem, dixisseq; natum tantisper uicturum, dum stipes
duraret

duraret, eoq; dicto abisse; matrem autem stipitem extra-
xiffe, & conseruasse, donec irata filio quod fratri prae-
pisset honorem interfecti apri Calydonij, cum ipso simul
filium exussit, dicente Ouidio primo Tristium:

Vtq; cremasse suum fertur sub stipite natum

Thestias, & melior matre fuisse soror.

DB MARCELLO ET

Mamerco.

XVIII.

Septimius Marcellus Syluia sibi matrimonio copulata,
Suenationi non infrequens incumbibat. Illam autem
recens nuptam Mars in pastoris habitu uiolenter graui-
dam effecit, ac seipse quinam foret patefecit. Deditq; ha-
stam, in qua eius qui nascretur inesse genesim asse-
ret. Tuscum autem occidit Septimius. Ceterum Mamer-
cus dijs ob fructuum ubertatem sacrificans, unam neglexit
Cerere. Quae ob id aprum immisit. Venatorum igitur
collecta manu hunc leto dedit Mamerco, caputq; & exu-
uias nissum iri desponsatae uxori curauit. Scimbrates au-
tem & Muthias uterini fratres puellam interemerunt. In-
dignatus ille, infensq; ferens cognatos occidit. Mater uero
hastam cremauit.

DE TELAMONE ET AIACE. XIX.

Telamon Aeaci ex Endeide filius profectus in Eu-
boeam etiam noctu abierat. Quumq; sensisset pater,
cuium aliquem suspicatus, puellam in mare deijciendam
stipatorum cuidam mandat. Hic misertus uendidit. Sala-
mina autem naue appulsa puellam sibi Telamon compara-
uit, ex qua suscipitur Ajax: ut Arctades Cnidius in secundo
Insulanorum scriptum reliquit.

DE L. TROSCIO, ET FLO-

rentia Contrusci matre.

XX.

LUCIUS

Lvcius Troscius ex Patride filiam, nomine Floren-
tiam, sustulit, quam Romanus Calpurnius compres-
sisse fertur. Hanc autem pater cuidam de satellitio suo
submergendam tradidit. Verum puella quum misericor-
diam à stipatore sibi promeruisset, Calpurnio fortè for-
tuna in Italiam naue appulso uenditur non adeò post Con-
trusconenixa.

DE PAVSANIA ET

Agefilao. XXI.

Persis Græciam discursationibus, ac prælijs infestan-
tibus, Pausanias Lacedæmoniorum imperator, quin-
quaginta auri talenta, ut Spartam proderet, à Xerxe ac-
ceperat. Quod ubi deprehensum est, pater Agefilaus usq;
ad Chalcidæe Palladis templum filium insectatus, cocto
latere ita templi fores obstruxit, ut eum inedia consum-
pserit. Mater autem insepultum eiecit. Quemadmodum
Chrysermus historiarum secundo refert.

DE P. DECIO ET CASSIO

Bruto. XXII.

Bellum Romanis aduersus Latinos erat. In eo du-
cem P. Decium creant. Quidam patritio genere, cæ-
terum inops adolescens, Cassius Brutus nomine, dicta
mercede portas aperire uolebat. Verum deprehensus ad
auxiliare Palladis templum confugit. Eius pater Cassius
signifer, oclusis foribus necatum fame iuuenem insepul-
tum eiecit. Quemadmodum Clytonymus in rerum Itali-
carum libro nono tradit.

DE DARIO ET ARIO

barzane. XXIII.

Darius rex Persarum apud fluuium Granicum cum
Alexandro confligens, amissis Satrapis, et falca-
tis

tis curribus duobus & quingentis, alterum praelium inturus erat. Ariobazanes autem filius, Alexandri misericordia commotus, patrem interficere pollicitus est. Quare indignatus Darius filio caput abscidit. Quod Aretades Cnidus in tertio rerum Macedonicarum testatur.

DE IVNIO BRVTO.

& filijs eius.

XXIII.

BRutus eiecto Tarquinio Superbo, Consul una omni uoce creatus est. Ille enim imperiose nimis ac tyrannice in regno uersabatur. Expulsus itaque sese recepit ad Tuscos, quorum ope quum bellum Romanis inferret, filij Brutum prodere uoluerunt. Quare ex re Brutus natis caput abscidit. Id Aristides Milesius in rebus Italicis testatur.

DE EPAMINONDA, ET

Stesibroti eius filio.

XXV.

Thebanorum dux Epaminondas aduersus Lacedemonios belligerabat. Instante igitur deligendorum magistratuū die, relicto in exercitu filio Stesibroti, quum ei ne pugnaret imperasset, uenit in patriam. Lacedemonij ut absentem Epaminondam intelligunt, adolescentem conuicijs, ut imbellem & effæminatam, laceffunt. At ille grauius ferens, paternorum immemor præceptorum Martem contulit, uictoriamq; reportauit. Quod ubi pater accepit, indignatus corona imposita ceruicem secari iussit: sicuti in tertio rerum Thebanarum Ctesiphon scribit.

DE MANLIO ET

eius filio.

XXVI.

Romani bellum aduersus Sannites habentes, Manlium, Recognitione Imperiosum, imperatorem creant. Qui postmodum comitijs Consularibus profectus in urbem, filio ne manum conferat imperat. Id ubi Sannites perdidicere,

adidicere, iuuenem contumelijs adorti nihili pendunt. Quibus commotus adolescens fuso hoste uictor in castra rediit. Quare Manlius natum securi percuti iussit: sicut Aristides Milesius scribit.

DE HERCVLE

et Iole.

XXVII.

Hercules ab Iole connubio reiectus Oechaliam diripuit, Iole sese e muro deiecit. Contigit autem, ut quum uehemens uentus amictum quasi sinum inflasset, illa descendit. Ita scriptum est à Nicia Malcora.

DE TORQVATO ET

Clusia.

XXVIII.

In bello, quod cum Tusco gerebatur à Romanis, Valerius Torquatus imperator quum regis filiam, Clusiam nomine, uidisset, uxorem à Tusco petijt, quam minime consecutus oppidum diripuit. Clusia sese e turri deiciens, tumefactus uestibus uento (ita enim suggerente Venere factum esse creditur) sospes ad terram delata est. Eam quum postmodum imperator uiolasset, publico decreto, refragante nemine, in Corsicam in exilium missus est. Ea est adiacens Italiae insula. Ita scriptum est à Theophilo, libro Italicarum rerum tertio.

DE METELLO ET METELLA

eius filia, item de Iphigenia.

XXIX.

Poenis ac Siculis socia aduersus Romanos arma parantibus, Metellus imperator omnibus dijs, excepta duntaxat Vesta, sacrificium fecit. Que quum aduersos clasi uentos immisisset, C. Iulius uates eos cessaturos dixit, si antea filiam immolasset. Ille urgentibus rebus filiam Metellam immolaturus adduxit. Dea uerò adolescentem miserata, buculam supposuit, puellamque ad Lamium

sium deferens sacerdotem eius qui in eo loco colitur, draco-
nis fecit. Sic in tertio rerum Italicarum à Pythocle prodi-
tum est. Idem de Iphigenia in Aulide Boeotiae factum esse
Meryllus primo Boeotiorum gestorum commemorat.

DE BRENNNO, ET

puella plebeia. XXX.

Brennus rex Gallorum Asiam diripiens quum Ephe-
sum aduentasset, plebeiam uirginem adamauit, quae
& concubitus, & Ephesti proditionem pollicita est, si
mandum sibi muliebrem, & manuum ornamenta traderet.
Orans igitur milites, ut in auarissimae uirginis sinum au-
rum quod gestabant immitterent, fecit ut sub magna ui au-
ri uiua obrueretur. Sicuti primo rerum Gallicarum Clito-
phon scriptum reliquit.

DE TARPEIA VIRGINE. XXXI.

Romanis bellum contra Albanos gerentibus Tarpeia
uirgo nobilis, Capitolij custos, sese in Tarpeium col-
lem aditum tradituram esse promisit, si quae ornatus gra-
tia ferebant monilia mercedis loco sibi tradidissent. Id ubi
decreuerunt, uiuentem obruerunt. Sic Aristides Milesius in
libro rerum Italicarum factum affirmat.

DE TERGEMINIS TEGEA-

tis & Pheneatis. XXXII.

Tegeatae ac Pheneatae quum diutino sese bello affli-
xissent, demum se, uti pro summa rei tergemini fra-
tres praelium in utroque mittentur, decernunt. Ita-
que Tegeatae Rheximachi filios, Pheneatae uero Demo-
strati promiserunt. Collato Marte duo ex Rheximachi
liberis interfecti, tertius, nomine Critolaus, duos militari
quadam astutia superauit. Nam quum fugam simularet
insectantem singulatim occidit. Eius aduentu quum populus
inuenit

uniuersus gratularetur, sola quidem soror Demodica nul-
lam cepit letitiã: perierat namq; in eo prælio sponsus ipsius
Demodicius. Quo indignatus Critolaus sororem interfecit.
Qui quum homicidij accerseretur, matris interuentu à cri-
mine liber euasit. Hæc quidem Demaratus in secundo re-
rum Arcadicarum libro tradit.

DE CURIATIIS

et Horatijs.

XXXIII.

Belligerantibus aduersus Albanos Romanis tergemini
delecti propugnatores. Ex Albanis quidem Curiatij,
ex Romanis autẽ Horatij. Collato Marte Curiatij ex ad-
uersarijs duos interficiunt. Qui superstes erat, simulatã fu-
ge auxilio usus insectantes singulos necat. Quæ uictoria
quum omnibus Letitiam attulisset, sola quidem soror munimẽ
congratulata est Horatio: Is enim Curiatium eius sponsum
neci dederat. Quocirca sororem occidit. Reus deinde cædis
factus, patris precibus absolutus est. Hæc Aristides Mile-
sius in Italicarum rerum libro.

DE ILO ET PALLADIO. XXXIII.

Quum in Ilio Mineruæ templum arderet, Ilus cursu
concitus, demissum coelo palladium eripuit, statimq; *pro meritate*
oculis captus est: haud enim mortalium lumine cerni licet. *quæ qui potigit*
Postmodum placata ira deæ pristinum recuperauit aspe- *illum statim*
ctum, ut Dercyllus in ædificiorum libro refert. *matiusca*

DE METELLO

et palladio.

XXXV.

Metellus homo patricius, suburbanum suum petens,
quum cædentes seiuicem alis coruos uidisset, augu-
rij religione deterritus Romam reuertit. Vbi Vestæ tem-
plum incensum conspicatus, palladium eripuit, statimq;
oculis captus est. Postmodũ deæ ira placata uisum recupe-
p raut

deus dimisit
fontes inque
si uias suas

rauit, ut refert Aristides Mileſius in rerum Italicarū l. bro.

DE CODRO

Athenienſe.

XXXVI.

IN eo bello quod aduerſus Athenienſes Thracēs gerebant, datum eſt eis oraculum, ſeſe uictores fore, modò à Codri cæde abſtinerent. Codrus autem ſumpto mendici habitu falcē tenens peruenit ad hoſtes: Vbi quum quendam mactaſſet, ab altero interficitur. Quæ res Athenienſibus uictoriam reportauit. Huius rei autor eſt Socrates libro de Thracibus ſecundo.

DE PVBLIO DECIO,

et eius filio.

XXXVII.

PVblius Decius contra Albanos belligerans, in ſomnis monitus eſt, ſeſe Romam Romanis adepturum, ſi mortem oppeteret. In medios igitur hoſtes irrumpens, hoſtes quum multos leto dediſſet, interficitur. Uidem filius Decius in bello Gallico pro ſalute publica occiſus eſt. Huius rei autor eſt Ariſtides Mileſius.

DE CYANIPPOT ET

Cyane eius filia.

XXXVIII.

CYanippus, natione Syracuſanus, ſoli Baccho ſacra facta extitit, ut occurrentem in tenebris filiam Cyanem, quam reluctantem uiolarit. Ea uerò anulum ſurripiens nutrici commendauit, ut uiolatoris indicium eſſet. Poſtmodum quum peſtilentia urbem inuaſiſſet, ex Pythio delatum eſt oraculum, ut impietatis autor liberatoribus dijs immolaretur. Ignorantibus cunctis quid portenderet oraculum, conſcia rerum Cyane tractum capillis patrem mactauit, ſecus ſuper aram necandam iniecit. Ita factum eſſe Doſitheus ſcribit tertio rerum Sicularum.

DE

DE ARVNTIO HYDROPOTA,

Et Medullina filia.

XXXIX.

Quam Bacchanalia Romæ fierent, Aruntius à natiuitate hydropota, dei uires floccifaciēs, illius ira ebrietate captus filiam Medullinam corruptit obscuro quodam in loco. Ea uerò dempto uiolatori anulo parentem agnouit. Quum maior annis facta esset, intellecto flagitio patrem inebriat, et coronatum ad fulguris aram ducit, ibiq; suis lacrymis uirginitatis insidiatorem mactauit. Ita factum scribit Aristides tertio rerum Italicarum.

DE ERECHTHEO,

Et eius filia.

XL.

Erechtheus bellum cum Eumolpo faciens, accepto responso sese uictorem futurum didicit, si filiam uictimam dijs faceret. Qua re uxori Praxitheæ communicata, puellam cecidit. Cuius rei Euripides in Erechtheo meminit.

DE MARIO, ET CAL-

purnia eius filia.

XLI.

Marius Cimbrico bello profligatus, in somnio præmonitus est, uictoriam consecuturum, si prius dijs uictimam filiam, Calpurniam nomine, faceret. Patriæ igitur charitati natura postposita, eo facto uictoriam comparauit. Dux adhuc hisce temporibus in Germania aræ sunt, quæ uictoriæ tempore tubarum clangorem edunt. Cuius rei Dorotheus quarto rerum Italicarum meminit.

DE CYANIPPO, ET

eius uxore.

XLII.

Cyanippus natione Thessalus frequentissimè uentum ire consueuerat. Noua uerò nupta ob magnam in suis consuetudinem alterius mulieris concubitum

p 2

suspica



Suspicata, euntem Cyanippum pedetentim subsequuta est, Quumq; inter densa delitisset arbusa. rerum prestolabatur euentum. At ramis forte commotis feram adesse canes suspicantes, impetu facto amantiſſimam uiri puellam, ut brutum animal dilaniarunt. Id uerò insperatum adeò facinus quum Cyanippus inspexisset, mortem sibi consciuit. Hæc Paribeniſ poetæ.

DE AEMYLIO ET

eius uxore.

XLIII.

Apuđ Sybarim, Italiae oppidum, spectatae uenustatis adolescens Aemylius erat mirum in modum uenandi studiosus. Vxor autem nouella, quum in alterius puellae complexus ipsum ire opinaretur, in saltus egressa deliteſcebat. Conquassatis autem arbusculis canes accursant, & ut feram discernunt: Adolescens sese ipse interfecit. Hæc Clytonymus secundo rerum Sybariticarum.

DE MYRRHA CYN-

aræ filia.

XLIIII.

MYrrha Cynaræ filia ob iram Veneris patris amore capta, amoris uim nutrici detexit. Ea dominum fraudibus induxit. Vicinam enim quãdam uirginem ipsius amoribus incensam isse inquit, ceterum uerecundia palam accedere non audere. Quocirca Cynaras clandestinos habebat congressus. Olim autem quenam ea foret amasiola discere concupiscens, quæsito lumine quum eam uidisset, accepto ense procaciſſimam insectatur. At ea Veneris miseratione in sui nominis arborem mutata est, ut Theodorus in libro Metamorphoseon ait.

DE VALERIA ET VA-

lerio eius patre.

XLV.

Valeria Tusculanaria ob iram Veneris Valerium patrem

trein deperibat, remq; nutrici communicat: quæ dolis subiens herum, puellam quandam ex uicinis cum adamare inquit, quæ aspectum eius apertumq; concubitum uereatur. Aliquando pater postmodum debacchatus lumen petiit. Nutrix uerò præueniens fugiensq; sese præcipitauit. Filia quoque inde euadens peperit Syluanum, quem Græci Aegipanem uocant. Pater quoque Valerius dolore affectus sese dedit in præcipitium, ut Aristides Milesius tertio rerum Italicarum ait.

DE DIOMEDE, CAL-
lirhoë Lyci filia.

XLVI.

Direpta Troia Diomedes in Libyam tempestate deiectus est, ubi Lycus rex hospites Marti patri immolare consueuerat. Callirhoë uerò filia illius amore capta patrem prodidit, Diomedemq; è uinculis saluum emisit. At ille spreto salutis autore enauigat. Ea uitam laqueo finiuit. Id lubas rerum Africanarum libro tertio scriptum reliquit.

DE CALPURNIO CRASSO, ET

Bysaltia Masyli regis filia.

XLVII.

Calpornius Crassus, patricij generis homo, in expeditionem Reguli socius in Masylos, ut munitissimum castellum Garætium diriperet, missus est: ubi in hostium potestatem redactus Saturno immolandum destinatur, Bysaltia regis filia iuuenem adamatum patris à se proditi uictorem fecit. Eo autem retro abeunte puella sibi ferro iugulum transuerberat. Ita Hesianax tertio rerum Libycarum scriptum reliquit.

DE PRIAMO, POLYDO-

ro, & Polymnestore.

XLVIII.

Prianus filium Polydorum cum magno auri ponde-

re ad gencrum Polymnestorem Thraciae regem emisit. Hic autem quum capiundae, ac diripiendae urbis periculum instaret, necato puero aurum sibi adiudicat. Quae quidem in loca quum aduentasset Hecuba, accitum uersutius atque artibus Polymnestorem, quasi aurum homini commendatura, suis & captiuarum manibus occaecauit. Haec apud Euripidem tragicum scripta reperies.

DE L. IMBRICO, RV-

scio, & Val. Bestio.

XLIX.

Spoliante Campanos Annibale, L. Imbricus filium Ruscium magnis cum pecunijs pence Valerium Bestium eius generum deposuit. Tandem quum in manus uictoris Capuam peruenisse accepisset, Campanis ille auaritia stimulante naturae iura transgressus, adolescentulum mactat. Postea quum Imbricus per suburbanum deambularet, filij cadauer offendit. Quocirca accitum generum, ut occultos à se thesauros perdisceret, effosis oculis cruci affixit. Hoc apud Aristidem tertio rerum Italicarum inuenitur.

DE AEACO, PHOCO,

& Telamone.

L.

Aeacus filium ex Psamatha, Phocum nomine, habebat, quem mirifice diligebat. In eum Telamon quum simultatem gereret, uenatum educit. Comparente deinde apro Telamon misso in eum uenabulo confodit. Ob eius caedem à patre in exilium missum scribit Dorotheus primo Metamorphoseon.

DE MAXIMO ET

eius filijs.

LI.

Maximus duos habuit filios, Similium & Rhesum, ex quibus Rhesum Hameria enixa erat. Hic inter

uenandum

auri sacra
fines quod
non mortali
et horalogis.
ista mulieris
aliquando
20 uimerson
est de qua
uentos

abelem acci
dit cain
et inuidia
et similes
casus, est

uenandum sponte occiso fratre domum reuersus fortuitum
fuisse euentum inquit, quod consilio perpetrarat. Pater ubi
facti ueritatem agnouit, filium fecisse extorrem, Aristocles
tertio rerum Italicarum scribit.

DE AEOLO, ET MACA-
reo filio, & filia.

LII.

AEolus rex Tuscorum ex Amphithea filias sex, & ma-
res totidem suscepit. Macareus omnium etate mini-
mus, unius amore incensus eam uiolauit. Qua ex re conce-
ptus infans rem prodidit. Pater itaq; filiae mittit ensen, quo
accepto ea rem flagitiosam intelligens, necem sibi consciuit,
idemq; paulo post Macareus fecit. Huius rei testis est So-
stratus secundo rerum Tuscanicarum.

*eum in nos
tus, quid nigr
qui occisus
offerre potuit
utraq;*

DE PAPHYRIO PATRE, ET
filio, ac Canulia filia.

LIII.

Paphyrius Toluccer ducta in matrimonium Iulia Pul-
chra, sex liberos, totidemq; foemini sexus filias ex ea
genuit. Ex his qui natu maior erat Paphyrius Romanus no-
mine, Canuliam nomine sororem adamatam grauidam fe-
cit. Id ubi pater intellexit, filiae misit ensen, quo se puella
transuerberans exiuit e uita. Idem Romanus factitauit. Hu-
ius facti testis est Chrysippus primo rerum Italicarum.

DE ARISTONE ET ONO-
sceli ex asina filia.

LIIII.

Ariston Aristonymus Ephesius, Demonstrati filius, ge-
nus muliebri perosus, cuidam se immiscuit asinae, quae
suo deinde tempore puellam specie honestissimam peperit,
cui Onosceli nomen fuit. Haec Aristoteles secundo mirabi-
lium tradit.

DE FVLVIO STELLO, ET
Epona eius ex equa filia.

LV.

p 4

Fuluius

Fvluius Stellus mulierum odio equæ sese immiscuit, quæ deinde formosam admodum peperit puellam, & tempestiue quidem Eponam appellarunt. Hoc Agesilaus tertio rerum Italicarum tradit.

DE SARDIANIS ET SMYR-
næis, & ancillis Sardiæ.

LVI.

Sardiani Smyrnæis belligerantes castris circa mœnia positos legatos mittunt, se non antè discessuros, quàm uxores ad coitum concessissent. Quum igitur Smyrnæi magnum ex necessitate probrū perpeffuri forent, ancilla quædam honesta facie ad herum Philarchum accurrens: Mittite, inquit, ancillas ornatu liberali. Quo factò, earum defatigati coitu capti sunt. Quamobrem etiam hoc tempore apud Smyrnæos festum Dioni agitant, quem liberalem uocant, in quo ancillæ dominarum ornamenta gestant, quemadmodum Dositheus tertio rerum Libycarum perhibet.

DE ATEPOMARO, ET
Romanorum ancillis.

LVII.

Atepomarus Gallorum regulus Romanis belligerans, non antè secessurum inquit, quàm coniuges suas ad coitum exposuissent. Cæterum uero consilio ancillarum seruas mittentes, ut barbaros lassos incredibili sopore captos accipiunt, erumpentes in Gallos uictoriam reportarunt. Retana siquidem (hæc enim consilij autor extitit) per caprificum muros ascendens Consulibus signum dederat. Ex eo autem factò dies festus institutus ancillarum appellatur, ut perhibet Aristides Milesius primo rerum Italicarum.

DE BELLO ATHENIENSIVM
contra Eumolpum, & Pyrandro.

LVIII.

Athenienses bellum contra Eumolpū gerabant. Quum
autem

autem annonæ futura inopia uideretur, Pyrauder *Qui abscondit*
 Quæstor urbanus triticū parçè suppeditans largitionem surri- *formam*
 piebat. Populus igitur eum in proditiōnis suspiciōnem de- *adicit in po-*
 uocatum saxi obruerunt: sicuti rerum Thraciæ tertio Cal- *culis*
 listhenes commemorat.

DE CINNA.

LIX.

Quam aduersus Gallos Romani bellum gererent,
 annonæq; caritas inualesceret, Cinna tritici largitio-
 nem surripiens regnum affectasse creditur, quocirca saxi
 obrutus est: sicuti tertio rerum Italicarum Aristides
 commemorat.

DE PISISTRATO, ET
 eius filio Tlesimacho.

LX.

Bello Peloponnesiaco Pisistratus Orchomeniorum
 Rex, quum nobilitatem odio insectaretur, plebis studio-
 sus erat, quare in senatu eum necare decreuerunt. Discre-
 ptum igitur intra sinus condunt, ac solum emundant. Ple-
 bea dehinc multitudo concepta suspiciōne in curiam aduo-
 lat. Regis filius ætate minor, nomine Tlesimachus, conscius
 conspirationis, ex curia turbam retraxit. Patrem enim su-
 pra mortalem speciem ad Pisæum montem magna uelocita-
 te deferri commentus est. Eaq; fraude plebem abducit. Hæc
 in secundo rerum Peloponnesiacarum à Theophilo memo-
 riæ prodita sunt.

DE ROMULO, ET EIVS
 nece, ac Procli figmento.

LXI.

Senatus finitimis bellis implicitus consuetam annonæ lar-
 gitionem plebi subtraxit. Romulus indignatus plebi re-
 stituit, complures ex primoribus supplicio afficiens. Hi
 postmodum in senatu minutim obruncatum intra sinum
 condunt. Plebs igitur cum facibus ad curiam discursans

p 5 ab Aë

ab Aëtio Proclo reuocata est, quum eius orationi fidem habuisset. Is enim primarius in ciuitate uir, se Romulum in monte aspexisse dixit, qui humana augustior forma diuinitatem affectus erat. Hæc secundo rerum Italicarum ab Aristobolo memorie prodita sunt.

DE PELOPE, EIVS PROLE, ET

uxore, quæ Chrysippum interemit. LXII.

Pelops Tantali & Eurynassæ filius, ducta in matrimonium Hippodamia, duos ex ea liberos suscepit, Atreum & Thyestem, ex Danaide puella Chrysippum. Hunc longè magis quàm legitimos, charum habebat Pelops. Hunc aliquando Laius Thebanus adamatum rapuit. Quocirca captus à Thyeste & Atreo Laius, benignè à Pelope tractatus est, quòd filium amoris causa corripuerat. Hippodamia Thyestem Atreumq; inducere conabatur, ut hi Chrysippum perinde ac regnum insidijs appeteret, mactarent: quibus negantibus Hippodamia manus cæde contaminat. Multa enim nocte sopito Laio, educto eius ense Chrysippum consauciat, gladiumq; configit. Quo deuocatus in suspicionem Laius, à Chrysippo semiuuiuo quidem & uera fatenti est periculo liberatus. Pelops eo sepulture mandato, Hippodamiam fecit extorrem, uelut apud Dositheum in Pelopidarum libro scribitur.

DE HEBIO, EIVS PROLE,

& coniuge Nuceria.

LXIII.

Hebius ex uxore Nuceria duos creauit filios, quum spectata pulchritudine Firmum nomine ex liberta haberet, quem supra legitimos pater diligebat. Nuceria in priuignum maligno commota odio, in eius necem filios incendebat. Quod quum hi per pietatem abnuerent, eadem perpetrat. Multa enim nocte surrepto à stipatore gladio

quod uir re
nunciat face
re, raptus, co
mittit femi
na nefas

gladio dormientem adolescentem letali uulnere adoritur. Relicto ibidem ense. Stipatori cædis suspicio iniecta est. Iuuenis autem prodita ueritate hominem saluum reddidit. Tum pater humato filio mulierem in exilium eiecit, uelut apud Dosuheum tertio rerum Italicarum scribitur.

DE THESEO HIPPO-

lyto, & Phædra.

LXIII.

Theseus uerus Neptuni filius quum ex Amazone Hippolyta filium haberet Hippolytum, nouercam subinduxit phædræ, Minois regis filiam, quæ priuigni amore affecta conciliatricem misit nutricem. Ille uerò relictis Athenis Træzæna profectus uenationibus omne tēpus consumebat. Procacissima scœmina uoti compos minimè facta contra pudicissimum adolescentem commentitias conficit literas, tum laqueo uitam finit. Re credita, Theseus ex Neptuno, filio necem exorat. Id enim erat ex paternis uotis tertium. Dehinc quum in litore obuersaretur, taurus immissus à patre, equos ad eò reddidit attonitos, ut Hippolytum discerpserint.

*Dna Josephi
eum solli ci
tabat ut au
ea angustie
ret, quod au
ille tenuer
ret in car
cæz m. s. s.
et de femi
ne comente*

DE COMMINIO, GIDICA,

& Comminij priuigni necem.

LXV.

Comminius frater Laurentinus quum ex Aegeria nympha filium Comminium haberet, Gidicam nouercam superinduxit, quæ quum priuignum deperiret, ab eo reiecta suspendio sibi spiritum interceptit, confictis à se prius relictis epistolis. Comminius perlectis calumnijs fidem ob mulieris amorem adhibens, in deuectum in curru filium Neptunum inuocat. Is autem taurum equis ostentat, qui terrore concussi iuuenem distractum interemerunt. Dosuheus tertio rerum Italicarum autor est.

DE

DE PESTILENTIA LACE-

demonis, & Helena liberatione. LXVI.

QUoniam pestilentia Lacedæmonem uexaret, ex Apollinere relatum est oraculum, finem mali fore, si quotannis generosam quampiam uirginem immolarent. Dum fors Helena obtigisset, & ducta esset ad aram, aquila quædam subito uolatu descendens correptum enses ad armenta detulit, & supra iuuenca posuit. Quæ res ut à uirginis cæde abstineretur, causa fuit. Ita factum Aristodemus ait tercio collectarum fabularum.

DE PESTE VALERIORVM,

& Valeria eius liberatrice. LXVII.

PESTIS Valerios inuaserat: quibus ex oraculo commonefactis, cessaturum id malum, si quotannis Iunoni uirginem immolarent. eadem semper religione manente, in sortem uocata Valeria, Luperca enses corripuit, & imposita foco uirgula cum malleo enses iuuenca penes templum pascenti imposuit. Virgo igitur re intellecta immolata iuuenca malleum arripuit, domumq; & ægrotos circumlustrans parcente ictu seriebat: quumq; unicuiq; uale dixisset, eos exuscitauit incolumes. Quocirca & hoc tempore mysterium illud fieri constat. Ita factum Aristides decimonono rerum Italicarum ait.

DE PHILONOMIA MARTE GRA-

uida, Lycasti & Parrhasij matre. LXVIII.

PHILONOMIA Nyctimi & Arcadiæ filia, dum in uenationibus cum Diana uersaretur, in Martem incidit, qui sumpta pastoris forma grauidam mulierem fecit. Ea uero gemellos enixa patris metu in Erymanthum eiecit infantes, qui deorum providentia illæsi delati ad cauam quandam quercum aguntur: ubi quum lupa quædam lustrum haberet,

pro

proprijs abiectis in fluentum catulis, infantibus ubera prae-
buit. Quod quidem Tylliphus pastor conspicatus, susceptos
pueros educavit ut suos, alterum quidem Lycastum, alterum
verò Parrhasium appellans. Hi deinde Arcadiae regnum
successione consecuti sunt: Quorum autor est Zopyrus By-
zantius tertio historiarum.

DE AMVLIO, ILIA,

Remo, & Romulo.

LXIX.

A Mulius in fratrem Numitorem tyrannicè affectus, fi-
lium Aenitum quum in uenatione occidisset, filiam
Ilian Syluiam Iunoni dedicavit, grauidaq; ex Marte facta
gemellos edidit. Re postmodum tyranno patefacta, is soli-
citus utrumque in Tyberis ripam demergendum abiecit. Hi
casu ad locum quempiam deferuntur, ubi nuper lupa par-
tum ediderat, quae proprios abiciens catulos, infantes edu-
cavit. Id Faustus pastor conspicatus puellos enutrit, al-
terum quidem Remum, alterum verò Romulam appel-
lans, qui postea Roman condiderunt. Quorum autor est
Aristides Milesius in rerum Italicarum libro.

DE AGAMEMNONIS ET CAS-

sandræ cæde, & Oreste ultore.

LXX.

I Lio capta Agamemnon unà cū Cassandra mactati sunt,
Filius autem Orestes apud Strophium enutritus, postea
patris interfectores supplicio affecit: ut à Pyandro, quarto
rerum Peloponnesiacarum scriptum est.

DE FABIO FABRICIANO,

eius uxore, & liberis.

LXXI.

F Abius Fabricianus ex magni illius Fabij genere, capto
Tuscio (ea est primaria inter Samnites ciuitas) uictorio-
sam Vencrem, quae summo apud illos cultu habebatur, Ro-
mam misit. Huius uxor cum speciosissimo adolescentulo, no-
mine

* mine Petronio Valentino, adulterium committebat. Quo-
circa redeuntem uirum dolose obruncat. Fabia uero Fabri-
cianum fratrem infantem adhuc ex urgenti liberatum peri-
culo clam emisit alendum. At ille quum ad ætatis uigorem
peruenisset, matrem & adulterum obruncat. Senatus ne res
illa Fabriciano fraudi esset decreuit: ut à Dositheo tertio re-
rum Italicarum scriptum est.

DE BVSIRI AB

Hercule cæso.

LXXII.

Bvsiris ex Neptuno & Anippa creatus aduenas fi-
beta quadam hospitalitate mactatos immolabat. Oc-
cisorum tandem ultio ob deorum iram in autorem redijt.
Hercules enim eum claua adortus interemit, ut Agathon
Samius tradit.

DE FAVNO AB

Hercule cæso.

LXXIII.

Hercules quum Gerionis boues per Italiam duceret, à
Fauno rege susceptus est hospitio, qui Mercurio na-
tus patri hospites immolabat. Is igitur Herculem inua-
dens interemptus est: ut tradit Dercyllus tertio rerum Ita-
licarum.

DE PHALARIDE, ET

Perillo, ac uacca ærea.

LXXIIII.

Phalaris impius Agrigentinarum tyrannus aduentan-
tes ad se hospites supplicio afficere & torquere sole-
bat. Perillus in laborando ære faber egregius uaccam ex
ære construxit, quam ad concremandos in ea hospites ty-
ranno donauit. At Phalaris duntaxat pro tempore iustus fa-
ctus in eam coniecit artificem, quæ quoties inclusus gemitum
ederet, mugitum referebat. Ita in secundo de causis scri-
ptum comperies.

DE

DE ARVNTIO PATERCVLO,
equo arco, & Aemilio Censorino. LXXV.

A Egesta Siciliae oppidum est, ubi Aemilius Censorinus crudelissimus tyrannus erat. Hic si quis noua quaedam tormenta, & inusitatum cruciandi genus extruxisset, praecipuis muneribus prosequeretur. Quidam igitur Aruntius Paterculus nomine, equum ex aere fabricatum, ut in eo cruciandos inijceret, Aemilio donat. Ille autem tum denique ad aequitatis cogitationem conuersus, muneris autorem primum intrusit, ut quam caeteris poenam excogitarat, ipse subiret patereturque. Dehinc eum ex Tarpeio monte deiecit. Et qui seua gerunt imperia ab eo cognominati dicuntur Aemilij. Ita quarto rerum Italicarum apud Aristidem scriptum reperies.

DE EVENO, ET MAR-
pissa, & Apharetro. LXXVI.

E Venus Martis & Steropes filius ex Alcippa Oenomaï filia in uxorem ducta Marpissam suscepit filiam, quam uirginem accurate seruabat. Caeterum Apharetus uisam ex chorea rapuit, pater autem fugientem insequens quum prehendere non posset in Lycornam fluium se praecipitavit, prout primo rerum Italicarum Dositheus refert.

DE ANIO, SALIA EIVS
filia, & Catheto &c. LXXVII.

Rex Tuscorum Anius egregia forma filiam habuit Saliam nomine, quam uirginem custodia praecipua tenebat. Cathetus nobilissimus adolescens, quum aliquando colludentem puellam aspexisset, adamauit, utque uim amoris continere non posset, raptam filiam Romam deduxit. Pater insequens quum raptorem prehendere non ualet, Pareusium insiliens fluium ei nomen dedit. Anienem



nem enim postmodum appellatum constat. Cathetus deinde ex Salia Latinum creauit & Salium, à quibus nobilissime ortæ sunt familie, prout Aristides Milesius, & Alexander Polyhistor tertio rerum Italicarum tradunt.

DE HEGESISTRATO ET

Eleunte ab eo condita. LXXVIII.

Hegesistratus Ephesius ob tribulis sui cædem exul Delphos perueniens, quemnam locū incoleret, Deum consuluit. Cui Phoebus respondit, ubi saltantes uideret rusticos oleaginis coronis ornatos. Itaq; profectus in Asiam agricolas Eleos, id est, oleæ ramis coronatos, saltare cernit, ubi condita urbe Eleuntem uocauit, ut Pythocles Samius tertio Georgicorum reliquit.

DE TELEGONO, ET

Præneste urbe. LXXIX.

Telegonus Vlyßis & Circes filius ad inuestigandum patrem dimissus deorum responsis commonefactus est, ut in eo loco urbem conderet, ubi saltantes cum coronis colonos cerneret. Itaq; profectus in Italiam, quodam loco summa cum humanitate rusticos saltare conspexit, pini ramulis coronatos, ubi edificatum oppidum ex prædictæ sibi coronæ appellatione Prinistum deriuatum nominauit, à quo Præneste Romani uocitant, ut Aristocles tertio rerum Italicarum scriptum reliquit.

FINIS.

PLVTARCHI
CHAERONEI

LIBER
DE LIBERIS EDV-
CANDIS.

Guarino Veronensi interprete.



VIDNAM est, quod de ingenuorum educatione liberorum dicere quispiam possit, quarum uerum usu ij ad morum probitatē euasuri sint, eia consideremus. Ante omnia de ipsorum procreatione fortassis principium fecisse prestabit. Si quis igitur illustrium esse natorum pater optat, id ei proponendum arbitror, ut ne uilibus, aut abiectis sese deuinciat mulieribus, quales metrices sunt, aut pellices. Quibus enim ulla ex patre, uel matre innata est macula, eos quo ad uita supersit, indelenda quedam ignobilitatis conuicia comitantur, quae increpare, carpereq; uolentibus in promptu magnopere sunt. Sapiens nimirum is extitit Poeta, quisquis infelices aut esse prognatos, quum nequaquam recte fundamenta sui generis iactantur. Pulcher igitur libertatis, ac licentiae thesaurus est, bonis procreatum esse parentibus. Quae res his plurimum fieri debet, qui legitimam exoptant sobolem. Atqui simulati, et numerum instar ficti generis arrogantia falli, deprimiq; natura solet. Quocirca is rectissime cecinit Poeta, qui hunc in modum inquit: Sceleris parentum mens usquam sibi conscia fortissimum queng; captiuum trahit uirum: quemadmodum iactantia simul et fastu referti sunt, quibus claris nasci parentibus obtigit. Eam ob causam filium Themistoclis

stoelis Diophantum per sepe in multitudine dixisse ferunt,
 quicquid is expeteret ab Atheniensium populo, mox ap-
 probatū iri. Nam quæ ille uellet, & mater: & quæ mater,
 & Themistocles: quæ uerò Themistocles, eadē & uniuersus
 Atheniensis populus. Dignissimum est eam animi ma-
 gnitudinē collaudare Lacedæmoniorum, qui idcirco re-
 gem Archidamum pecunijs multauere, quoniam pusilli
 corporis mulierem matrimonio capere passus erat, sub-
 inde dicentes, quòd ille non reges, sed reginas eis edere
 cogitasset. Post hæc deinceps dicatur, quod maiores nostri
 haud neglexisse uidentur. Quidnam illud est? Ut qui se
 mulieribus generandæ gratia sobolis admovent, hi omni-
 no sobrij, aut uino saltem modestissimè delibato, congres-
 sum faciant. Quibus enim ex initio ut à genitoribus per
 ebrietatem seminarentur accidit, ij uini auidi, ac temulenti
 nimirum esse solent. Eapropter quum Diogenes quendam
 ex temulentia alienate mentis adolescentulum desipere
 cerneret: Adolescentule, inquit, ebrius te seminauit pater.
 Et de genitura quidem hæcenus. At uerò de ipsa iam de-
 genda uita uidetur explicandum.

DE VITA INSTITVENDA.

Generaliter equidem, quod de artibus ac scientijs
 dicere consueuimus, idem etiam de uirtute dicen-
 dum. Tria esse quæ ad operis perfectionem rite ob-
 eundam concurrere oporteat, naturam, rationem, &
 consuetudinem. Rationem disciplinam uoco, consuetu-
 dinem uerò exercitationem. Initium à disciplina, usus
 ab exercitio ac meditatione fiet. Ex omnibus autem
 absolutio comparabitur. Sin istorum pars ulla defece-
 rit, necesse crit hanc claudam esse uirtutem. Cæca enim
 res est sine disciplina natura, & absque natura disciplina

manca

manca res existit. Imperfectum autem quiddam existit, si ambobus his careat exercitatio. Nam sicut in agrorum cultura bonam in primis esse tellurem oportet, tum ferendi peritum agricolam, dehinc optima semina, eodem modo telluri naturam agricolæ præceptorem, seminibus studiorum institutiones, ac præcepta conferes. Quæ omnia in eorum animos conuenisse, ac spirasse contenderim, quos uniuersi decantant, Pythagoram dico, Socratem, Platonem, & quisquis sempiternam consecutus est gloriam. Ingentis certe felicitatis & diuini fauoris est, si cui singula hæc dii contulerunt. Quod si quis haud idoneum existimat ingenium posteaquam doctrinam, & rectam ad uirtutem natum est exercitationem, ingentes naturæ defectus, ut fieri potest, non remittere: magnum in modum, imò uerò prorsus, errare se sciat. Socordia enim naturæ uires perimit, doctrina tollit ignauiam. Facilia quoque ipsos fugiant negligentes. Difficilia uerò cura, & diligentia capeffuntur.

Y Quam expeditissima, quamq; efficax sedulitas pariter ac labor existat, compluribus in rebus facile, si conspexeris, discas. Aquarum enim guttæ lapides cauant: ferrum & æs manuum tactibus obtentur: carpentorum rotæ summis inflexæ uiribus, haud ullo pacto pristinam reparare rectitudinem possunt: curuatas histrionum uirgas nullo dirigere modo licet: quin factus præter naturam labor naturæ uim superauit. An hæc duntaxat diligentie potestatem indicant? Minime, imò uerò & infinita cætera. Si quod fertile natura solum incuriæ deditur, squallet incultum, quodq; natura præstantius est, eò magis si per ocium ac negligentiam omissum erit, perditur. Est ne quispiam insecundus, & supra modum asperior ager? At cultus generosos edidit fructus. Quenam arbores sunt, quæ

*exercitium
efficax est
ualde est*

date neglectui non simul & tortae pullulent, & steriles
 persistant? quum eadem rectum affecuta patrociniū fru-
 ctuosae sint, & magnopere fertiles. Quae corporis forti-
 tudo non obtunditur? & propter incuriam, mollitiem, ac
 malam habitudinem non perit? Quae autem imbecilla
 adeo natura, quae per exercitationes atque certamina ad
 maximas non augetur uires? Qui uero equi à primis
 bene domiti annis, suis non obsequuntur sessoribus? Qui
 autem indomiti persistant, non ne ceruice durissimi, & ani-
 mis feroces euaserunt? Et quid admirari caetera opus est,
 quum truculentissimas feras laboribus mitigari, mansue-
 fieriq; plerunq; cernamus? Bene Thessalus ille, qui quum
 interrogaretur, quinam abiectissimi Thessalorum essent:
 qui bellicarum quietem rerum agunt, inquit. Ecquid mul-
 tis opus est uerbis? Consuetudo est, quae longæua perma-
 neat. Si quis proprias familiaresq; ex consuetudine uirtu-
 tes agat, is nullo aberrare posse modo uidetur. Qua in re
 unico usus exemplo, amplius de hisce rebus prolixiora
 enarrare desinam. Lycurgus ille Spartanorum legislator,
 geminos ex iisdem parentibus catulos suscipiens, haud si-
 milibus educauit moribus. Alterum enim belluonem luxu-
 riaq; solutū, alterū indagine sagacē, & uenationibus ido-
 neum reddidit. Postea quū aliquando Lacedæmonij unum
 in locum conuenissent: Ad parandam, inquit, uirtutem, ui-
 ri Lacedæmonij, ingens est momentum consuetudo, di-
 sciplina, doctrina, & uite institutio, quae uobis illico ma-
 nifesta uehementer esse faciam. Duos subinde catulos ad-
 ducens, quum ollam in medio, leporemq; coram eis po-
 suisset, alter quidem in leporem, alter in ollam magno
 erupit impetu. Quum autem Lacedæmonij nondum quid-
 nam id sibi uellet, coniectarent, aut quamobrem catulos
 ostendit

institutio
 uite quam
 sagaces
 reat

ostentasset: hi ambo, dixit, iisdem orti parentibus, ceterum diuersam uitæ consuetudinem assecuti, alter gulosus, alter uenator euasere. De uita quidem ac consuetudine satis: consequens est ut de educatione dicatur.

DE EDUCATIONE
liberorum.

oportet, ut mihi profectò uideatur, ut matres filios educant, eisq; ubera porrigant, quoniam maiori cum charitate, & impensa magis diligentia nutriunt, ut quæ natos ex intimo, & ut dici solet, ex unguibus ament. Nutrices uerò & alumnæ suppositam quandam, & ascriptitiam beneuolentiam habent, utpote mercedis gratia diligentes. Quòd matres eos quos progenuerint, nutrire, alereq; conueniat, ipsa etiam natura demonstrat, unicuiq; etiam animantiū generi quæ pariunt, idcirco simul & lactis alimēta suppeditauit. Eius quoq; sapientem fuisse prouidentiam constat, quæ duplices mulieribus mammæ addidit, ut si gemellos peperisse contigerit, duplices ad alendum fontes haberent: præterea ut maiorem in eos quos procreassent, amorem, beneuolentiamq; fouerent. Quòd medijsfidius haud iniuria factum est: uictus enim cibi quæ sodalitiū quiddam beneuolentiæ & amoris incrementum existit: nam & belluæ, dum à socijs pastus euellunt, magnum præ se ferre desiderium uidentur: danda proinde opera, ut matres, quemadmodum enarratum est, filios educant, ijsq; ubera porrigant. Sin id facere nequierint, uel propter aduersam corporis uelutudinem (id nanque impedimento esse poterit) uel propter aliorum studium gignendorum, alumnas ac nutrices non uiles equidem, aut aduentitias, uerum quammaximè idoneas, probasque suscipiendas esse censeo. Primum quidem mo-

ribus instructas patrijs. Sicut enim infantium membra simul ac nati sunt, formari componiq; debent, ut recta, minimeq; obliqua fiant, ita puerorum mores principio apte concinneq; fingere conueniet. Illa nanque nouella ætas ad fingendum facilis, & tenera est, & ipsorum animis, dum molles adhuc extant, discipline melius instillantur. Difficilius autem quæ dura sunt molliuntur. Quemadmodum enim sigilla mollibus imprimuntur ceris, ita & doctrine, dum puerilis adhuc animus est, insculpuntur. Aptissimè igitur diuinus ille Plato nutrices admonuisse uidetur, ut ne friuolas, ac turpes pueris fabellas mandent, ne illorum animos ex initio stultitia, & corruptis imbuant moribus. Pulchre igitur Phocylides poëta monuit:

Dum tener est gnatus, generosos instrue mores.

- Y Illud etiam ne omittatur dignum est, ut adolescentulos, qui alumnis conuicturi ministraturi; sint, tales in primis inquiramus, ut bonis ueniant instituti moribus. Dehinc
- Y ut patrium sermonem, ac expedita pronuntiare uerba sciant, ne barbaris uocibus, aut deprauatis moribus intincti aliquod ex his uitium reportent. Haud est ab re illud usitatum sermone prouerbum: Si claudus uicinus habitaueris, & ipse claudus ambulare disces. Postquam peruentum eò ætatis erit, ut iam pædagogis committi pueri debeant, hic ad eorum institutionem omnis habebitur diligentia, ne mancipijs, aut barbaris, aut perfidis, & inconstantibus filios tradere se nesciant, quum irridenda uehementer hoc tempore multorum adsit consuetudo. Præstantes siquidem seruos nacti, hos quidem agri cultores designant, illos naucleros, alios mercatores, quosdã & domesticæ rei dispesatores. At si quem temulentum, scurrã, & ad omnem rem gerendam prorsus inutilem seruum repererint,
- huius

huius curæ natos committunt. Frugi uerò pædagogum ta-
 lem natura esse oportet, qualis & Achilles pædagogus
 Phoenix erat, quem idcirco Pelcus, ut est apud Homerum, *talis pædagogus*
 Achilles curæ præfecisse dicitur, *merito, pædagogus*
ut ei dicendi pariter ac
faciendi ductor foret, atque magister. Maximum omnium, *nix dicitur, non*
est nisi unus
 longeque primarium dicturus accedo. Inquirendi filijs præ-
 ceptores, quorum uita nullis obnoxia criminibus, irrepre-
 hensi mores, & optimum experimentum. Honestatis enim
 fontem simul ac radicem esse liquet, legitimam consequi
 disciplinam. Ac ueluti coloni sepes arbusculis circumpo-
 nunt, ita & æquisissimi præceptores consona pueris institu-
 ta & admonitiones inserunt, unde rectissima morum ger-
 mina pullulent. Nunc uerò respuendi stomachandiq; non-
 nulli sunt genitores, qui priusquam ullam ex præceptoribus
 experientiam sumpserint, hominibus aliquando im-
 probis imperitisq; ac ignorationis insignis, liberos comē-
 dant. Quod etsi per ignorantiam factum fuerit, ridiculum
 tamen est. Illud autem extreme certe stultitiæ. Quidnam
 inquires? quidam enim quanquam quibusdam dicentibus
 peritis aliquorum inscitia improbitatemq; cognorint, idq;
 persuaserint, eis tamen suos optimè commendant pueros.
 Nonnulli placidis corū uicti blanditijs. Sunt tamen qui ro-
 gantium amicorū gratiæ tribuant. Qua in re simile quip-
 piam faciunt, ut si quis ægroto laborans corpore doctum
 ac saluiferum omittens medicum, ut amici gratiam ineat
 imperitum hominem deligat, à quo fortassis in perniciem
 detur: aut præstantissimo gubernatore dimisso, obsecran-
 tibus amicis probet insipientem & ignarum. Prò Iupi-
 ter, dijq; omnes, est ne paternæ quispian appellatiōis,
 qui pluris obsecrantium gratiam, quam liberorum erudi-
 tionem faciat? Haud ab re, quod antiquus ille Cratès dice-

re solebat, qui si licuisset, ubi in altissimam urbis partem conscendisset, se uociferaturum aiebat: Quorsum ruitis homines, qui omne in comparandis pecunijs uestrum studium facitis, filiorum uerò, quibus eas relinquitis, nullam sane curam suscipitis? Quibus addendum esse censeo, quòd hi patres haud aliter faciunt, quàm qui magnam calceorum sedulitatem habent, quum interim pedem ipsum paruipendant. Multi uerò sunt parentes, in quibus adeò numerorum amor pariter & filiorum odium sepe numero increuit, ut ne maiora impendant salaria, nullius existimationis homines eorum natis deligant, uilissimorum pretiorum disciplinam ipsam insectantes. Ob quam rem Aristippus haud insulse, quin urbano plurimum sermone quendam mentis inopem patrem carpsit. Quopiam enim ex eo percontante, quantam instruendi gratia filij mercedem postularet: mille drachmas, dixit. Ille uerò, hercle, ait, permagnum postulat. Scruum enim comparare mille drachmis possum. Duos, inquit, habebis seruos, & filium, & quem mercaberis. Et ut summatim dicam, quonam modo absurdum non est, nostros quòd dextra cibos capiant, ita assuefecisse, ut si leuam protendant, continuo increpamus, nullam autem facere prouidentiam, ut idoneas, atque legitimas audiant disciplinas? Quid autem his admirandis accidat patribus, postquam filios male nutrierint, maleq; instruxerint, dicere aggrediar. Nam quum sumpta uirili toga salubrem, ac bene institutum uiuendi ordinem aspernantes, ad immodestas atque seruiles sese præcipitarint uoluptates, tunc ita liberos erudisse poenitet: quumq; nulla extat utilitas, sese ob illorum peccata discruciant. Hi enim assentatores, parasitosq; recipiunt indecoros, ac execrandos homines, & perniciosos iuuentutis euersores:

illi

bonus ma
gister, sig
nus est mag
no p[ro]p[ri]o

illi scorta, meretricesq; superbas, atque sumptuosas redimunt. Alij opsonijs & exquisitis ferculis dies peragunt: quidam in alea, procacissimisq; sodalitijs uti naufragi demerguntur: Nonnulli iuuenilibus sese magis applicantes malis, adulteria, libidinesq; complectuntur, & unicam morte uoluptatem existimant. Verum enimuero hi, si cuiuspiam philosophi consuetudinem habuissent, haud talibus profecto rebus animum induxissent: quin id Diogenis preceptum didicissent, qui uerbo quidem grauter, re autem uere commonefaciens ait: Meretriciam ingredi domum, ut perdiscas quàm uilissimarum rerum pretia nullam præ se ferunt excellentiam. Et ut succincte dicam, uaticinari magis quàm admonere iure me existimans, unum in hac re primum, medium, atq; postremum esse uerticem asseuero, ut honesta uitæ regula & legitima sit eruditio. Hæc esse quæ ad uirtutem, ac beatitudinem plurimum ferant adiumenti. Cætera quidem bona humana quedam esse, pusillaq; & indigna quæ tantis insectemur studijs. Pulchra quidem medijs fidius est nobilitas, sed maiorum illud nostrorum bonum existit. Pretiose quidem diuitiæ, uerum ea est fortunæ possessio, quum eas & habentibus, ut usu euenit, auferat, & minime sperantibus afferat. Magnæ insuper opes signum quoddam & facinorosis nota seruis, & calumniatoribus iacent, quoties loculos sagittare, adoririq; concupiuerint, & quod maximum est, hæc quoq; sceleratissimis communes hominibus sunt. Gloria uenusta quidem res est, sed inconstans minimeq; stabilis. Forma præcipuum quoddam, & pro qua uendicanda magnopere decertetur, at caduca paruq; durans tempore. Pretiosa quippe sanitas, uerum permutationi prorsus obnoxia. Concupitæ sanè uires, & in partē beatitudi-

nis collocāde, sed facile aut ægritudine, aut senectute con-
 tabescunt. Si quis omnino corporis robore gloriatur, sen-
 tentia falli se discat. Humana siquidem uis præ cæteris
 pars quota extat animantibus? Elephantes, inquam, tau-
 ros, atque leones. Nostris autem in rebus sola & immorta-
 lis, & diuina est eruditio. Ex uniuersis duo humane na-
 turæ perquam peculiaria bona sunt, intellectus, & ratio.
 Et intellectus quidem imperat, ratio autem obsequitur.
 Hunc nullus fortune tollet incurfus, nulla calumnia distra-
 het, non ægritudo corrumpet, neque senectus ullis affliget
 nocuentis. Solus intellectus est, qui uetustate confectus
 repubescat: & quum reliqua omnia tempore diminuuntur,
 scientia senectute augetur. Bellum singula torrentis
 instar trahens, & omnia ferens, solam doctrinam nequit
 eripere. Quocirca philosophum Stilponem illum Mega-
 rensis memoratu dignum fecisse responsum autumo. Nam
 quum Demetrius captam urbem solo æquasset, Stilponem
 interrogauit, nunquid suorum quicquam amisisset.
 Cui Stilpo: haud equidem, inquit: bellum enim nulla
 ex uirtute spolia ducit. Concors huic & consentaneum
 illud Socratis uidetur esse responsum. Nam quum Gor-
 gias, ut arbitrator, percontaretur, an Persarum regem feli-
 cem esse putaret: Nescio, inquit, quantum habeat uirtutis
 ac disciplinæ: perinde ac in hisce, non autem fortune bo-
 nis persistat beatitudo. Ceterum quemadmodum nihil fi-
 liorum eruditione propensius, & conducibilius faciun-
 dum esse moneo, ita incorrupta ac salubri patria insistere
 oportere dixerim, ita ut liberi à popularibus & laudati-
 uis quamprocul nugis abducantur. Nam multitudini qui
 collibuerit, is sapientibus displiceat oportebit. Testimonio
 est Euripides ita dictitans: Iners ego sum meos in uulgum
 uersus

uersus dare : Modicis uerò , ac æqualibus sapientior . Et profecto qui peritis contemptui sunt , ij ad perorandum in multitudine magis idonei habentur . Qui enim ad turbulentiſſimæ gratiæ & beneuolentiæ plebis incundâ ſua conſtiterint exercitia , eos ut plurimum prodigos , & uoluptatis auidos intueor , & iure quidem ac meritò . Nam ſi quis ut uoluptatem alijs comparet , honeſtatem negligit , is certè rectas ac ſalubres delectationes ſuis anteponeat , aut pro uoluptuoſis modèſta ſectari nullo modo poterit .

Ad hæc , ne pueri dicant ex tempore , cauendum erit . Quod enim inconfultò ac temere dictum , factum uel ſit , id pul-

non dicendum
extempore sed
ex præmeditata
exemplo per
clis, et de mos
genis est

chrum eſſe nequit , utq; in prouerbio eſt : Difficilia honeſta ſunt . Impræmeditati quoque ſermones plurima leuitate , incuriaq; reſerti , neque unde ſumendum exordium , neque ubi terminandum , facile conſpiciuntur . Præter alia delicta , quibus extemporarie dicendum eſt , hi ad immoderatam quandam incidunt multiloquentiam . Considerata uerò meditatio orationem eſt congrua uagari menſura non ſinit . Periculum , ut accepimus , ad perorandum conuocatum multoties populo nequaquam audiuiſſe conſtat , quòd imparatum ſe eſſe diceret . Eodem modo & eius in Republica æmulator Demoſthenes , quò ad conſulendum accerſeretur à populo , reſtitit : Non enim inſtructus ſum , ait . Hanc nullo cum autore , mendacem que traditionem eſſe fortàſſe quis dicit : uerum in oratione contra Midiam cogitationis utilitatem palam adduxit , hunc in modum inquit : Ego , uiri Athenienſes , conſideraſſe me fateor , & quantum in me ſitum eſt , præmeditatum uehementer eſſe non inſicior . Miſerandus enim certè forem , ſi ita diſpoſitus acceſſiſſem , ut quæ de hiſce rebus oraturus ſum , inconsiderata præteriſſem .

not.
que

que uerò id nunc dico , ut sit omnino dicēdi expedita p̄paratio reprobanda , aut quò minus ab his , qui eam rem dignè exequi possint , habenda sit exercitatio : sed hoc iuueni parce faciendum , quoad uirilis succedat ætas , ne uerò ex incidenti dicat , dignum arbitror . At quum eloquendi uires radicem egerint , tunc ubi tempus aduocarit , orandi ubertatem impartire conueniet . Sicut enim qui longo tempore in uincula coniecti fuerint , si posterius soluantur , ob diurnam uinculorum consuetudinem ambulare nequeunt , quinimo claudis incedunt pedibus , ita & qui sermonem diutius astrinxerint , si quando loquendum ex templo fuerit , nihilominus eundem stylum interpretis obseruant . At si quis pueros ex tempore dicere sinat , extreme causam garrulitatis instituit . Miser quidam pictor , quum suam Apelli ostenderet imaginem , hanc modò pinxi , dixit . Cui Apelles : & si taceas , inquit , hanc subito depictam esse intelligo . Demuror autem quonam pacto non plures huiuscemodi depinxis . Et ut ad priorem materiam referatur oratio , sicuti theatralem ac targicam , ita & depressam & humilem dicendi orationem euitandam , fugiendamq; prorsus admonco . Tumidum nanque orationis genus , ciuile nequaquam est : Tenue uerò , nusquam mouet . Quomodo enim corpus non solum incolume , uerumetiam bonæ habitudinis esse oportet , ita & orationem non modò non ægram , sed etiam robustam esse conuenit . Nam quicquid tutum est , id solummodo collaudatur . Quod uerò cum periculo fit , id etiam admiratione prosequimur . Eandem quoque de animi dispositione sententiam habeo . Nam neque temerarium , neque audacia prorsus exutum ac timidum esse decebit , quum illud quidē impudentiã , hoc autem seruilē

afferat

afferat turpitudinē. Mediam autem in cunctis secare uiam
 summæ & artis, & consonantiæ est. Adhuc quū de disci-
 plina commemorem, de ipsa quid opiner differendum cen-
 seo. Sermonem uno contentum esse membro, non autem
 uarijs distinctum esse clausulis, non paruum imperitiæ, ac
 dissonantiæ signum facio. Id præterea ad exercitationem
 fastidiosum, & passim intolerandum arbitror. Vnicus nan-
 que canendi modus, & inuariatus personis actus, laborem
 simul, ac satietatem gignit. Amoena uerò usquequaque ua-
 rietas cum cæteris in rebus, tum uerò in uocibus, atque
 spectaculis. Ingenuis igitur adolescentibus nihil uel au-
 ditu, uel spectatu debet omitti, imò nec is qui orbis disci-
 plinarum appellatur. Verum hæc perinde ac gustus gra-
 tia, uel in transcurso perdiscenda sunt: fieri autem ne-
 quit, ut in cunctis perfectionem assequantur. Antiquio-
 rem autem, primariamq; Philosophiam esse ducant. Qua
 in re mea coram ex similitudine quadam cōstituenda sen-
 tentia. Nam sicuti complures nauigando urbes obire per-
 pulchrum est, ita in præstantissima domiciliū habere com-
 modissimum ac pretiosissimum. Urbane profectò * Bionem.
 tem philosophum dicere solitum accepimus: Quemadmo-
 dum quum proci Penelopes congressum habere nequi-
 rent, eius se ancillis immiscebant, ita & qui philosophiam
 consequi non ualent, per cæteras nullius sane existimatio-
 nis disciplinas aridi semper & tenues intabescunt. Quam-
 obrem aliarum artium & scientiarum, uti principem, con-
 stituere philosophiam oportebit. Ad corporis quidem cu-
 ram duplicem scientiam humana excogitauit industria,
 medicinam dico, atque gymnasticum: quarum altera sa-
 nitatem, altera bonam importat habitudinem. Animorum
 autem ægritudines atque languores sola est quæ curet ac
 medeatur

medeatur philosophia. Per hanc enim & cum hac scire licet, quid honestum, quid turpe, quid iustum, quid iniustum, & summam, quid deligendum, quid fugiendum, quomodo parentibus, quomodo natu grandioribus, quomodo peregrinis, magistratibus, amicis, uxoribus, ac seruis utendum sit, utq; deos ueneremus, parentes honoremus, seniores uereamur, legibus obtemperemus, magistratibus cedendum sit, amicos diligere oporteat, in mulieres seruare modestiam, charos habere liberos, minime seruire cum seruis, & quod maximum est, in prosperis fortunæ successibus lætitia non effundi, nec in aduersis casibus tristitia deprimi, nec omnino uoluptatibus esse deditos, nec ita per iracundiam affici, ut belluarum animos induamus, que ex omnibus philosophiæ bonis antiquissima iudico. Generosi enim secundam ferre fortunam uiri officium est. sine inuidia uerò, hominis bene instituti. Voluptates ratione superare, sapientis, iracundiam uincere, non uilis profectò aut abiecti munus est uiri. Cæterum eos perfectos opinor esse homines, qui ciuiles cum philosophia potestates queant immiscere. Hos sibi gemina uendicare bona reor, ut scilicet eorum uita & ad communem omnium utilitatem in Republica duceretur, & summa cum tranquillitate nullis obiecta fluctibus per sapientiæ studia uersaretur. Nam quum triplex uitæ genus, existimatum quidem, actiuum, contemplatiuum alterum, tertium uoluptuosum, hoc sanè dissolutum, & uoluptatis mancipium, belluarum est, & infimorum hominum. Actiuum autem, si philosophia caruerit, ineptum est, & magnis delictis inuoluitur. Speculatiuum, si ab actiuo seiuungitur, prorsus inutile. Experiendum igitur pro uiribus, ut & publica consiciantur, & philosophia uendicetur, quemadmodum

pro

pro temporibus attingere uidebitur. Hunc in modum Pe-
 ricles ciuilia tractauit officia, hunc in modum Archytas
 Tarentinus, hunc in modum Dion Syracusanus, & The-
 banus Epaminondas, quorum utrunque Platonis constat
 fuisse discipulum. Circa disciplinam quid amplius immo-
 rari deceat, nescio, nisi quod præter ea que dicta sunt,
 conducibile, imò uerò necessarium existit, ut ad adipi-
 scendos antiquorum codices ne parum diligentes sint.
 Verum hi pro agriculturalum more colligendi, Nam ita di-
 scipline instrumentum non librorum possessio, sed usus
 & exercitatio est, sicut & colendi scientiam à tellure, non
 autem à uomeribus, & reliqua supellectile conseruari
 contingit. Corporis certamina ut contemnantur, ne di-
 gna quidem extant, sed ad eius rei præceptores, ut ad ipsa
 quantum sat erit, elaborent, pueri dimittentur, quò &
 apta quedam membrorum compositio simul & robur
 acquiratur. Bona enim in pueris corporis habitudo, bo-
 ne quoque senectutis fundamenta iacit. Sicut hyemi ne-
 cessaria per serenitatem parare conuenit, ita & boni mo-
 res, & optimum ad senectutem uaticum modestia in ipsa
 iuuentute reponentur. Adcò autè perinde ac in cella qua-
 dam reseruandus est corporis labor, ut ne fragiles, leui-
 terq; cedentes ad doctrinæ studia fatigati succumbant.
 Hostes enim disciplinarum, ut à Platone dictum est, labo-
 res atq; somni. Quid his tantùm insisto, quum ad id quod di-
 ctum longè principalius est explicandū, summo ducat stu-
 dio? Militaribus nanq; certaminibus pueros exercere con-
 ueniet, ut in iaciendis hastis, tractandis arcubus, uenationi-
 busq; magnopere contendant. Victores eorum quos bel-
 lo deuicerint, bona sibi ipsi præmia esse præponunt. Bel-
 lum educatam in umbra corporis habitudinem repudiat.

Macilen

uade ad formi-
 cam et age
 ab ea. conge-
 gat in estate
 cibum pro
 hyeme

Macilentus autem miles, bellicis assuetus certaminibus, pugiles, & structas praelio propulsat acies. Quid agis? dicet quispiam, tu quum de ingenuorum educatione liberorum daturum te praecepta spondideris, postmodum inopes, ac populares ita uideris praetermississe, ut solis institutionem locupletibus exhibere cogites. Quibus occurrere haud certè difficile: Ego nanque hanc ipsam institutionem communem omnibus, ac utilem esse maximè uelim. Verum si propria laborantes indigentia meis uti commonefactionibus nequierint, fortunam, non autem me consulentem accusent. Enitendum itaque pro uiribus, ut optima pueris, uel etiam ipsis pauperibus fiat educatio. Sin minus, possibili saltem utendum erit. Et ista quidem, quae grauer in sermone obijci poterant, adduxi, ut quae ad rectam iuuenum instructionem non ferunt, deinceps adiungam. Illud igitur asserere, ad honesta pueros exercitia non plagis aut uerberibus, sed monitis ac rationibus adduci oportere. Omitto enim ea magis seruos decere, quam liberos, qui durati rigescunt, & ad labores sustinendos, nunc ob plagarum dolores, nunc ob contumelias horrent. Liberalibus autem pueris maiorem laudes ac uituperia, quam uerba commoditatem asserunt. Ille enim ad honesta concitant, haec à turpitudine cohibent. Mixtim uerò & alternis utendum erit obiurgationibus & laudibus. Postquam uehementer obiurgarint, pudore agendū erit, rursusq; laudibus reuocabunt, ijsq; imitandae nutrices erunt, quae ubi infantes lugere coegerint, ubera denuo ad eos solandos admouent. Cauendum autem erit, ne immodicis elati laudationibus intumescant, quoniam nimis demolliti laudibus franguntur. Plerosque iam ego patres uidi, quibus amor nimius ne amarent causa extitit.

Y
 potius monitis quam flagellis, aut uerbis agendum est.

Y

tit
 len
 Et
 sub
 r
 te
 can
 bor
 labo
 enin
 diu
 etia
 pace
 roso
 boris
 mod
 Arce
 sum
 Y nime
 pand
 praec
 neque
 quam
 exper
 merce
 li ma
 quum
 in loc
 qui nu
 Y gis oc
 cenda

titit. Quid enim est quod dicere uelim, ut exemplo lucu-
 lentior fiat oratio? Nam quum hi festinent, ut filij in cun-
 ctis ocus antecedant, immensos illis labores adiiciunt,
 sub quibus defessi corruant, & alioqui pondere molestia-
 rum oppressi, doctrinam minus mansuetè percipiunt. Plan-
 te enim quum modicis alantur aquis, quam multis suffo-
 cantur: Eodem modo animus quum mediocri uegetetur la-
 bore, sub nimio demersus opprimatur. A' continuis igitur
 laboribus danda quædam pueris respiratio. Reminisci
 enim oportet nostram omnem uitam in remissionem ac stu-
 dium esse diuisam. Quocirca non uigiliam modò, uerum-
 etiam somnum esse repertum: non bellum solum, sed &
 pacem: non hycem, sed & tranquillitatem: non ope-
 rosos, sed festos etiam dies, & ut generatim eloquar, la-
 boris condimentum est ocium. Idq; non in animantibus-
 modò, sed etiam in his quæ anima carent, fieri conspicias.
 Arcus enim lyrasq; remittimus, ut tendere possimus. Ac
 summatim, corpus quidem indigentia & repleto, a-
 nimus uerò remissione atque labore consruatur. Incre-
 pandi pleriq; meritò sunt genitores, qui pædagogis atque
 præceptoribus filios ita committunt, ut quid hi discant
 neque uideant, neque protinus audiant. Qua in re plus-
 quam opus sit delinquant, quum ipsi paucos intra dies
 experimenta suscipere ac tentare debeant, non autem in
 mercenarij dispositione spem suam collocare. Nam & il-
 li maiorem puerorum curam ac diligentiam facturi sunt,
 quum rationem ubique reddituros se fore scient. Hoc
 in loco generosum illud lepidumque stabularij dictum,
 qui nulla alia ex re equum adeò pinguescere, quàm re-
 gis oculo, dixit. Super omnia puerorum memoria exer-
 cenda consuescendaq; ea enim disciplina quasi quædam
 r cella

cella penaria est. Quamobrem memoria esse matrem Musarum traditur in fabulis. Quasi uerò insinuēt atq; demonstrent, nullam à natura rem tantū gignere, ac nutrire, quantum memoriam posse. Illa igitur in utranque partem exercenda, siue ij natura memores, siue contra obliuiosi fuerint. Naturæ siquidem abundantiam corroborabimus, defectum uerò supplebimus, tumq; illis ceteros, istis seipsos uincere continget. Præclare enim apud Hesiodum:

Paruula si tentes superadiecisse pusillis,

Idq; frequens peragas, magnus cumulatur aceruus.

Illud uerò ne parentes lateat, memoratiuam doctrine partem non modò ad perdiscendum, uerum & ad ceteras uite res non minimam conferre portionem. Nam rerum gestarum memoria ad futurorum consultationem exemplum

✓ quoddam extat. Præterea filij à uerborum turpitudine retrahendi. Ut enim ait Democritus: actionis umbra existit oratio. Dehinc ut ipsi colloquio faciles, & in obuijs

compellendis suauis fiant, præparandum erit. Nam sicuti graues in colloquio mores digna in se contrahunt

not odia, ita & pueri chari socijs reddentur, si quæsi non pertinaces omnino, nulli que cedentes extiterint. Non so-

not lum enim uincere, sed etiam uinci scire speciosum est, in ijs præsertim rebus, in quibus uictoria detrimentum parit.

Extat huiuscemodi Cadmea certe uictoria. Huius rei testem adducendum sapientem habeo Euripidem, qui hanc in modum locutus est: Duobus obloquentibus, quum al-

✓ ter fuerit qui uerba frenat, is longè sapientior. Ceterum illa non minus quàm superiora, quin longè magis adolescentibus exercenda, ea sunt eiusmodi: Sine mollitie uitam esse degendam, continendam linguam, iram sibi subijcere, manus comprimere. Quale autem horum unam-
quodq;

quodq; sit, despiciendum. Hæc autem ab exemplis notiora
 fiunt. Et ut à posteriore prius exordiar: plerique manus
 ad iniusta submittentés lucra, anteaquam effuderunt ui-
 tam, ut Gylippus Lacedæmonius, qui quoniam pecunia-
 rum sacculos soluerat, Sparta in exiliū expulsus est. Sa-
 pientis autem munus est, à nulla uinci iracundia. Ado-
 lescens quidam temerarius admodum & fastidiosus So-
 cratem calce percussit. Quamobrem quum molestè feren-
 tes comites, adcoq; animi discruciatos aspiceret, ut ipsum
 persequi uellent: si me asinus, inquit, calce pulsasset, di-
 gnū me ut mutuo illi calces incuterentur existimaretis?
 Quod tamen haud ille prorsus effecit. At eum quum uni-
 uersi probris insectarentur, calcitronemq; nominarent,
 suffocatus est. Quum Aristophanes multa in eum conui-
 cia dissipans, eam cui Nebulae titulus est comœdiam edi-
 disse, & astantium quidam talia decantans dixisset:
 Nunquid ista Socrates iniquo patris animo? Haud equi-
 dem mediūsfidius, ait, siquidem in theatro perinde ac ma-
 gno in conuiuio salibus mordeor. Sororia ista & paria
 Archytas Tarentinus & Plato gessisse uidentur. Ille
 enim ex bello reuersus, rei nanque militari operam dabat,
 agrum incultum ac squalentem offēdens, accito illius
 millico, nisi iratus forem lugeres, ait. Plato uerò aduersus
 deditum uentri seruū fastidiendumq; ira percitus, uo-
 cato sororis filio Speusippo, Abi dixit, hunc uerberato,
 nam ego nimia exagitor ira. Ardua hæc & imitatu dif-
 ficilia, dicit sanè quæspiam, nec ego sum nescius. Ve-
 ramenim uero totis entendum est uiribus, ut istis utentes
 exemplis, ab inconuenienti & seua nimirum ira magnam
 salutem auferamus partem. Nam quum alias quidem ad
 res, nec cum eorum doctrina, nec cum uirtute certare

possumus, suæ nihilominus sapientiæ perinde ac deorum
antistes, sacrorum expositores, tædasq; gestantes, hæc imi-
tari pro uiribus & aliquid deradere conamur. De con-
tinenda uerò lingua, ut proposui, explicare restat. Si
quis paruum aut contemptibile suspicatur, à ueritate ue-
hementer errat. Magnæ enim sapientiæ tempestiuum est
silentium, & omni certè sermone præstantius. Idcirco ma-
iores nostri mysticas designasse ceremonias uidentur, ut
ex illis capta silentii consuetudine, deorum metum ad hu-
manorum fidem arcanorum transferamus. Nam quum ne-
minem tacuisse piguerit, dixisse certè complures: præter-
ea quod silentio retentum est, efferetur perfacile: quod
autem edideris, nullo modo reuocari potest: scio innume-
rabiles ob linguæ intemperantiam ad maximas incidisse
calamitates, ex quibus relictis cæteris, unum aut duos
adumbrationis gratia meminisse sat erit. Quum Phila-
delphus sororem Arsinoën cepisset uxorem, Sotades in-
quit: In sanctam minime rimulam trudis aculeum. Quo
dicto in uincula coniectus, multo tempore putridus inta-
buit, & intempestiuæ dicacitatis haud increpandas uti-
que pœnas dedit. Qui ut alijs risum exhiberet, in diutur-
nos collapsus est luctus. Paria & cum his contententia
Theocritus philosophus dixit, sustinuitq; & grauiora
nonnihil. Alexander Græcis ut purpureas pararent ue-
stes, edixerat: ut quum rediret, belli contra Barbaros à
se confecti uictoriam solennibus celebrarent sacrificijs.
Tum nationibus argentū per capita conferentibus. Theo-
critus inquit: Prius quidem subdubitabam, nunc uerò
perspicuè sentio, hanc tibi secundum Homerum necem
fore purpuream. Quibus ex rebus magnam Alexandro
constauit inimicitiam. Regi Macedonum Antigonō,
qui

qui altero carebat oculo, quum cæcitatem obiecisset, haud mediocrem suscitauit iram. Magistrum enim coquorum Eutropionem in centuria quadam constitutum, ut rationem redderet acciperetq; ad se uenire iusserat: quæ quum illud ad eum multoties adueniens retulisset: Scio, inquit Theocritus, quòd Cyclopi me crudum appones. Quo dicto illi quidem cæcitatem, huic uerò coquinariam obiecit artem. Tunc Eutropion, capite igitur carebis, respondit, & huius dicacitatis, insaniq; pœnas lues, Dehinc dicta renuntiauit ad regem. At ille qui Theocritum interficerent statim misit. Præter hæc omnia, id quod sanctissimum est, pueri uera proferre consuefiant. Mentiri enim seruile est uitium, & à cunctis mortalibus odio infectandum, nec quod apud mediocres etiam seruos ueniam promereatur. Ista quidem de puerorum ornamentis atque modestia, nullam per ambiguitatem aut segnitiam disputaturus accessi: de his autem quæ deinceps dicturus sum, dubius persto, & ancipiti magis trahor sententia, hac illac'ue in trutinæ modum uergens in neutram certus inducor partem. Permultus uerò de introducenda, aut re aduertenda me torpor habet, ut illam tamen expromam, prorsus audiendum est. Quid illud est? Vtrum qui puerorum amore tenentur, eorum societatem & consuetudinem habere sinendi, aut contra prohibendi, & ab ipsorum conuersatione procul arcendi. Quum enim plerofq; rigidos patres, moribus acerbos, immitesq; respicio, qui filiorum dedecus esse arbitrantur, si cum eorum amatoribus obseruentur, hanc rem meis introducere consilijs uereor. Quum autem ex altera parte animaduerto Socratem, Platonem, Xenophontem, Aeschinem, Cebetem, & uniuersum illum uirorū cœtū, qui marium commendat

amores, quiq; adolescentes ad eruditionē popularem, prin-
 cipatum, & ad morum deniq; probitatem peruexerunt,
 subinde alter existo, & ad illorum æmulationem uirorum
 ipse deflector. Harum etiam rerum testimonio est Euripi-
 des, hoc inq; pacto: Sed est amor mortalibus quidam in-
 situs, animi moderata iustaq; seruantis. Simul id Platonis
 institutum ingenti studio & urbanitate temperatum haud
 prætermittendū. Licere inquit ijs, qui optimè de republi-
 ca meriti sunt, ut quem ex honestis forma maluerint, iusto
 sibi deuinctū amore media fronte dissuauiet. Quòd si quos
 pulchritudinis libido ceperit, eos fugare propellereq; con-
 ueniet. Qui autem animum dilectione ac beneuolentia
 complectentur, ij penitus comprobandi, quales Athenien-
 sium amores, & Lacedæmoniorum existūt. De his, prout
 unusquisque sibi persuadet, ita etiam suspicatur. Ego
 uerò postquam de puerili iam institutione ac ornamen-
 to disserui, ad adolescentium ætatem transcundum pau-
 cis esse censeo. Sepnumero improborum duces mo-
 rum incusauī, qui quum puerili adhuc ætati pedago-
 gos magistrosq; præficiant, iuuenilem impetum solu-
 tum uagari sinunt, quum è contrario maior his annis,
 quàm puerilibus cautio & obseruantia debeat. Nam
 quis ignorat, puerorum delicta parua esse, ac medicatu fa-
 cilia? fortassis enim aut pedagogorum incuria, aut præ-
 ceptorum in ludis peragendis inobedientia. At iuuenum
 peccata immensa plerunq; sunt, & miseriarum plena,
 uentris immodestia, paternorum bonorum expilatio, alea,
 saltandi proteruia, ebrietates, amores uirginum, mulie-
 rum corruptiones, adulteria. Horum igitur impetus omni
 cura & diligentia coercendi, reprimendiq; fuerant. Petu-
 lantem enim uigore ætatis nō facile à uoluptatū obseruabis
 incursum.

incurſu. Quocirca illi freno uehementer opus exiſtit. Ea-
 propter qui huic etati ſummopere non reſiſtunt, haud
 intelligere uidentur, ſe illorum cogitationibus magnam
 ad perpetranda facinora licentiam exhibere. Prudentes
 itaque patres hoc potiſſimum tempore ſumma cuſtodire ui-
 gilantia oportebit, ut adoleſcentulos ad modieſtiam indu-
 cant, inſtruant, minentur, rogent, conſulant, polliceantur,
 nunc eorum exempla demonſtrent, qui ob ſuas li-
 bidines ad magnas peruenerunt erumnas, aut qui per
 tolerantiam laudes, & præclaram ſunt gloriam aſſecu-
 ti. Hæc enim duo perinde ac uirtutis elementa ſunt, ſpes
 honoris, ac formido poenæ. Nam quum ille ad egregia
 honeſtatis opera promptiores efficiat, hæc ad perpetranda
 uiliſſima ſegnioreſ reddit. Generatim autem liberos no-
 ſtros flagitioſorum hominum conſortio ſegregare dece-
 bit: eorum enim malignitatem reportant. Hæc & Pytha-
 goras obſcuris quibuſdam præcepit ſermonibus, quos hoc
 in loco poſitos explanabo, quoniam ad conquirendam
 uirtutem non minimum uidentur aſſerre momentum, qua-
 le illud: Quæ nigrantes habent caudas, guſtari non o-
 portere: hoc eſt, cum hominibus conſuetudinem non eſſe
 habendam, quos morum deprauatio ipſa denigrat. Iu-
 gum, ſtateramq; nõ transcendere: id eſt, plurimũ facere iu-
 ſtitiam oportere, nec eam ullo modo transcendere. Nec
 in ocio inſidere: hoc eſt, fugiendum eſſe ocium, providen-
 dumq; ut neceſſariam præparemus alimoniam. Haud inji-
 ciendam unicuiq; dexteram: id eſt, non promptè aut incon-
 ſultò conciliari oportere. Anguſtum ne geſtabis anulum:
 quoniam ita uitam, ut eam nõ uinculo diſtringas, exercere
 debebis. Ignem ferro cædi nunimè debere: hoc eſt, irri-
 tandum non eſſe furentem. haud enim conuenit, quin potius

Symbola
 Pythagoræ.

quum intumescit, iræ cedendum. Cor neque manducabis, quid aliud insinuat, quàm ne animum offendas sollicitudinibus, cum uel curis conficias? Abstinentum à fabis: quòd in re ciuili uersari non oporteat. Fabis enim priscorum suffragia ferebantur, quæ finem principatibus attulerunt. Cibos in scaphio non esse ponendos: significat autem in improbum animum urbanos immitti non oportere sermones, aut ulla uirtutis studia. Cogitationis namque cibus est, cum ratione studium, ac sermo frugi, quem impurum ac sordidum humana reddit improbitas. Haud retrouerti ad contermina proficiscentes: id est, quibus moriendum est, quum proximum uitæ terminum intueantur, facile ferant, neque mœrore deprimantur. Ad priorem denuo materiam flectetur oratio: & quod prius agebam, à prauis hominibus, sed assentatoribus præsertim, liberos abducamus. Compluribus id patribus præsertim non desino, ac impræsentiarum rursus dico, nullam

no animantium genus assentatoribus esse perniciosius, nullum quod citius in præcipitia iuuentutem deducat, qui patres ac filios radicibus obrinuerunt, illorum senectutem, & horum adolescentiam tristitia & magnis affligentes malis, & quæ ipsorum consilijs clandestina quædam iacet esca uoluptatem prætendunt. Opulentos filios patres ut sobrietatem conseruent monent, assentatores ebrietatem: illi temperantiam, isti lasciuiam: illi parsimoniam, isti sumptus & expensas: illi labores appetendos, isti socordiam. Vniuscuiusque uitam punctum esse temporis assauerant. Quocirca uiuendum, non autem diminute uiuendum esse. Et quæ uobis paternarum cura minarum? iam pater uiri Saturnus quidam ætate delirat, iam capularis est demon. Sublimem hunc attollamus, eumq; cum primum effera-

mus

mus. Plerique ad scortandum accedunt, & intempestiuas ducunt uxores, paternaq; ad senectutem uatica corradunt, atque surripiunt. Scelestissimum hominum genus amicitie simulatores, nullam prorsus eloquendi libertatem degustantes. Ii locupletum quidem assentatores, pauperum contemptores, aduersus iuuentutem perinde ac ex arte lyrica deducti, quum suos ridere nutritores cernunt, ultro arrident. Ex omni uitae parte nothi atque degeneres ad diuitum nutum uitam agunt, fortuna liberi, electione serui. Tum magnas se pati contumelias opinantur, quum nullis afficiantur contumelijs, quoniam alienum frustra cibum capiant. Quocirca si quis pater est, qui de bene instruendis natis curam gerat, has primum fastidiosas propulset pecudes. Condiscipulorum etiam flagitia repellantur, quoniam ij ad mansuetissimas etiã naturas corrumpendas satis possunt. Ista quidem honesta & perutilia sunt, quae uerò dicam humana. Haud enim uolo parentes omnino aspros, & natura esse durissimos. At praeteritorum nonnullis peccatorum concedendam interdum esse ueniam ducant, seque iuuenes aliquando fuisse memincrint. Quemadmodum medici amara quaedam uenena dulcibus immiscentes succis, comitem utilitatis amœnitatem inuenerunt, ita & patres increpationum rigorem mansuetudine temperent est necesse. Puerorum nanque desiderijs remittende interdum habendae, nonq; nihil laxandae, quandoque rursus intendendae. Leuia praesertim delicta molli ferant animo. Sin aduersus ipsos ira excanduerint, illico tumorem animi deponant. Parentem enim celeres, quam graues suscipere iras praestat. Nam quum quispian ita difficiles induit animos, ut non nisi summo cum labore redire in gratiam possit, profectò filiorum odium contraxisse non

paruo patefecit indicio. Vt aliqua etiam nouisse peccata
 dissimulent satius erit, uerum surditatem & obtusos se-
 nectutis sensus ad filiorum commissa transferant, ut ple-
 raq; uidentes non uideant, audientesq; non audiant. Ami-
 corum errata perferimus, quidnam ergo mirum si & na-
 torum? Crapulantium multoties seruorum ebrietatem mi-
 nime redarguimus. Interdum pepercisti, insuper suppedi-
 tato. Molestè aliquando pertulisti, ultro ueniam adhibe.
 Per seruuli quandoque fraudes demulsisti, cohibe prorsus
 iracundiam. Ex agro iuuenecos abstulit, redijt hesternum
 nonnunquam exhalans temetum, inscius esio. Vnguenta
 redolet, tacitus sis. Hunc in modum petulca iuuentus equi-
 ni instar pulli domita, mitisq; redditur. Enitendum est, ut
 qui libidinibus succumbunt, & increpationibus omnino
 rebelles existunt, connubio subiugentur. Hoc siquidem tu-
 tissimum iuuentutis est uinculum. Eas autem despondere
 filijs uxores conueniet, quæ nec multò nobiliores, nec di-
 tiores sint. Sapientia utiq; refertum prouerbiu: Aequa-
 lem tibi mulierem inquire. Nam qui seipsis longè amplio-
 res capiunt uxores, non earum maritos, uerum dotis
 y mancipia fecisse se nesciunt. Cæterum hisce rebus breuia
 quedam apponens confestim præcepta circumscribam. An-
 te omnia opus est, ut patres non solum nihil peccando,
 uerumetiam honesta singula peragendo manifestum se
 se filijs exemplar exhibeant, ut in eorum uitam quasi
 quoddam speculum intuentes, ab operum simul & ser-
 monum turpitudine se penitus uertant. Nam si quis delin-
 quentes acriter obiurget filios, tum is in eosdem illaba-
 tur errores, hic nempe ignorare uidetur, sub illorum nomi-
 ne sua se incusare crimina. Et ut succincte dicam: qui uitam
 improbe degunt, ij nullam seruos aut liberos increpandi
 licent

licentiam agunt. Præterea in eorum commissis nunc con-
 silendo, nunc instituendo iuuent. Vbi enim impudens est
 senectus, ibi & inuerecundos esse iuuenes est necesse. Ad
 comparandam filijs modestiam danda opera est, ut omnia
 pro rerum conuenientia perficiantur. Inuenitur autem
 potissimum Eurydicen, quæ quamuis Illyrica & barba-
 rissima foret mulierum, ad erudiendos tamen liberos quã-
 quam in ætate iam prouecta, studium ac disciplinam atti-
 git. Quantam uerò in eius filios indulgentiam habuerit,
 uel illud abunde, quod Musis dedicauit epigramma, decla-
 rat. Hyropolitana Eurydice postquam doctrinæ ac cru-
 ditionis desiderium cepisset, hunc Musis titulum conse-
 crauit. Pubescentibus enim liberis mater iam grandæua
 studiorum atque uirtutis monumenta literas ingenti cum
 labore perdidicit. Vniuersa quæ in superioribus exposita
 sunt præcepta complecti, uoti magis quàm admoni-
 tionis opus esse fortè censebitur. Ut autem plu-
 ra per imitationem assequamur, & hoc
 ipsum quadam sortis ac naturæ bo-
 nitate, permultaq; insuper dili-
 gentia indigebit. At hu-
 mano effici posse
 constat in-
 genio.

FINIS.

RAPHAEL REGIVS IOANNI

Lubrancio Posnaniensi episcopo, Re-
gis Poloniae consiliario
felicitatem.



DIONYSIVS ille maior Syracusa-
norum tyrannus, benignissime Pontifex,
quum in filij adhuc adolescentis cubiculum
aliquando ingressus, multa pocula & argen-
tea & aurea uidisset, exclamasse fertur: Indignus es fili
principatu, qui tot poculis à me acceptis, neminē tibi con-
ciliaris. Dictum profectò sapienti rege dignissimum. Nihil
enim principem uirū magis decet, quàm diuitias & opes,
ut uerbis Ciceronis utar, ad benignitatem liberalitatemq;
conferre. Id uerò tibi sic est ingenitum, ut illa Dionysij
indignatio nequaquam in mores tuos uerè iactari possit.
Nihil enim præclarius esse ducis, quàm ut quum omnes
alios capiam uirtute insignes, tum præstantes doctrina
uiros honestissimis muneribus prosequaris. Ex quo sanè
factum est, ut non solum opulento Posnaniensi Episcopa-
tu, sed etiam Romano Pontificatu dignissimus doctissimi
cuiusque iudicio esse censearis. Nam ut de alijs eminen-
tissimis uirtutibus tuis nihil dicam, prudentia, fortitudine,
iustitia, grauitate, humanitate, in egenos benignitate, in
patriam pietate, uitæ integritate, quis in literis uir eminet,
quem tibi nuper quum in Italiam descendisti, singulari
comitate beneficentiâq; tibi non obligaris? Hinc uerò sum-
mus quidam literarum, ac potius immortalitatis, quæ solis
literis continetur, amor maximis quibusq; animis ingeni-
tus apertissimè demonstratur. Imagines enim, colossi, sta-
tuæ, pyramides, arcus triumphales, aliâq; sumptuosa hoc
genus

genus monumenta, quæ tua est prudentia, non ignoras & uarijs casibus ac ruinis obnoxia esse, neque sibi perpetuitatem, nedum alijs tribuere posse. Vna uerò eloquentia homines alioqui mortales, hominumq; gesta non solum celebria, sed etiam immortalia fieri, ex assidua cum aliorum scriptorum, tum historicorum lectione facile percepisti. Illa nanque tantopere delectaris, ut quicquid temporis à regijs consultationibus officijsq; pontificalibus tibi superest, id omne ad historiam conferras perlegendam. Nec profectò iniuria, quum historia ex Ciceronis sententia, sit testis temporum, lux ueritatis, uita memoriæ, magistra uite, nuntia uetustatis. Sæpe igitur, nec immerito, nuper suspirabas, quum Padoæ Alexandri Macedonis illius Magni gesta, à Q. Curtio elegantissimè descripta, percurrentes, multis in locis dimidiata deprauataq; esse deprehenderemus, meq; simul cum Nicolao Iudæco, non philosophiæ solum & medicinæ, sed etiam utriusq; linguæ doctissimo cohortabaris, ut si quo modo possemus, illum in pristinum candorem uindicarem. Quum autem Plutarchi Apophthegmata inter prandendum (neque enim, quo plus temporis lectioni possis impertiri, cœnare solitus es) ferè legenda curares, multaq; uiderentur & perceptu difficiliora, & sensibus ineptiora, quàm ut Plutarcho ipsi conuenirent, mirabaris unde id accidisset, quum præsertim paucis ante annis è Græca lingua in Latinam à Francisco Philelpho, uiro nostra ætate comprimis facundo, translata fuissent, ut ex archetypis, & manu ipsius scriptis exemplaribus librarij isti, qui impressores uocari cœperunt, illa forsitan descripsissent. Sed quum omnem ego culpam in librarios ipsos reijcerem, à me petijsti, ut cum Latino Græcum exemplar conferrem, & quoad possem, tibi castiga-

rem

rem. Ego uerò ex accurata utriusque exemplaris collatione facile perspexi, multa quidem librariorum imperitiâ fuisse deprauata, sed interpretis incuria pleraque uideri & ineptiora & obscuriora, quae Plutarchus elegantissimè lucidissimèq; descripsisset. Ea uerò quum emendari citra multas non possent lituras atque mutationes, plus quàm iniunxeras oneris sponte suscepi, Apophthegmataq; ipsa ex integro sic in Latinum sermonem uerti, ut ijs quae iam pridem interpretata fuerant, multò perceptu faciliora esse uideantur. Quod quidem si utranque translationem tibi conferre uacabit, facile dijudicabis. Illud autem mihi gratissimum erit, si hanc lucubrationem nostram honestissimis studijs tuis aliquid cognouero profuisse. Hac nanque potissimam de causa hunc laborem suscepi, quòd Apophthegmatum lectione haud immerito te maxime delectari sciebam. Quum enim Apophthegmata ipsa nihil aliud sint, quàm acuta quaedam & breuia non cuiuslibet quidem dicta, sed oratorum, ducum, legislatorum, imperatorum, regum, ac, ut semel dicam, illustrium uirorum, cum omnes alios, tum principes & antisites, non inter legendum modò iuuare, uerum inter loquendum quoque & consultandum oppidò quàm commendare possunt. Quis enim magni excellentisq; sapientia uiri autoritate atque sententia non moueatur? Huc accedit multarum historiarum cognitio, quas apud alios scriptores haud facile inuenias. Tametsi nanque Apophthegmata ab historia semota esse uidentur, citra historiam tamen minimè describi possunt. Sed quum hoc pulcherrimè tibi sit notum, nihil longiore praefatione opus esse uideatur. Ac illud potius excusandum foret, quòd serius forsitan quàm optabas, Apophthegmata ipsa ad te peruenere.

Id uerò

Id uero tametsi nulla mea factum est culpa, nisi cum aliqua,
tamen adeo longi temporis usura ad te illa proficisci non
potui sustinere. Nam una cum illis lepidissimum quoque Plu-
tarchi ipsius dialogum, quem Ioannes Regius mihi frater
castissimus, utriusque linguae comprimis doctus, paucis ante
annis, quam in flore ætatis suæ (nondum enim duodetrigin-
ta annos excefferat) dira peste in Romana aula raperetur,
latinitate donauit, curauit describendum, simul ut fratris opti-
mi, quem ipse institueram, qui me ueluti patrem semper co-
luerat, memoria diuturnior efficeretur, simul quod dialo-
gus ipse & lectu pulcherrimus, & cognitu dignissimus esse
uidetur. Nam Grillus quidam Circes ueneficijs in suam mu-
tatus, contra philosophorum omnium sententiam atque defi-
nitionem ualidissimis colligit argumentis, brutas animantes
non minus quam homines ratione uti, facundissimumque Ulyss-
sem illum contra disputantem ita conuincit, ut in suam trahat
opinionem. Accedit & Apologia mea, in qua Pliniani pro-
logi quidam loci & corriguntur & exponuntur. Sed
ne longiore quam par est epistola detinearis,
iam Plutarchum uerba Latine facientem
abs te audiri sinamus. Vale maxi-
mum studiorum decus. Ex Aca-
demia Patauina, III. Ca-
lendas Septembres.

M. D. VII.



PLVTARCHI
CHAERONEI RE-
GVM ET IMPERA-
TORVM
APOPHTHEGMATA.

Raphaële Regio interprete.

PLVTARCHVS CHAERO-
neus Traiano Imperatori fe-
licitatem.



ARTAXERXES Persarum rex, ma-
xime Imperator Traiane Cæsar, non minus
regium & humanum existimans, parua li-
benter prompteq; accipere, quàm magna tri-
buere, quum sibi in uia obequitanti pauper quidam &
operarius homo nihil aliud habens, ambabus aquam ma-
nibus è proximo flumine haustam obtulisset, iucundè &
suscepit & arrisit, non rei quæ donabatur utilitate, sed
prompta eius qui largiebatur, uoluntate gratiam meritus.
Lycurgus uerò tenuissima Lacedæmonijs sacrificia insti-
tuit, quò semper ex ijs rebus quæ adessent, deos frugali-
ter facileq; colere possent. Huiuscemodi igitur tu quoque
mente, licet parua tibi manuscula xeniaq; , ac uulgares ex
philosophia primitias offeram, simul cum animi promptitu-
dine cõmentariorum quoq; utilitatem suscipe, si quid com-
modi habent ad mores institutaq; imperatorum cognoscen-
da, quæ ex dictis quid. m melius quàm factis sese ostendunt.
Tametsi uitas quoq; illustrium tam apud Romanos, quàm
apud Græcos ducum, & legumlatorum, ac imperatorum
nostra

*el. carnadilla
delap. la. la. la.
da*

nostra historia complectatur. Sed gestorum pleraq; fortunam habent permixtam. Quæ uerò in negocijs & perturbationibus, ac utraq; fortuna emittuntur dicta atq; responsa, tanquam in speculis uniuscuiusq; mentem perspicuè exhibent contemplandam. Quare Syramnes Persa quibusdam admirantibus, quòd sapientibus ipsius uerbis facta non responderent: Verborum, inquit, ipse quidem sum dominus, factorum autem simul cum rege fortuna. Illic igitur dicta quidem uirorum quæ gesta quoq; admixta continent, ociosas aures poscunt: hic uerò dicta ipsa nuda tanquam uite uniuscuiusq; indicia & semina quæ collegimus, nihil tibi puto impediementi allatura, quò minus publicæ consulas utilitati, quum breui multos uiros memoria dignos perspicere & contemplari possis. Vale.

qui fecerit
et seruauit
est.



PERSAE adunco homines naso & amant, & pulcherrimos putant, quòd Cyrus, qui maximè regum omnium fuit amatus, aduncum habuit nasum. Dicitabat autem Cyrus, eos qui sibi ipsis benefacere non lint, alijs cogi bona suppeditare. Ac imperium nemini conuenire, qui quibus imperat, melior non sit. Persas autem cupientes pro sua montana, & aspera planam & mollem regionem occupare non permisit, quòd diceret, ut plantarum semina, sic hominum uitas regionibus similes fieri.

DARIVS Xerxis pater seipsum laudans aiebat, se in prelijs & periculis euadere prudentiorè. Quum autem subditis sibi populis tributa statuisset, principes prouinciarũ ad se accersiuit, & an grauiã essent tributa percontatus est: quumq; illi respondissent, medioeriter se habere, dimidium uniuersis remitti iussit. Ingens uerò malum granatum quum aperuisset, cuidam roganti, cuiusnam rei tantum

felix quem
faciunt abie
nagora ala
cantum
aliter robo
parato per
diodorig tu
tantum
bus.

in buen ami
go, et de mudi
Esting
si ato s'arezo
pyro por da
no, que no as
despreta por
xyo

tantum habere uellet numerum, quanta granorum illorum
esset multitudo, respondit, tot Zopyros. Fuit autem Zopy-
rus uir probus, et illi amicus, qui posteaquam seipsum uer-
beribus foedauit, naresq; sibi et aures amputauit, itaq; Ba-
bylonios decepit, ac sibi creditam ab ipsis urbem Dario tra-
didit. se penumero Darius ipse dixit, se malle Zopyrum il-
lius foeditatis expertem esse, quam centum Babylonas ad
eam quam possideret, acquirere.

SEMIRAMIS quum ipsa sibi sepulcrum strue-
ret, inscripsit: Quisquis regum pecunijs eguerit, demoliens
monumentum, quotquot uolet sumito. Darius igitur quum
sepulcrum aperuisset, pecunias quidem nullas inuenit, sed
in alias incidit literas hoc indicantes: Nisi malus, et pecu-
niarum inexplebilis fores, mortuorum loculos nunquam
monisses.

Caualia iuga
re abur losse
pulchros, job
cap. 5. cum
inuenit se
pulchrum
et sine car,
octidua quia
lib, quistio
nib.

XERXES Darius filius quum accepisset, Arimnem
fratrem secum de regno contendentem ex Bactriana de-
scendisse, donum ei misit, et ijs qui munus ferebant, manda-
uit ut dicrent: His quidem nuc te Xerxes frater honorat,
sed si rex declaratus fuerit, omnium maximus apud ipsum
eris. Quum igitur Xerxes delectus rex fuisset, e uestigio
quidem Arimenes illum et adorauit, et eius capiti diade-
ma imposuit. At Xerxes secundum a se locum ei assignauit.
Babylonijs autem iratus quod defecissent, quum illos rece-
pisset, ne arma ferrent, sed ut cantarent, ac tibicines forent,
lenociniaq; et cauponas exercebant, ac tunicas sinus habenti-
bus gestarent, imperauit. Atticas uero ficus uenales in Persi-
da inuectas non ante se esurum affirmauit, quam regionem
illas ferentem subiugasset. Idem Graecos exploratores quum
in castris deprehendisset, nulla prorsus eos iniuria affecit,
sed hortatus ut intrepide exercitum specularentur, dimisit.

ART A

Ja cub umbio
bona a Esau
como xerxes
a Arimenes
gentia bot
Kaplacoro
y elego ala
fira en sa
maria, et
Gentracenduz et inimicis

ARTAXERXES filius Xerxis, cognomento Longimanus, quòd manum alteram haberet longiorem, dicebat, multò regalius esse addere quàm auferre. Primus autem permisit eos qui secum unà uenarentur, dum possent & uellent se priores in seras iaculari. Primus quoq; ijs duobus qui deliquissent, has pœnas statuit, ut pro flagellandis corporibus detracta flagellarentur uestimenta, & pro uellendis capillis depilandoq; capite, deposita tiara depilaretur. Satibarzanem uerò cubicularium quiddam minus iustum à se petentem, quum animaduertisset illud triginta milibus Daricorum aestimare, Questorem iussit ad se triginta millia Daricorum afferre. Ac quum illi traderet: Accipe, ô Satibarzane, inquit: hæc enim quum tibi dederò, pauperior non eras: si quæ petieras fecissem, iniustior.

beatius est magis dare quam accipere

CYRVS unior quum Lacedæmonios ut secum societatem inirent inuitaret, aiebat cor se grauius habere quàm frater, plusq; meri bibere, ac melius ferre. Illum enim in uenationibus uix in equo, at in rebus aduersis in solio difficulter sedere, Hortabatur autem uiros ad se mitterent, pollicens se peditibus equos daturum, equitibus currus: quibus prædia essent, uicos: qui uicos possiderent, eos urbium dominos effecturum. Argenti uerò & auri non numerum, sed pondus illis fore.

ARTAXERXES Cyri frater, cognomèto Memor, occurrentibus non modò abunde se exhibebat, uerum legitimam quoque uxorem iussit currus aulae undique tollere, quo ij quibus erat opus, uel in itinere se adire possent. Paupertore autem homine pomum egregie magnitudinis ipsi offerente, quum iucunde accepisset: Per solem, inquit, hic mihi uidetur urbem, si credatur, ex parua magnâ effluere posse. In fuga uerò quadam quum sua ipsius im-

*conhambræ
yficiæ del
veligio ayg
dies sabel
van de cauda
vany 582
aet pibant
nig. 10.
cap. 6.*

pedimenta fuissent direpta, siccisq; ficibus & pane hordea-
cco uesceretur: Qualis, inquit, uoluptatis in expertus eram.

deio

PARYSATIS Cyri & Artaxerxis mater iubebat
eum qui regem allocuturus esset, bysiniis & mollibus uti uerbis.

*pelea oyleik
a gindymal*

ORONTES regis Artaxerxis gener, quum ob iram
inhonoratus, & condemnatus foret: Ut computatorum, in-
quit, digiti nunc decem millia, nunc unum significant, ita re-
gum quoq; amici interim totum, interim minimum possunt.

deio

MEMNON pro Dorio rege aduersus Alexandrum
bellum gerens, quum militem quendam mercede conductum
multa de Alexandro ipso nefaria turpiaq; iactantem lan-
cea percussisset: Ego, inquit, te posco ut pugnes contra Ale-
xandrum, non ut illi maledicas.

deio

AEGYPTIORVM reges ex sua ipsorum lege
iudices adiurabant, ne quid iniuste, etiam si rex imperaret,
iudicarent.

deio

POLTIS Thracum rex quum Troiano bello &
Troiani & Græci ad eum oratores eodem tempore misis-
sent, Alexandrum & Helenam reddere, & duas à se for-
mosas uxores accipere iussit.

deio

TERES Sitali pater dictitare solebat, quum ociosus
esset neque militaret, nihil se putare ab agasonibus differre.

deio

COTYS ei qui sibi pardalim largitus erat, leonem con-
tra dono dedit. Sed quum natura foret iracundior, & asper
eorum qui in ministerijs deliquissent castigator, uasa siatilia
tenuia quidem & fragilia, sed celaturis quibusdam & scul-
pturis polite eleganterq; laborata, sibi ab hospite allata, quum
hospiti ipsi dona dedisset, simul omnia confregit, ne in eos ut
dixit, qui illa fregissent, asperius animaduerteteret.

deio

IDATHYRSVS Scytharum rex, aduersus quem
Darius expeditionem fecit, suadebat Ionum principibus,
ut

ut soluto Istri ponte, sese in libertatem uindicarent. Quod quidem quum ipsi ob suam in Darium fidem facere noluis-
sent, eos mancipia frugi à fugaq; aliena uocabat.

ANTEAS ad Philippum hæc scripsit: Tu quidem uir-
ris Macedonibus, qui bella gerere didicerunt, imperas: ego
uero Scythis, qui cum fame & siti pugnare possunt. Quum
autem equum fricaret, Philippi oratores interrogauit, num
id Philippus faceret. Illis uero respondentibus, minime: Et
quo, inquit, modo contra me bellum mouere potest? Isme-
niam uero tibicinem optimum quum cepisset, tibiam inflare
iussit. Et quum alij admirarentur, iurauit se hinniẽtem
egum libentius auditurum.

SCILVRS quum relictis octoginta maribus fi-
lijs obiturus esset, iaculorum fasciculum unicuique propo-
nens, confringere iuebat. Verum singulis se id posse ne-
gantibus, ipse cum singula iacula excepisset, omnia per-
fregit: sic illos docens, si unã perscuerarent esse, firmos uali-
dosq; fore: Sin dissoluti dissidentesq; forent, infirmos ac de-
biles futuros.

*concordia
et discipuli*

GELON Sicilæ tyrannus, quo tempore Carthaginen-
ses apud Imeram debellauit, quum pacem faceret, foederibus
inscribere coëgit, quod ab immolandis Saturno filijs desiste-
rent. Sæpius autem Syracusanos ad agriculturam tanquam
in expeditionem eduxit, simul ut ager melior efficeretur
excultus, simul ne ipsi per ocium deteriores fierent. Quum
uero pecunias à ciuibus peteret, ac illi propterea tumultua-
rentur, se petere dixit tanquam redditurus, atque post bel-
lum reddidit. Cæterum in conuiuio quum byra circumferre-
tur, & alij deinceps apte & pulsarent & canerent, ipse in
eguum introduci iussum facile agilerq; insiluit.

*amq; tyra-
no, hys que
nas cosas*

HIERON post Gelonẽ tyrannus dictitabat, neminem
quidem

quidem eorum, qui loquendi libertate apud se uterentur, esse importunum. sed qui sermonem arcanum efferent, iniuria afficere putabat etiam eos, quibus reuelassent. Odio nanque habemus non eos solum qui efferunt, sed etiam eos, qui que nolimus audierint. Conuicio autem propter oris factorum à quodam affectus, reprehendit uxorem, ut que nihil ipsam de illo unquam monuisset. Verum ea: Putabam quidem, ait, omnes viros istiusmodi odorcm olere. Ad Xenophanem uerò Colophonium, conquerentem uix duos à se famulos nutrire posse: At Homerus inquit, cui tu detrahis, plus quam decem millia hominum alit uel mortuus. Idem Epicharmum comædiarum poetam, quòd præsente sua uxore quiddam tacendum dixisset, mulctauit.

DIONYSIUS senior quum sorte secundum literarum ordinem populi princeps eligerentur, M literam sortitus est. Atq; ad eum qui dixerat, Morio es, ô Dionysi, Monarchæ crimus, inquit. Quumq; populi princeps electus concionem habuisset, à Syracusanis imperator statim fuit designatus. Sed in tyrannidis initio quum obsideretur, concitatis aduersus ipsum ciuibus, amici quidem consulebant, ut se principatu abdicaret, nisi mallet superatus mori. At is quum uidisset, bouem à coquo iugulari citoq; mori: Ergo non iniucundum est, inquit, nos morte adeò breui perterritos tantum relinquere principatum? Filium uerò, cui principatum relicturus erat, quum accepisset, ingenui hominis uxori uim attulisse, iratus interrogauit, nunquid tale in se deprehendisset? Cæterum adolescens quum respondisset: Tu nanque patrem tyrannum non habuisti: Ne tu quidem filium, inquit, es habiturus, nisi ab istorum perpetratione desisteris. Ad eundem uerò filium in cubiculum ingressus, quum uidisset poculorum & argenteorum &

auro

*casta yara**ce ses laque**asi reponit**Gien hecho*

aureorum multitudinem, exclamauit: Non es principa-
 tum aptus, qui tot poculis à me acceptis neminem tibi ami-
 cum effeceris. Idem quum pecunias à Syracusanis exige-
 ret, uideretq; eos & conquentes, & precantes, & di-
 centes, se non habere, alias quoque exigi iussit, ac bis
 ter uè id fecit. Verum posteaquam plures imperauit,
 ipsosq; in foro & ridere & caullari circumeūtes audiuit,
 quiescere iussit: Nunc enim, inquit, nihil habent quando
 nos contemnunt. Matri uerò suæ, quæ licet iam consensuis-
 set, uiro tamen tradi uellet: Cuius iura, inquit, uiol-
 lari possunt, naturæ non possunt. Quum autem maleficos
 aliarumq; rerum fures asperere coërceret ac puniret, ue-
 stium raptoribus ignoscebat, quò Syracusanos à cœnis mu-
 tuis ac ebrietatibus deterreret. Peregrinum autem quendam,
 qui diceret se cum ipso priuatim loqui uelle, ac docere quo
 modo insidiantes cognoscere posset, eloqui iussit. Quumq;
 is accessisset, ac dixisset: Da mihi talentum, ut insidiarum in-
 dicia audisse uidearis, dedit, se audisse simulans, hominisq;
 commentum & artem admiratus est. Idem cuidam roganti
 an esset ociosus: nunquam hoc mihi, inquit, eueniat. Duos ue-
 rò iuuenes quum audisset multa de se atq; tyrannide turpia
 detestandaq; inter potandum locutos, utrosq; ad coenam
 inuitauit: & quum alterum quidem ebriosum multaq; nu-
 gantem animaduertisset, alterum autem rarò & caute bi-
 bentem, illum quidem ut natura & uino furentem dimisit:
 hunc uerò ut consultò maleuolum & hostem interfecit. Sed
 quibusdam ipsum accusantibus, quòd hominem improbum
 ac ciuibus odiosum honoraret atq; prouheret: At uolo, in-
 quit, aliquem esse, quem maiore quàm me odio prosequan-
 tur. Quum autem oratores Corinthiorum munera sibi ab
 illo data aspernarentur, ob legem qua legati dona accipere

prohibentur, eos rem indignam facere dixit, ut qui quod solum boni tyrannides habeant, tollerent, docerentq; uel neficium à tyranno accipere formidandum esse. Quum uerò quendam è ciuibus accepisset aurum domi defossū habere, ad se deferri iussit. Sed quum is exigua parte subtracta in alienam migrasset urbem, agrumq; emissset, illum ad se accersiuit, totumq; accipere iussit, ut pote qui diuitijs uti didicisset, neq; utile inutile reddere.

DIONYSIUS iunior dictitabat, se multos quidem alere liberalium artium doctores, non quòd illos admiraretur, sed quia per illos ipse alijs admirationi esse uellet. Polyxeno autem dialectico asserente, se illum redarguturum: uerbis quidē, inquit, sed ego te rebus ipsis redarguo: Tuis enim relictis me meaq; colis. Tyrannide uerò quum excidisset, interrogatus à quodam, quid sibi Plato philosophiaq; profuisset: ut tantam, inquit, fortunæ mutationem æquo animo feram. Interrogatus item, quo modo pater suus quum pauper esset ac priuatus, Syracusanorum dominatum acquisiisset, ipse uerò quum haberet, ac tyranni filius esset, amississet: Pater quidem, ait, quum popularis dominatus odio haberetur, tyrannidem occupauit: ego uerò, quum iam tyrannis inuidiosa foret. Sed quum ab alio idem rursus esset rogatus: Pater, inquit, suam mihi reliquit tyrannidem, non fortunam.

AGATHOCLES figuli filius, Siciliae dominus effectus, rexq; declaratus, fictilia pocula consueuerat inter aurea collocare, ac iuuenibus ostentans dictitare: Ego quum prius talia facerem, nunc ob diligentiam et fortitudinem talia facio. Sed obsidente ipso urbem, quum quidā è muris conuiciarentur clamantes: O figule, unde stipendium militibus solues? blandē, ac subridens: si quādo hanc cepero,

pero, inquit. Quumq; illam cepisset, captiuos uendens dicebat: Si me iterum conuicio affeceritis, aduersus dominos uestros mihi sermo erit. Ithacesijs uerò nautas eius accusantibus, quòd ad insulam appulsi pecora aliquot abegissent: Atqui rex uester, inquit, quum ad nos uenisset, non ouibus modò abactis, uerum pastore quoq; ad hæc excæcato recessit.

DION qui Dionysium è tyrannide exegit, quum infidias sibi à Calippo, cui maxime & amicorum & hospitem fidebat, strui accepisset, illum redarguere non sustinuit, quòd diceret satius esse mori quàm uiuere, cui non hostes modò, uerum amici quoq; sint cauendi.

ARCHELAUS quum in conuiuio quidam improborum familiarium aureum poculum à se peteret, puerum iussit Euripidi tradere. Quod sanè quum homo miraretur: Tu quidem, ait, qui petas, hic uerò qui accipiat uel non petens dignus. Sed à tonsore loquaci rogatus: Quomodo te tondeo rex? Silens, inquit. Quum autem Euripides pulchrum Agathonem in conuiuio amplecteretur, ac iam pubescentem oscularetur, ad amicos conuersus: Ne admiremini, inquit: nam pulchrorum autumnus quoq; pulcher est. Timotheus uerò citharædus, quum paucioribus quàm sperarat acceptis, illum palàm accusaret, atq; hæc uersus particulam aliquando canens: At tu argentum terra genitum laudas, illum taxaret, succinuit ipsi Archelaus: Tu uerò postulas. Idem aqua respersus à quodam, quum ab amicis aduersus hominem incitaretur: Atqui, ait, non me respersi, sed quem esse putauit.

PHILIPPVM Alexandri patrem Theophrastus memoriæ prodidit non solum dignitate, sed etiam prudentia, & moribus multò alijs regibus præstitisse. Athenien-

ses igitur beatos esse dicebat, ut qui singulis quibusque annis decem inuenirent, quos imperatores eligerent: Se nanque unum duntaxat imperatorem per multos annos inuenisse Parmenionem. Sed quum multi successus preclari uno die sibi nunciati forent: O fortuna, inquit, pro tot tantisque bonis exiguo me aliquo malo affice. Deuictis autem Græcis quum quidam ipsi consulerent, ut presidijs urbes contineret: Malo, inquit, diu benignus, quam breui tempore dominus appellari. Maledicum uerò ut expelleret quum hortarentur amici: Non faciam, inquit, ne circumiens inter plures maledicat. Idem Smicytho Nicanorem calumniante, quod semper Philippo detraheret, sodalibusque censentibus illum esse aduocandum & puniendum: At Nicanor, inquit, non est Macedonum uilissimus. Considerandum est igitur nunquid illum offendamus. Posteaquam igitur sensit Nicanorem egestate uehementer oppressam, à seque neglectum, iussit munus quamprimum illi dari. Smicytho itaque rursus asserente, Nicanorem admirandas palam omnibus laudes Philippi ipsius referre, Videtis ne ergo, inquit, in nobis esse & bene & malè audire? Populi autem Atheniensis principibus se gratiam habere dicebat, utpote qui suis conuicijs ipsum & moribus & sermone indices efficerent meliorem. Nam illos & uerbis & rebus mendaces coarguere nitor. Quotquot uerò Athenienses apud Chaeroneam fuerant capti, quum gratis dimisisset, ac ipsi uestimenta strataque reposcerent Macedonas criminantes, ridens inquit: Nonne uobis uidentur Athenienses putare se in talorum ludo à nobis superatos fuisse? In pugna uerò fracta illi clauicula, quum medicus, qui illum curabat, quotidie prorsus aliquid peteret: same,

ait,

ait, quotcumque uis : nam clauem habes. Sed è duobus fratribus Amphotero & Hecatero, quum Hecaterum quidem prudentem & strenuum, Amphoterum uerò hebetem & ignauum uideret, Hecaterum quidem Amphoterum & Ἀμφότερ & utrumque esset dixit, Amphoterum autem neutrum. Qui ἐκάτερ & id autem ipsi consulebant, ut se cum Atheniensibus asperere gereret, eos ineptos esse aiebat, ut qui hominem omnia gloriæ causa & facientem & patientem, gloriæ ipsius theatram abijcere iuberent. Idem quum duorum seclerum iudex esset, alterum quidem ex Macedonia fugere, alterum uerò persequi iussit. Quum autem in loco amœno castrametatus audisset pabulum illic iumentis non esse : Qualis, inquit, nostra est uita, si ad asinorum commodum nobis est uiuendum ? Munitum uerò quoddam castellum quum capere uellet, exploratoresq; renunciaissent, undique aditu esse difficile, neque capi posse, interrogauit : An ita difficile accessu foret, ut ne asinus quidem auro onustus adire posset. Idem quum ij qui circa Lastenem Olynthium quererentur atque ægrè ferrent, se à quibusdam Philippi ipsius familiaribus proditores appellari : Inepti, inquit, natura & agrestes sunt Macedones, utpote qui Scapham Scapham uocent. Filium autem monebat, ut blandè mansueteq; cum Macedonibus conuersaretur, quo sibi multitudinis potentiam compararet, donec alio regnante ipsi humano esse liceret. Ad hoc consulebat quoque, ut eos qui potentes in ciuitatibus forent, & bonos & malos sibi conciliaret, ac opus quum esset, bonis quidem uteretur, malis uerò abuteretur. Sed Philoni Thebano, à quo & beneficijs affectus, & hospito susceptus fuerat, quando Thebis obses erat, quum nullum postea munus ab eo accipere uellet : Ne me, inquit, beneficentia

tia & gratia superatum ingenita mihi uincendi bene faci-
 ciendo præstantia priues. Idem quum multos captiuos uen-
 deret, indecore tunica contracta sedens, unus ex ijs qui uen-
 debantur clamauit: Parce mihi Philippe: nam paternus tibi
 sum amicus. Et percontante Philippo: Vnde ò homo, &
 quo modo? propè, inquit, accedens tibi dicam. Quum igitur
 propius adductus esset: Paulò, inquit, inferius chlamy-
 dem demitte: sic enim sedens indecore te habes. Tum Phi-
 lippus: Ipsum dimitte, inquit: nam uerè beneuolus &
 amicus mihi esse ignorabatur. Ad coenam uerò ab hospite
 quodam in itinere inuitatus, quum multos secum adduce-
 ret, ac hospitem perturbatum uideret; neq; enim satis erant,
 quæ fuerant præparata: nuncium unicuiq; amicorum præ-
 mittens monuit, placentæ locum relinquerent. Illi uerò sic
 esse sibi persuadentes atque expectantes, non multum co-
 mederent. Itaque omnibus quæ parata erant sufficere. Idem
 Hipparchi Eubœensis mortem planè grauter tulit, ac
 quodam dicente: Attamen ille maturus decessit: Sibi quidem
 ipsi, inquit, sed mihi cito. Amicè nanque mori properauit,
 quàm dignam nostram amicitiam gratiam à me receperit. Ab
 Alexando autem quum se criminari accepisset, quòd filios
 ex multis mulieribus tolleret: Ergo quum multos, inquit,
 habeas regni æmulos, & bonus euade & probus, ut non
 mea, sed tua gratia regnum adipiscaris. Hortabatur quo-
 que eum, ut Aristoteli operam daret ac philosophiæ: ne
 multa, inquit, eiusmodi agas, qualia me fecisse poenitet.
 Quum uerò quendam ex Antipatri amicis iudicum numero
 adscripsisset, posteaquàm & barbam & capillos eum sibi
 inficere sensit, remouit, quòd diceret eum qui in capillis
 infidus esset, dignum non esse cui in negocijs fides habe-
 retur. Quandam autem Machetæ causam quum ipse iudi-
 carat,

caret, ac dormitans parū iuribus intendisset, ipsum condem-
 nauit. Sed Macheta reclamante, se prouocare, indignatus,
 ad quem? ait. Et Machetas: Ad te ipsum ô Rex, inquit, si
 uigilans attendensq; audieris. Tunc quidem Philippus sur-
 rexit. Sed quum ad se magis redisset, nossetq; iniuria Ma-
 chetam affectum, iudicium quidem non rescidit, sed litis
 estimationem ipsi persoluit. Harpalus uerò procognato &
 familiari Cratere iniuriarum accusato, quum dignum esse
 censeret, ut multam quidem persolueret, sed à iudicio li-
 beraretur, ne conuicijs afficeretur: Melius est, inquit istum
 ipsum, quàm nos propter istum malè audire. Sed amicis
 agrè ferentibus, quòd ipse à Peloponnensibus beneficio affe-
 ctus in olympicis ludis exhiberetur: Quid igitur, inquit,
 si malo afficiantur? Diutiuscule uerò quū in castris dormis-
 set, ac deinde surrexisset: Secure, inquit, dormiui: nam An-
 tipater uigilabat. Rursus quum interdum dormiret, ac Græci
 qui ad fores conuenerant, molestè ferrent atq; criminaren-
 tur: Ne admiremini, Parmenio inquit, si nunc Philippus
 dormit: Nam quando uos dormiebatis, ille uigilabat.
 Quendam uerò cantorem quum inter cœnandum emen-
 dare uellet, ac de sonis loqui: Ne tibi tantum mali, can-
 tor inquit, eueniat ô rex, ut me ista melius scias. Sed quo
 tempore ab Olympiade uxore filioq; Alexandro dissi-
 debat, Demaratus Corinthius ad ipsum uenit, à quo ro-
 gatus, quo modo Græci mutuò se haberent: Nimum, in-
 quit, Græcorum concordia tibi est curæ, quum proximè
 familiarissimūq; aduersus te ita habeant. Qua re pruden-
 tior factus & ab ira cessauit, & illos sibi reconciliauit.
 Anus uerò paupercula quum dignum esse putaret se ab
 illo iudicari, & sepe numero importuna esset, ocium sibi
 non esse dixit. Vetula uerò clamans: ergo ne rex quidem
 sis,

sis, inquit. Sed ipse dictum admiratus, non illam modò, uerum alios quoque è uestigio audiuit.

ALEXANDER adhuc puer, patre multa prospere gerente, minime quidem letabatur, sed ad pueros qui secum educabantur aiebat: Nimirum pater nihil mihi relinquet agendum. Pueris autem dicentibus: hæc nempe tibi acquirit. At quid prodest, inquit, si multa quidem habeamus, & ego faciam nihil? Agilis uerò & pedibus uelox quum esset, hortareturq; à patre, ut in Olympijs stadium curreret: Si quidem, ait, reges mecum sint certaturi. Puellam autem ad se sub intempestam noctem adductam, ut unà cubaret, interrogauit, cur tam sero? Ac illa quum respondisset, se tantisper expectasse, dum maritus cubitum iret, grauiter seruos increpuit, quòd ferè ipsorum opera adulterium perpetrasset. Quum autem dijs sacrificaret, ac citra parsimoniam thura in ignes sæpius iniiceret, Leonides pædagogus: Tam sumptuose, inquit, ò fili sacrificato, quum thuriferam subiugaueris regionem. Potitus igitur illa, hanc ad ipsum epistolam dedit: Misi tibi thuris & castæ talenta centum, ne posthac in deos sis auarus, sciens nos etiam aromatifera potitos esse regione. Apud Granicum uerò pugnaturus, Macedonas hortabatur ut abunde coenarent, omniaq; in medium conferrent, tanquam postridie quæ hostium essent, coenaturi. Perillus autem quidam ex amicorum numero quum filius dotem petisset, quinquaginta quidem talenta illum accipere iussit. Sed quum ille dixisset, decem satis esse: Tibi quidem, inquit, accipere, sed mihi nequaquam satis est dare. Anaxarcho autem philosopho dispensatorem iussit quantum peteret dare. Sed quum dispensator dixisset, illum talenta centum petere: Bene, inquit, facit, quum sciat se ami

se amicum habere qui tot elargiri & possit & uelit. Mi-
 leti uerò quum multas athletarum statuas uidisset, qui in
 Olympijs Pythijsq; uicissent: Et ubinam, inquit, tanta ista
 erant corpora, quando Barbari uestram urbem obsidebant?
 Idem quum Ada, Cariae regina, bellaria & opsonia, à
 fructuoribus & coquis impendio elaborata ad ipsum quo-
 tidie mittere amaret, meliores aiebat sibi esse coquos &
 opsonatores, ad prandium quidem nocturnum iter, ad coe-
 nam uerò prandij mediocritatem. Omnibus autem ad pu-
 gnam instructis quum duces rogassent: Num quidnam ad
 hæc nihil, inquit, nisi ut barbæ Macedonibus radantur.
 Sed Parmenione admirante: An ignoras, inquit, in pu-
 gna nullum esse quàm barbæ meliorem captum? Quum ue-
 rò Darius innumera ei uellet dare talenta, Asiamq; ex
 equo diuidere, dixissetq; Parmenio: Ego quidem acci-
 pissim, si Alexander essem. Et ego, inquit, per Iouem, si
 Parmenio. Sed Dario respondit: Neque terram duos soles,
 neq; Asiam duos reges tolerare. Apud Arbella uerò quum
 aduersus centena hominum millia de rerum summa peri-
 clitaturus esset, amici ipsam adiere ac milites accusauere,
 quod in tentorijs colloquerentur, statuerentq; se nihil spo-
 liorum in regium tabernaculum relatuos, sed sibijsis lu-
 cratuos. Tum ille ridens, bona, inquit, nunciatis: nam uiro-
 ram ad uincendum, non fugiendum præparatorum collo-
 cationes audio. Ac multi quidem militum ad ipsum accen-
 dentes dicebāt: O rex confide, neq; hostium multitudinem
 time: neq; enī pedorem nostrum tolerabunt. Sed instru-
 cto iam exercitu quum militem quendam uidisset iaculum
 amento religantem, ex acie ut inutilem expulit, quippe qui
 tunc se instrueret, quum armis utendum esset. A matre
 uerò epistolam, accusationes secretas in Antipatrum
 calumniasq;

calumniasq; continentem, unâ cum Hephæstione, ut consueuerat, legens, nihil quidem illum prohibuit, sed posteaquam perlegit, anulum sibi detraxit, ac illius ori sigillum imposuit. Iouis autem filius in Ammonis templo quum à sacerdote foret appellatus: Nihil, inquit, est mirandum: non Iupiter omnium natura pater est, qui optimum quenque sibi adoptat. Sed quum sagittæ ictu crus ipsi foret uulneratum, multi que eorum qui illum sepe numero decum appellare consueuerant, accurrissent: Serena fronte, hic quidem, inquit, sanguis est, ut uidetis, & non liquor, ut canit Homerus,

Qualem coelicolæ diuî misere fluentem.

Quibusdam uerò Antipatri frugalitatem laudantibus, quippe qui durè aspereq; uiueret: Antipater, inquit, albis quidem extrinsecus indutus est, intus autem purpureus est totus. Idem per hyemem & frigus quum in conuiuio apud amicum esset, focusq; paruus ac parum ignis foret illatum, uel ligna uel thus iniçi iussit. Antipatrides uerò quum formosam psaltriam adduxisset ad coenam, commotus facie in eam Alexander Antipatridem ipsum interrogauit, an mulieris amore teneretur. Isq; confessus quum esset: O se leste, inquit, non è conuiuio statim abduces mulierem? Sed Pythonem Euij tibicinis concubinum quum Casander ui conaretur osculari, idq; Alexander animaduerneret egre ferentem Euium, indignatus in Casandrum exiliuit mans; Ergo ne amari quidem per uos quenquam licet? Dimittente autem ipso ex Macedonibus ualetudinarios & mutilatos ad mare, delatus est quidam qui scipsam inter egrotos scripserat, non egrotans. In Alexandri conspectum igitur quum uenisset, ac examinatus, se ob amorem Telestippæ ad mare abeuntis simulasse confessus esset,

esset, interrogauit Alexander, qui eum de Telesippa lo-
quendum foret. Sed cum accepisset hunc esse liberā: Ergo
ō Antigene, dixit, suadeamus Telesippo ut nobiscum ma-
neat: nam cogere quum libera sit, inane est. Græ-
cos uerò mercede ab hostibus conuictos quum cepisset,
Athenienses quidem & Thessalos in compedibus seruari
iussit, ut qui mercede militarent, quum & illi ex publico
uictum haberēt, & hi terrā, quam fertilissimā possiderent,
non colerent. Dimisit uerò Thebanos, inquiring: Solis his
neq; urbs, neque ager à nobis relictus est. Sed Indum qui
optimè sagittare uidebatur, iactabatq; uel per anulum sa-
gittas esse missurus, quum cepisset, artem ostentare iussit:
quod quum ille nollet, indignatus ut necaretur imperauit.
Quum igitur ad supplicium is duceretur, ad lictores con-
uersus dixit: se permultos dies non exercuisse, ac ne ab-
erraret timuisse. Id uerò quum Alexander accepisset, mi-
ratus est, ac datis muneribus eum liberauit, quia mori ma-
lisset, quàm gloria indignus uideri. Taxiles autem unus
ex Indorum regibus quum obuiam Alexandro factus ipsum
premoneret, ne secum pugnaret bellum uel gereret, sed si
inferior esset, beneficium acciperet: sin melior, conferret:
Imò uerò, inquit, de hoc pugnandum est, uter benefaciens
superior sit. De petra uerò quæ in Indis Aornus uocatur,
quum audisset locum captu difficilem esse, sed eum qui
teneret timidum: Nunc, inquit, locus captus est facilis. Idem
posteaquam alius petram tenens quæ minime capi posse
uidebatur, se ipsum ei tradidit, non solum suæ regioni illum
dominari, sed alia quoq; loca adiecit, inquiring: Homo hic
mihi sapere uidetur, qui se probo uiro quàm munito loco
credere maluerit. Sed post captam petram, amicis dicenti-
bus: Herculem rebus gestis ab ipso superatum: At ego,
t inquit,

inquit, mea ~~causa~~ cum imperio ne uno quidem uerbo cum
 Herculis gestis arbitror cōserēda. Idem amicorū quosdam,
 quos in tesserarum modo senserat non iocari, mulctauit.
 Ac ex primis quidem potentissimisq; amicis Craterū ma-
 ximē honorare, Hephæstionem uerò amare uidebatur.
 Nam Craterus quidem, aiebat, regis amicus est, sed He-
 phæstion Alexandri. Xenocrati autem philosopho quin-
 quaginta quum misisset talenta, isq; non accepisset, quod
 diceret se illis non indigere, percontatus est, an ne amicum
 quidem Xenocrates haberet: nam mihi, inquit, Darij di-
 uitie uix satis in amicos fuere. Posteaquam autem Porus
 ab ipso rogatus post pugnam: quomodo te utar? regie, re-
 spondit. Ac iterum percontatus: nunquid aliud? Omnia,
 dixit, in ipso regie insunt, admiratus hominis & pru-
 dentiam & fortitudinem, maiorem illi regionem ea quam
 prius tenuerat, adiecit. Idem à quodam se uituperari au-
 diens: Regium est, inquit, quum benefeceris, malè audire.
 Moriens autem quum ad amicos respexisset: Magnum,
 inquit, mihi epitaphium uideo futurum. Posteaquam uerò
 mortuus est Alexander, Demades orator aiebat se uidere
 Macedonum exercitum duce fraudatum Cyclopi similem
 excæcato.

PTOLEMAEVS Lagi se penumero apud ami-
 cos & cenabat & dormiebat: ac si quando cenam ipse
 præberet, illorum utebatur rebus, commodato accipiens
 pocula, lectos, mensas: nam ipse plura non possidebat,
 quàm quæ necessaria forent, quum ditare, quàm ditescere
 magis regium esse dictitaret.

ANTIGONVS pecunias acriter exigens, quum
 quidam dixisset: At Alexander talis non erat: Et merito,
 inquit: nam ille Asiam demetebat, ego uerò spicas lego.

Quosd

Quosdam uerò militum thoracatos & galeatos quum pila ludentes uidisset, perquam letatus est, ac illorum duces ad se uocauit laudaturus. Sed quum ipsos bibere accepisset, eorum ducatus militibus ipsis tradidit. Admirantibus autem omnibus, quòd senex effectus bene ac mansuete rebus uteretur: Prius, inquit, potentia mihi opus erat, nunc uerò gloria & beneuolentia. Idem Philippo filio multis presentibus rogante, quando castra moturus esset: Ecquid times, inquit, ne solus tubam non audias? Quum uerò adolescens ipse instaret, ut ad uiduam tres formosas habentem filias diuerteret, praefecto hospitij ad se uocato: filium, inquit, meum ex locorum angustijs non exiges? Morbo autem diuturno quum laborasset, conualuissetq;: nihil, inquit, peius: haec enim aegrotatio nos admonuit, ne multum esseramus quum mortales simus. Hermodotus uerò quum in poematis ipsum Solis filium scripisset: In hoc * Lasamifer, inquit, tibi non astipidatur. Quidam autem quum dixisset, omnia regibus & honesta & iusta esse: Per Iouem, inquit, regibus Barbarorū, sed nobis sola honesta sunt honesta, & iusta sola iusta. Marsias uerò frater quū litem egeret, censeretq; sibi domi iudicium instituti: Melius, inquit, in foro quidē erit, si nihil iniuste agimus. Per hycmem uerò in locis rerum necessariorum penuria laborantibus aliquando castra ponere coactus est. Vbi quum e militibus quidam in ipsum conuicia iactarent, ignorantes illum prope esse, tentorio uirga patefacto: Flebitis, inquit, nisi longius remoti male nobis dicetis. Idem Aristodemo quodam ex amicis, qui natus e coquo putabatur, consulente sibi, ut sumptus muneraq; diminueret: Verba tua, inquit, Aristodeme ius olent. Quum uerò Athenienses ipsius seruum honorantes tanquam liberum ciuitate donassent: Non

Al. Holifer.
ὁ λαοσφιλογος.*

unum, inquit, solum Atheniensem uelim à me uerberari. Quidam autem adolescens Anaximenis rhetoris discipulus, quum orationem præmeditatam cum apparatu coram eo haberet, nescio quid intelligere uolens percontatus est. Sed quum adolescens reticisset: quid ais? inquit, hæc ne sunt in tabulis scripta? Sed alterum audiens rhetorem dicentem: Anni tempus niuem iaciens aduentu suo effecisse, ut herba regio uacaret: Non, inquit, me ut turba uti cessabis? Thrasyllus uerò Cynicus quum ab eo drachman petisset: At regi, inquit, hoc dare non conuenit. Sed illo subiiciente: Da igitur mihi talentum: Atqui Cynicum, inquit, hoc accipere non decet. Demetrium autem filium magna cum classe ac exercitu mittens ad Græcos liberandos aiebat: Gloriam à specula Græciæ ueluti faculam in totum terrarum orbem accendi. Sed Antagoras poëta cum elixaret congrum, ipse que patellam quateret, post illum stans Antigonus: Putas ne, inquit, Homerum, ô Antagora, quum Agamemnonis gesta scriberet, congrum elixasse? Tum Antagoras: Et tu, inquit, ô rex, putas ne Agamemnonem talia gerentem curasse, num quis in exercitu congrum coqueret? Mithridatem uerò auream messem demetere quum per somnium uidisset, eum interficere decreuit. Et quum id Demetrio filio aperuisset, iureiurando ut taceret adegit. Sed Demetrius apud mare cum Mithridate unà deambulans, hastæ cuspide in littore scripsit: Fuge Mithridates. Quod plane quum is percepisset, in Pontum fugit, ibiq; regnauit.

DEMETRIVS Rhodios obsidens, Protogenis pictoris tabulam, in qua Ialyson pingebat, quodam in suburbio cepit. Rhodijs igitur per præconem repetentibus, ut que tabula parceret deprecantibus, respondit se potius

Ialyson, id est, imaginem Liberti patris.

potius paternas imagines, quàm illam picturam esse corrupturum. Quum autem fœdera cum Rhodijs ipsis percussisset, machinam Helepolin, à capiendis urbibus dictam, apud illos reliquit, quæ & suæ magnificentiæ, & illorum fortitudinis monumentum esset. Post Atheniensium uerò defectionem quum urbem cepisset, quæ iam propter annonæ penuriam malè habebat, è uestigio concione aduocata frumentum ipsis dedit. Sed quum in concione uerba faceret in barbarissimum incidit. Quumq; eorum quidam qui sedebat acclamasset, quo modo uerbum illud erat pronuntiandum: Igitur huius quoque emendationis gratia, inquit, uobis alia quinque modiorum nullia dono.

ANTIGONVS secundus capto patre Demetrio, quum ab eo iussus esset amicorum quodam misso, neque obedire, neque urbibus cedere, si quid à Seleuco adactus scripsisset, ad Seleucum ipsum scripsit, se ipsi & toto regno cessurum, & seipsum obsidem traditurum, si Demetrium patrem liberaret. Pugnaturus autem contra Ptolemæi duces, quum dixisset gubernator, multò plures hostium esse naues: Meipsum presentem, inquit, contra quot naues opponis? Inuadentibus uerò hostibus quum aliquando cederet: Non equidem, inquit, fugio, sed utile quod retro situm est sequor. Quum autem adolescens fortis quidem patris filius, sed qui non ualde bonus ipse miles uideretur esse, patris stipendia rogaret: At ego, inquit, adolescens propter cuiusque utilitatem, non propter paternam fortitudinem stipendia ac munera trado. Zenone autem Citico mortuo, quem maxime philosophorum admirabatur, theatrum suorum gestorum sublatum esse aiebat.

LYSIMACHVS in Thracia à Dromacheta superatus,

Artis honor.

*Paterna
charitas.*

peratus, quum seipsum exercitumq; propter suum tradi-
 disse, posteaquam bibit captiuus iam effectus: O dii, in-
 quit, quam paruae uoluptatis causa meipsum ex rege ser-
 uum effeci! Philippidi autem Comico poetæ, amico & fa-
 miliari suo quum dixisset: cuius te rerū mearū participem
 facio? Ille cuiuslibet respondit, præterquam secretarum.

ANTIPATER quum Parmenioni mortem ab
 Alexandro illatam accepisset: Siquidem Alexandro, inquit,
 Parmenio insidiatus est, cui fidendū? sin minus, quid agen-
 dum? Demade autem iam seniore facto: uelut, inquit, ex
 immolata uictima uenter solus & lingua superest.

ANTIOCHVS tertius ad ciuitates scripsit, si quid
 contra leges per literas facere iusserit, ne sibi tanquā igno-
 ro pareant. Diane uerò sacerdotem intuitus, quum for-
 mosissima fuisset uisa, statim Epheso recessit, ne præter
 animi sententiam aliquid impij perpetrare cogeretur.

ANTIOCHVS cognomento Hierax aduersus Se-
 leucum fratrem de regno bellum gerebat. Sed quum Se-
 leucus à Gallogræcis uictus nusquam appareret, ac trū-
 cidatus putaretur, deposita purpura Antiochus pullum
 sumpsit amictum. Paulò post uerò audiens fratrem saluum
 esse, & dijs supplicationes fecit, & sibi subditas ciuitates
 coronari iussit.

EVMENES à Perseo insidijs petitus perisse iustus
 est. Ea uerò fama Pergamum perlata, Attalus eius frater
 sumpto diademate, ac eiusdem accepta uxore cepit re-
 gnare. Sed quū fratrem aduētare audisset, deposito diademate,
 sumptoq; iaculo cum alijs satellitibus obuiam illi, ut sole-
 bat, processit. Eū uerò Eumenes iucunde amplexus, in aure
 illi dixit: Ne properes meam ante uxorem ducere, quam
 me mortuum uideas. Neque aliud per totam uitam suspe-
 xit.

*Voluptas mo-
numentum.*

*Secretum res
difficilis.*

*Amicitia vin-
culum.*

Iniquitas.

*Fraterna
beneuolentia.*

*Mutua gra-
tia.*

Etum aut dixit, aut fecit. Quin etiam moriens & uxorem & regnum illi reliquit. Quapropter ille quidem ex suis ipsius liberis nullum educavit, quum multos sustulisset, sed Eumenis filio, quum ad ætatem peruenisset, regnum adhuc uiuens tradidit.

PYRRHVS Epirotarum rex à filijs adhuc pueris interrogatus, cuiam regnum esset relicturus: Quicumq; è uobis, inquit, acutiorem habuerit gladium. Rogatus autem, utrum Python, an Caphisius melior tibicen esset: Polyperches, inquit, imperator. Cum Romanis uerò congressus, bis quidem uictoria parts, sed multis & amicorum & ducum amisissis: Si uno, inquit, praelio Romanos iterum uicerimus, peribimus. Siciliæ autem potiundæ spe frustratus, quum illinc soluisset, ad amicos retro conuersus: Qualem, inquit, Romanus & Carthaginensibus palæstram relinquitimus? Militibus uerò aquilam cum appellantiibus: Ecquid non debeo uestris armis, inquit, ut uelocibus alis in altum tolli? Idem quum audisset à quibusdam iuuenibus se inter comptandum multis conuicijs maledictisq; lacertatum, iussit omnes ad se per diem adduci. Quumq; adducti forent, primum interrogauit, an illa de se dixissent. Tum ex illis unus: Hæc, inquit, ô rex, sed multa plura his dixissemus, si plus uini habuissemus.

ANTIOCHVS, qui secundò aduersus Parthos exercitum duxit, quum in uenatione quadam studio persequendi feram ab amicis & seruis aberrasset, in casam pauperiorum hominum ignotus intrauit. Ac inter cœnandum quum de rege sermonem iniecisset, audiuit, aliàs bonum quidem esse, sed amicis flagitiosus utentem plurima negligere, sepeq; illa quæ sint necessaria nihil curare, quod uenationis nimium esset studiosus. At tunc quidem

*Bellica
gloria.*

*Acutè
dicitur.*

Cautè dicitur.

Sapienter.
innanite
 tacuit, sed posteaquam satellites simul cum die ad castram illam uenerunt, cognitus allata purpura & diademate: Nimirum, inquit, ex quo die uos sumpsi, heri primum uera de meipso uerba audiui. Hierosolyma uerò obsidens quum Iudæi maximo illi festo septem dierum inducias petissent, non illas modò concessit, uerum tauros quoque cornibus auratis instructos, odorumq; & aromatum copiam usq; ad portas cum pompa egit, ac uictimis illorum sacerdotibus traditis, in castra reuersus est. Quapropter Iudæi admiratione tantæ liberalitatis ducti, statim post festum se ipsos illi dederunt.

GRÆCORVM APO-
 PHTHEGMATA.

*Loricæ cupi-
 ditas.*
Patriæ amor.
fortitudo.
 Themistocles adhuc adolescens in computationibus & cum mulieribus uersabatur, sed posteaquã Miltiades Imperator in Marathone Barbaros debellauit, non erat Themistoclem deprehendere quicquã indecore agentem. Admirantibus uerò mutationem dicebat: Non sinit me dormire torpescere uel Miltiadis trophæum. Interrogatus autem, utrum potius Achilles, an Homerus esse uellet: Tu uerò, inquit, utrum esse mallet uictor in Olympijs, an uictorum præco? Xerxe autem magna cum classe contra Græciã descendente, ueritus ne populi princeps Epicydes, quæstuosus homo & timidus, imperator creatus urbem perderet, argento persuasit, ut prætura abstineret. Idem quum Adimantus prælio nauali decernere non auderet, ac Themistocli ad hoc Græcos inuitanti incitantiq; diceret, O Themistocles, qui in certaminibus ante insurgunt, semper uincuntur: Etiam, inquit, ô Adimante, sed ne ij quidem qui posteriores sunt coronantur. Verum
 Euryp

Eurybiades quum baculum sustulisset tanquam percussurus: Percute quidem, inquit, sed audi. Eurybiadi non autem persuadens, ut in locorum angustijs pugnam naualem committeret, ad Barbarum clam misit monens, ne Græcos timeret fugientes. Sed posteaquam persuasus ille uictus est, quod illic pugna nauali decertasset, ubi Græcis expediebat, rursus ad ipsum misit, hortatus, ut ad Hellespontum quam uelocissime recurreret: Græcos enim de soluendo ponte cogitare, ut Græciam seruans illum seruare uideretur. Seriphius autem quidam quum in eum dixisset non uirtute sua, sed propter urbis gloriam clarum esse: Vera, inquit, narras: nam neque ego Seriphius si fore, clarus euasissim, neque tu si Atheniensis. Antiphate autem illo pulchro antea quidem Themistoclem auersante ac contemnente, sed posteaquam magnam adeptus est gloriam, accedente et adulate: O adolescens, inquit, sero quidem utriusque, sed tamen respicimus. Ad Simonidem uero quoddam iudicium minus iustum efflagitantem dixit, neque illum esse bonum Poëtam posse, si præter numerum caneret, neque se bonum principem, si præter legem iudicaret. Filium autem qui matri in delicijs erat, plurimum Græcorum omnium posse colligebat. Nam Græcorum imperio Athenienses potiri aiebat, se Atheniensium, sui matrem illius, at illum matris. Idem quum ex ijs qui filiam suam uxorem petebant, diuiti probum prætulisset: Virum dicebat se malle pecuniarum indigentem, quam pecunias uiri. Prædium autem uendens proclamari iussit, bonum quoque uicinum habere. Atheniensibus uero eum uituperantibus: Quid tui multum tui, inquit, ab iisdem beneficio sæpius affecti? Ac Platani quidem se similem esse dicebat, ad quas tempestate deprehensi confugiunt, sed adueniente seruitute il-

Virtus factum daret.

Iustitiam ob seruationem.

Uxoris potentia.

Maritus quam eligendus.

Vicinitas non posthabenda.

Comparatio bella.

las prætereuntes uellicant atque discerpunt, necnon conuicijs prosequuntur. Eretricienses autem irridens aiebat, gladium quidem sicut Teuthidas habere, sed cor non habere. Posteaquam uerò Athenis primum, deinde ex Græcia quoque pulsus fuit, quum ad Persarum regem ascendisset, ac loqui iussus esset, orationem uarijs pictisq; stragulis similcm esse dixit: Vt enim illam, sic hanc extantem ostentare imagines & figurâs, contractam uerò occultare atque delere. Itaq; & annum petijt, quo Persica lingua percepta, per seipsum, & non per alium cum rege ipso colloqui posset. Multis autem muneribus à rege honestatus, & cito locupletatus, ad seruos: O pueri, inquit, perditii eramus, nisi perissemus.

MYRONIDES aduersus Bœotios exercitum ducens, nuntiauit Atheniensibus egrediendum esse. Sed quum hora instaret, ac turmarum præfecti dicerent, omnes nondum adesse: Adsumt, inquit, qui sunt pugnaturo. Vtq; illis promptis hostes superauit.

ARISTIDES, cognomento Iustus, opinione sua Rempublicam semper administrabat, sodalitatesq; fugiebat, ueluti potentia ex amicis parta ad inique agendum instigante. Sed quum Athenienses in ipsum testaceis suffragijs ex urbe pellendum concitati forent, ac illiteratus homo & agrestis testam gerens ad ipsum accessisset, rogans ut nomen Aristidis in testa ipsa describeret: Cognoscis nempe Aristidem inquit. Et quum homo dixisset, se quidem non cognoscere, sed Iusti cognomen moleste ferre, tacens nomen testæ inscripsit ac reddidit. Cum Themistocle autē cui inimicus erat, orator missus: Visne, inquit, ô Themistocles, in finibus inimicitias relinquamus? Nam si uidebitur, quum reuersi fuerimus, illas resane

*Pertharora
romis.*

*Aduersus
bene cedens.*

Magnanimitas.

Equanimitas.

*Inimicitie de
ponende pro rep.*

sumemus. Quum uerò tributa Græcis statuisset, tanto pauperior redijt, quantum in ipsam peregrinationem impendit. Sed quum ij uersus, quos Aeschylus de Amphiarao fecerat, in theatro canerentur:

Nam uult uir esse, non uideri, hic optimus,
Qui mentis altæ fructiferam sulcans segetem,
Consulta callens germinat grauißima,
omnes in Aristidem oculos coniecerunt.

PERICLES quotiescunque exercitus dux creatus esset, paludamentum assumens hæc sibi ipsi dicebat: Pericles animaduerte, liberis es imperaturus & Græcis, & Atheniensibus. Iubebat autem Athenienses Aeginam tollere, tanquam Pyraei lippitudinem. Ad amicum uerò quendam testimonium falsum, cui & iusurandum inesset, rogantem: Vsque ad aras, inquit, mihi amico esse licet. Idem moriturus quum esset, seipsum beatum esse aiebat, quòd Atheniensium nemo sua causa pullam uestem induisset.

ALCIBIADES adhuc puer, quum in palestra eo captu comprehensus esset, quem effugere nequiret, mordit colluctantis manum. Sed quum ille dixisset, mordes ut foemine: Minime, inquit, sed ut leones. Habens autem quam pulcherrimū canem, quem septē nullibus drachmarum emerat, caudam illi recidit, ut Athenienses, inquit, hoc de me loquantur, & aliud nihil curiosius inuestigent. Idem ad literarum ludum quum accessisset, Iliada postulauit. At magistro se nihil Homeri habere dicente, illi incusso pugno recessit. Ad Periclis autem fores quum uenisset, audiens illum non esse ociosum, sed considerare, quonam modo Atheniensibus rationes reddat: Non melius erat, inquit, considerare, quo modo non reddat? Quum autē ad iudi

Sapienter
dictum.

Fides.

Conscientia
recte factorum.

Ignominia
in laudem
reuerteret.

Scatagema

Caute dicitur

Prudentia.
Fortitudo.
 iudicium capitale ab Atheniensibus è Sicilia uocaretur, seipsum abscondit, quò diceret eum stultum esse, qui accusatus quum liceat fugere, querat absolui & liberari. Sed quum quidam dixisset: Non credis patriæ de teipso iudicium? Ego quidem, ait, ne matri quidem, ne fortè ignorans pro calculo albo nigrum ferat. Idem quum audisset, se cum socijs morti adiudicatum esse: At, inquit, declarabimus ipsis nos uiuere. Itaq; ad Lacedæmonios profectus Decealicum in Athenienses bellum excitauit.

Bellum.
 LAMACHVS quendam turmæ ducẽ in errorem lapsum obiurgabat, qui quũ dixisset, se postea nunquam id esse facturum: Atqui non est in bello, inquit, bis peccare.

Prudentia.
Ad alter.
Virius generi
ponenda.
 IPHICRATES quum sutoris filius esse putaretur, omnibùs quidem contemptui erat, sed in pretio tunc primum esse cœpit, quum uulneratus hostem simul cum armis correptum in triremem suam uiuentem transtulit. Cæterum in amico & socio loco castra ponēs, & uallum iaciens, & fossam diligenter circunducens, ad eum qui dixerat, quid enim timemus? turpissimam quidem esse dixit imperatoris uocem: Non expectaram. Aciem uerò contra Barbaros instruens, se uereri aiebat, ne Iphicratem ignorant, qui alios stupefaciat hostes. Idem iudicium capitis subire coactus, ad calumniatorem dixit: Quid facis ò homo, qui bello urbem circumstante, de me, & non mecum suadeas consultare? In Harmodium uerò, Harmodij illius prisca abnepotem, in generis ignobilitatem conuicia sibi ingerentem dixit: Meum quidem genus à me incipit, sed tuum in te desinit. Oratore autem quodam ipsum in conuisione interrogante: Quis tu es, qui tantopore superbis? eques an sagittarius? an pedes? an scutifer? Nullus horum, inquit, sed qui omnibus his imperare sciam.

TIMOTHEVS existimabatur fortunatus esse imperator, ac idcirco ei quidam inuidentes pingebant urbes in nassam illi dormienti ultro ingredientes. Timotheus igitur aiebat: Si tantas urbes dormiens capio, quid me facturum putetis expergefatum? Quodam autem ex temerarijs imperatoribus uulnus Atheniensibus ostentante: At me, inquit, quum uester essem contra Samios imperator, puduit catapultæ telum prope me cecidisse. Oratoribus uerò Charetem extollentibus, dignumq; esse Atheniensem imperatorem censentibus: Non imperatorem, Timotheus inquit, sed qui strata imperatori ferat.

Conuicium in laudē reuerti.

CHABRIAS eos dictitabat optimos esse Imperatores, qui hostium res quamoptimè nossent. Proditionis autem unà cum Iphicrate accusatus, ab Iphicrate ipso reprehendebatur, quòd de uita periclitans & in gymnasium iret, & hora consueta pranderet: Ergo si quid Athenienses, Chabrias inquit, de nobis statuerint, te quidem squalidum & ieiunum, me uerò pransum & perunctum necabunt. Dictitare etiam solebat, formidabiliorem esse ceruorum exercitum duce leone, quàm leonum ceruo imperante. Athenienses uerò in Philippum ipso concitante, quidam e concione succlamauit: Bellum inuehes: Etiam, per Iouem, inquit, & nigra uestimenta, & publicas funerum elationes, & funebres orationes, si liberi sumus uicturi, neque Macedonum imperata facturi.

Bonus dux qualis.

Fortiter re sponsum.

PYTHEAS quum adhuc esset adolescens, in concionem processit, ijs contradicturus decretis, quæ de Alexandro scribebantur. Sed quum quidam dixisset: Tu quum adæo iuuenis sis, de tantis rebus audes loqui? Atqui Alexander, inquit, quem decernitis Deum, me iunior est.

Audax re sponsum.

PHOCION Atheniensis neque ridens, neq; lacrymans

mans ab ullo unquam est uisus . Sed quum quidam in con-
 cione dixisset , Consideranti similis uideris ô Phocion:
 Rectè , inquit , hoc coniectas : nam considero , siquid eo-
 rum quæ sum apud Athenienses dicturus , omittere ac re-
 cidere possim . Quum autem oraculum Atheniensibus
 datum esse , n' in urbe esse qui sententijs omnium ad-
 uersaretur , Atheniensesq; quisnam esset , querendum esse
 iuberent , Phocion se cum esse professus est . Nam soli sibi
 nihil eorum placere quæ uulgus & ageret & diceret .
 Quum uerò apud populum sententiam dicens aliquando
 approbaretur , uideret'que omnes pariter orationi suæ
 assentientes , ad amicos conuersus : Num quid mali , in-
 quit , forsitan imprudens dixi ? Cæterum Atheniensibus
 collocationes pecuniæ ad sacrificium quoddam petenti-
 bus , quum alij quidem conferrent , sepe & ipse rogatus :
 Erubescerem , inquit , si uobis darem : huic autem non red-
 derem , simul indicans sceneratorem . Quum uerò Demo-
 sthenes orator dixisset : te Athenienses si insanierint ne-
 cabunt : Te uerò , inquit , per louem , si resipuerint . Sed
 quum Aristogiton condemnatus in carcere moriturus
 esset , rogaret'que Phocionem , ut ad se ueniret , amici que
 ipsum ad improbum hominem ire non permitterent : Et
 ubinam , inquit , Aristogitonem quispiam iucundius al-
 loquatur ? Byzantijs uerò quum Athenienses irasceren-
 tur , quòd Charetem non admisissent in urbem cum co-
 pijs auxilio sibi missum aduersus Philippum , dixisset'que
 Phocion oportere non socijs irasci diffidentibus , sed im-
 peratoribus fide carentibus , imperator ipse fuit dele-
 ctus . Qui à Byzantijs quidem admissus , effecit ut re in-
 fecta Philippus abiret . Idem quum Alexander centum
 ipsi talenta dono misisset , eos qui attulerant interrogauit :

curnam

ingenuitas.
 iudaxe.

pebitū soluc
 dum potius q̄
 eleēmosynā
 ferenda .

Elegāter dictū.

Sapienter .

eum quum multi alij sint Athenienses, mihi soli hæc
 donat Alexander? Illis autem respondentibus: quòd so-
 lum te bonum esse probumq; existimat: Igitur me, in-
 quit, talem & uideri & esse permittat. Alexandro autem
 triremes ab Atheniensibus petente, quum populus nomi-
 natum Phocionem prodire, atque sententiam dicere iube-
 ret, posteaquam surrexit: Consulo igitur uobis, inquit,
 ut uel armis uincatis, uel uictoribus amici sitis. Sed quum
 de morte Alexandri uerba iactarentur, oratoresq; e ue-
 stigio in suggestum prosilirent, neque morari, sed quam-
 primum bellum gerere suaderent, Phocion differendum
 ac iuste decernendum esse censebat. Si namq; aiebat, ho-
 die mortuus est, cras quoque & semper mortuus erit. Ve-
 rum Leosthene ciuitatem in bellum iniiciente, quòd il-
 lam nosset spe præclara ad nomen libertatis imperij que
 claram, illius uerba cupressis similia esse dicebat: Nam
 pulchra & sublimes quum sint, fructum non habent. Sed
 prima quum ad uota successissent, ac ciuitas ob nuntios
 rerum bene gestarum dijs supplicaret, interrogatus an
 ea sic gesta esse uellet: hæc quidem esse gesta inquit, illa
 uerò consultata. Cæterum Macedonibus Atticam ingres-
 sis, maritimamq; de prædantibus, eduxit iuuentutem: &
 quum multi ad ipsum concurrerent, hortantes ut collem
 occuparet, aciemque illic instrueret: O Hercules, in-
 quit, quàm multos uideo imperatores, milites autem pau-
 cos. Sic tamen congressus uicit, ac Nicionem Macedonum
 ducem interemit. Verum haud multò post Athenienses bel-
 lo superati, præsidium Antipatri admiserunt. Quum uero
 Menillus præsidij princeps Phocioni pecunias dono da-
 ret, indignatus dixit, neq; illū Alexādro meliorem esse, &
 causam qua nūc accipiat, quā tūc nō acceperit, peiorē esse.

Ac

Sanctē
dicitur.

Cōsiliū liberū.

Verboſitas eō
patione notat.

Grauiter dicitur.

Ac Antipater quidem aiebat, se ex duobus amicis quos Athenis haberet, neq; Phocionem per suasisse ut acciperet, neq; Demadem satiasse quum daret. Antipater uerò quum ipsum rogaret, ut nescio quid iniusti faceret: non potes, inquit, ô Antipater, Phocione & amico & assentatore uti. Sed post Antipatri mortem quum Athenienses democratiam renouassent, Phocion cum amicis in concione morti fuit adiudicatus. Alij igitur flentes quidem ducebantur, Phocioni uerò qui cum silentio procedebat, quidam ex inimicis obuiam factus in os expuit. Tum ipse ad magistratus respiciens: Non aliquis istum, ait, indecore se gerentem coërcebit? Quum autem unus eorum qui cum ipso erant morituri, lamentaretur, atque indignaretur: non amas, inquit, ô Euiippe, cum Phocione mori? Sed quum cicutæ calix iam allatus esset: interrogatus, num quid ad filium diceret: Ego tibi, inquit, mando rogoq; ne quid Atheniensibus harum rerum memoria irascaris.

P I S I S T R A T V S Atheniensium tyrannus, quum ex amicis quidam ab ipso defecissent, ac Phylon occupassent, ad illos uenit stratum colligatum ipse portans. Sed illis interrogantibus quid uellet: si uobis, inquit, persuasero, ut abducam: sin minus, ut uobiscum maneam: propter hoc enim cum sarcinis ueni. Calumniata uerò apud ipsum matre, quòd adolescentem quendam adama- ret, qui cum timente ac multum renuente clam consuetudinem haberet, uocauit ad cœnam adolescentem, cœnatumq; interrogauit, quomodo fuisset exceptus. Illo autem opipare dicente: Talia, inquit, quotidie tibi erunt, si matri meæ rem gratã feceris, Thrasibulus uero ipsius filiã amans, quum obuiã factus osculatus foret, ac ipse in illum ab uxore concitaretur: Si qui nos amant, inquit, odio profe

Justitia cedet
Amicitia.

Patientia.

Iniuriarũ
obliuio.

persequemur, quid ijs qui oderunt faciemus? Ac Thrasibulo quidam uirginem dedit uxorem. Comestatores autem quidam in ipsius uxorem quum incidissent, multaq; lasciuie ac petulanter & fecissent & dixissent, ac postridie Pisistratum flentes deprecarentur, ut sibi ignosceret: Vos quidem, inquit, ut modesti sitis curate: sed uxor mea profus domo nusquam heri profecta est. Idem rogantibus filijs, quum ipse aliam ducturus esset uxorem, nunquid se accusaret: Minimè quidem, ait, sed laudo uoloq; & alios mihi tales filios nasci.

DEMETRIVS Phalereus Ptolemæum regem admonerat, ut conscriptos de regno imperioq; libros compararet atq; lectitaret: Nam quæ amici non audent reges monere, ea in libris descripta esse.

LYCVRGVS Lacedæmonius ciues nutriende comæ assuescit, quòd diceret pulchros quidem coma fieri decentiores, deformes autem formidabiliores. Ad eum uerò, qui ad Democratiam in urbe constituendam hortabatur, Tu igitur primus, inquit, in domo tua statue Democratiam. Cæterum domos humiles serra tantum & securi struere iubebat. Pudere nanq; in humiles casas pocula lectosq; ac mensas pretiosas inferre. Pugnis autem & pancratio certare prohibuit, ut ne ludentes quidem defatigari consuescerent. Sæpius quoque aduersus eosdem militare uetuit, ne hostes efficerentur bellicosiores. Quare uulnerato postea Agesilao Antalcidas dixit, præclare discipline premia ipsum à Thebanis accipere, qui illos bellum inuitos gerere docuisset.

CHARILLVS rex interrogatus, cur tam paucas leges Lycurgus tulisset, respondit, eos qui paucis uerbis utantur, haudquaquam multis legibus indigere. Helotum

Helotes seruis
Lacedæmoniorum.

uerò quidam quum audacius asperiusq; se cum illo gereret: per deos, inquit, te interfecissem, nisi iratus essem. Ad eum autem qui percontatus est, cur comam Lacedaemonij gestent: Quia ex omnibus, inquit, ornatibus hic est minimè sumptuosus.

TELECLVS rex ad fratrem ciues criminantem, quòd asperius secum quàm cum illo se gererent: Tu nanq; ait, iniurias pati nescis.

THEOPOMPVS in quadam urbe ad eum qui sibi murum ostentabat, & interrogabat, num pulcher & altus uideretur: Minimè, si mulierum est, inquit.

ARCHIDAMVS in Peloponnesiaco bello rogantibus socijs, ut sibi tributa determinarentur, respondit bellum non pasci determinatis.

BRASIDAS quum in caricis murem cepisset, morsus dimisit. Deinde ad eos qui aderant: Nihil est, inquit, tam paruum, quod se non seruet, dum audeat ulcisci aggredientes. Sed in pugna per scutum iaculo percussus, quum è uulnere hastam extraxisset, illa ipsa hostem uulneratum interemit. Sed rogatus quomodo uulneratus fuisset: Scuto, inquit, me prodente. Posteaquam uerò liberatis ijs Graecis, qui in Thracia erant, cecidit, legati Lacedaemonem nussi, ad Brasidae quoq; ipsius matrem accesserunt. Quae primum quidem eos interrogauit, an bene Brasidas obisset. Ac laudantibus quidem illum Thracibus, dicentibusq; nullum alium talem fore: Ignoratis, inquit, o hospites: nam Brasidas quidem fortis erat, sed Lacedaemon multos habet illo fortiores.

AGIS rex dictabat, Lacedaemonios interrogare non quot sunt, sed ubi sunt hostes. Apud Mantineam uerò dum pugnare cum hostibus, qui plures erant, prohibet

hiberetur: necesse est, inquit, cum multis pugnare, qui multis uelit imperare. Quum autem Elei laudarentur, quod in Olympijs præclare se gererent: Quid mirum, inquit, faciunt, si quarto quoque anno per unum diem iustitia utuntur? Sed illis in laudando perseverantibus: Quid mirandum, inquit, si in re bona bene utuntur iustitia? In hominem uero improbum sæpe interrogantem, quis Spartiata optimus esset: qui tui dissimilimus est, inquit. Sed alio interrogante, quot essent Lacedæmonij: Quot, inquit, ad malos arcendos satis sunt. Quum autem ab alio idem quæreretur: Multi, inquit, tibi uidebuntur, si pugnantes ipsos spectaueris.

LYSANDER uestes preciosas, quas Dionysius Sicilia tyrannus suis filiabus miserat, non accepit, quod diceret se uereri, ne illis induta deformiores uiderentur. In eos autem à quibus utuperabatur, ut Hercule indignus, quod dolo pleraque ageret, dicebat: Quò leonina pellis non peruenit, uulpinam esse assuendam. Sed aduersus Argiuos, qui iustiora quàm Lacedæmonij de quo contendebant loco, dicere uidebantur, districto gladio inquit: Qui huius est dominus, optimè de finibus differit. Lacedæmonios uero Corinthiorum murum segnius oppugnare animaduertens, quum leporem è fossa exilientem uidisset: Eos, inquit, timeis hostes, quorum inertia lepores in muris dormiunt? Quum autem Megarensis quidam in communi conuentu aduersus ipsum dicendi licentia usus esset: Tua, inquit, uerba ciuitatis egent.

AGESILAVS dictitabat eos qui Asiam incolebant, liberos quidem esse malos, bonos autem seruos. Sed assuetis illis regem Persarum magnum appellare: Ecquid ille inquit, me est maior, nisi & iustior, & modestior?

De formidine uerò atq; iustitia percontatus, utra sit melior: nihil, inquit, fortitudine indigeremus, si omnes iusti essemus. Noctu autem quum e terra hostili repente castra moturus esset, uidens puerum quem amabat lacrymantem propter imbecillitatem relinqui: Difficile est, inquit, simul & misereri & sapere. Menecrates uerò cognomento Iupiter, quum ad ipsum epistolam ita scripsisset: Menecrates Iupiter regi Agesilao felicitatem, rescripsit: Rex Agesilaus Menecrati sanitatem. Lacedæmonij autem quum Athenienses ac socios apud Corinthum debellassent, audita cadauerum hostilium multitudine: Heu miseram, inquit, Græciam, quæ tot in seipsam uiros perdidit, quot satis essent ad Barbaros omnes debellandos. Oraculum uerò quod uolebat quum à Ioue in Olympia accepisset, Ephoris iubentibus, ut Pythium quoq; de isdem consuleret, Delphos profectus deum rogauit, an quæ patri, eadem ipsi quoque uiderentur. Quendam autem ex amicis ab Icarieo Care petens, ad eum ita scripsit: Nicias si te iniuria non afficit, dimitte: si iniuste agit, mihi dimitte: omnino autem dimitte. Idem ad eum audiendum inuitatus, qui lusciniæ uocem imitabatur: ipsam, inquit, sæpe audiui. Post Leuctricam uerò pugnam Ephori animaduertentes urbem uiris uacuum esse, quòd lex iuberet omnes eos qui territi fugissent, ignominiosos esse, uolebant infamiæ notam soluere, proptereaq; legislatorem Agesilaum declararunt. Is autem quum in medium prodisset, censuit leges postridie ratas fore. Aegyptiorum autem regi auxilio missus, unà cum eo ab hostibus obsidebatur, quum multò plures hostes ipsi forent, castrisq; fossam circumducerent. Sed quum rex crumpere ac dimicare iussisset: Hostes, inquit, uolentes nobis esse pares, impedi-

impediendi non sunt. Et quum spatij parum adhuc super-
esset ad fossam coniungendam, in eo quod relictum erat,
spatio acie instructa, quum totidem utrinque pugnarent,
victores euaserunt. Idem moriens amicos nullam sibi ne-
que fictam, neque pictam imaginem ponere iussit: Si quod
enim opus, inquit, bonum feci, hoc meum monumentum
erit: sin nullum, ne omnes quidem statue.

ARCHIDAMVS Agefilai filius, quum catapulte iaculum tunc primum ex Sicilia aduectum uidisset, ex-
clamauit: O Hercules, uiri perit uirtus.

AGIS iunior Demade dicente, Laconicos enses pro-
pter breuitatem à præstigiatoribus deuorari: Atqui La-
cedæmonij, inquit, his ipsis ensibus hostes assequuntur.
Quum autem Ephori milites proditori committi iube-
rent: Alieni, inquit, ei fidem habere non debent, qui suo-
rum proditor fuerit.

CLEOMENES ei qui se gallos, qui pugnando in-
terirent, ipsi daturum pollicebatur: Minime, inquit, istis
egeo, sed ijs potius qui pugnando interficiant.

PAEDARETVS inter trecentos non delectus,
qui in ciuitate quidem ordine primus erat honor, hilaris
acridens abibat, se gaudere dicens, si trecentos Sparta
haberet ciues se meliores.

DAMONIDAS in ultimum chori ordinem à cho-
ri magistro collocatus: Euge, inquit, excogitasti, quomodo
hic quoque in honore sit locus.

NICOSTRATVS Argiuorum imperator mul-
tis pecunijs & nuptijs Lacæne quam uellet, præter regias
oblatis, ad prodendum quendam locum ab Archidamo ex-
horrtatus, respondit Archidamum ab Hercule genus nõ du-
cere: Herculem enim circumeuntem malos pœna affecisse,

Archidamum uerò eos qui sunt probi, malos efficere.

EVDEMONIDAS quum in Academia Xenocratem uidisset iam seniore cum discipulis philosophantem, audissetq; uirtutem ab ipso inquiri: Quando, inquit, illa utetur? Rursus quum alium audisset philosophum differentem, quòd solus sapiens est bonus imperator: Sermo quidem admirandus est, inquit: sed qui loquitur, nunquam tubæ sonitu fuit excitatus.

ANTIOCHVS quum Ephorus esset, posteaquam accepit agrum Messenijs à Philippo datum, interrogauit, num etiam illis de agro pugnantibus, ut uincerent dedisset.

ANTALCIDAS in Atheniensem, qui Lacedæmonios imperitos uocabat: Soli uidelicet nos, inquit, nihil mali à uobis didicimus. Sed quum alius Atheniensis in ipsum dixisset: At enim sepe uos à Cephiso fugauimus. Nos uerò, inquit, nunquam uos ab Eurota. Rhetore autem Herculis laudationem lecturo: Quis nempe illum uituperat? inquit.

EPAMINONDA Thebano exercitum ducente nunquam Panicus et repentinus terror in castra incidit. Dicebat autem, in acie mori pulcherrimum esse. Armatorum uerò corpus non solum athleticè, sed etiam militariter exercitatum esse oportere censebat. Eoq; corpulentis insensus erat, ac talem quendam exercitu expulit dicens: Vix tribus quatuorue scutis uentrem illius tegi posse, propter quem ne sua quidem pudenda unquam uidisset. Sic autem frugalis in uictu erat, ut à uicino ad coenam inuitatus, quum bellariorum opsoniorumq; ac unguentorum apparatus inuenisset, è uestigio abierit dicens: Ego te sacrificare, non lasciuire putabam. Quam uerò coquus dierum quorundam impense rationem collegis

legis redderet, nimum olei sumptum duntaxat egrè titu-
 lit. Sed collegis admirantibus, impensam quidem sibi non
 esse molestam dixit, sed si tantum olei intra corpus ille
 excessisset. Quum autem festum diem urbs celebraret,
 ac omnes computationibus & sodalitatibus dediti essent,
 familiarium euidam squalidus & cogitabundus inter am-
 bulandum occurrit. Ac illo murante atque percontante,
 curnam solus ita affectus circumiret: Vt uobis, inquit,
 omnibus ebrietati ac desidie liceat indulgere. Hominem
 uerò nequam qui mediocre quoddam scelus adnuserat,
 Pelopidæ quidem roganti non dimisit, sed amicæ suppli-
 canti concessit, dicens scorta decere, non imperatores eius-
 modi accipere dona. Quum uerò Lacedæmonij copias edu-
 cerent, oraculaq; Thebanis ferrentur, alia quidem eos ui-
 ctum iri, alia uictores fore significantia, hæc ad dexteram
 tribunalis partem, illa ad sinistram poniuisset, omnibusq;
 ita positus sarrexit, & dixit: Si imperatoribus quidem pa-
 rere uolueritis, ac simul inuadere hostes, hæc uobis sunt
 oracula, indicans meliora: Sin autem aduersus pericula
 timidi fueritis, illa, respiciens ad peiora. Idem contra ho-
 stes exercitum educens, tonitru factò, ac ijs qui circa
 ipsum erant interrogantibus, quid deum significare puta-
 ret, attonitos esse hostes dixit: quippe qui quum talia ad-
 sint loca, in talibus castrametetur. Suauissimum ac omnium
 bene fortiterq; sibi gestorum illud esse dicebat, quòd suis
 adhuc uiuis parentibus apud Leuctra Lacedæmonios su-
 perasset. Caterum postridie illius pugne quum alio tempo-
 re solitus esset uncto corpore, serenoq; uultu in publicam
 prodire, squalidus & humilis, ac sordidus processit. Inter-
 rogantibus igitur amicis, num quid sibi triste accidisset:
 nihil,

nihil, inquit: sed heri sensi me animo fuisse quàm par sit elatiore: quocirca hesternæ lætitiæ intemperantiam hodierna tristitia castigo. Quum autem Spartiatis suam calamitatem abscondere sensisset, uolens illius magnitudinem declarare, non simul omnes, sed singulas ciuitates cadauera colligere permisit. Itaque plura quàm mille Lacedæmoniorum cadauera fuisse numerata. Iason uerò Theſſalorum princeps quum socius Thebas uenisset, ac duo millia aureorum Epaminondæ uehementer indigenti misisset, aurum quidem non accepit, sed quum primum Iasonem uidit: Iniustis, inquit, manibus imperas. Ac quinquaginta drachmis à quodam ciuium acceptis exercitus uatico in Peloponnesum irrupit. Rursus quum rex Persarum tria Daricorum millia ei misisset, Diomedontè aspere obiurgauit, quòd tantam nauigationem nauigasset, ut corrumpere Epaminondam. Sed regi renuntiarì iussit, si quæ Thebanis conferant sentiat, gratis amicum Epaminondam esse habiturum: sin quæ minus utilia sint, hostem. Argiui autem quum Thebanorum socij essent, Atheniensiumq; legati in Arcadiam profecti utrosque accusarent, atque Callistratus orator Oedipum & Crestem ciuitatibus exprobraret: Confitemur, inquit Epaminondas, & apud nos patricidam fuisse, & apud Argiuos matricidam. Sed qui ista perpetrarunt nos quidem expulimus, Athenienses uerò susceperunt. In Spartiatis autem, qui multis & magnis in rebus Thebanos accusauerant: Hi nempe uos, inquit, à breuiloquio desistere coegerunt. Sed posteaquam Alexandrum Pheræorum tyrannum, Thebanorum hostem Athenienses sibi amicum effecerunt & socium, qui promittebat se uenalem carnis libram ipsis semiobolo præbiturum: At nos, Epaminondas inquit, Atheniensibus ligna gratis ad

illas

illas carnes coquendas præstabimus : Nam nisi quieverint,
 eorum agrum succidemus . Bœotios autem ocio dissolu-
 tos uolens in armis semper continere , quum electus esset
 imperator , admonens dicebat : Adhuc consilio polletis The-
 bani : nam si ego sum imperator , uobis est militandum .
 Ac regionem supinam & patentem belli orchestram ap-
 pellabat , quòd illam obtinere non possent , nisi manum in
 scuti loro habeant . Chabrias uerò quum prope Corin-
 thum perquam paucos Thebanorum quosdam auidius
 sub muris pugnantes interfecisset , ac trophæum erexis-
 set , Epaminondas irridens : Hic decebat , inquit , non tro-
 phæum , sed Hecatesium erexisse . Nam humilia Hecate
 sacella in truijs ante portas dedicabant . Quum autem
 quidam nunciasset , exercitum nouis ornatum arma in Pe-
 loponnesum ab Atheniensibus missum : Quid igitur , in-
 quit , Antigenidas gemit , quum Tellen nouas tibias ha-
 beat ? Tellen uerò pessimus quidam erat tibicen , ut Antige-
 nidas optimus . Idem quum accepisset , scutiferum multas ab
 homine captiuo pecunias sumpsisse : Redde , inquit , mihi
 quidem scutum , tibi uerò ipsi patriq; cauponam redime ,
 in qua reliquum temporis uiuas : neque enim posthac te
 periculis itidem exponere uoles : quippe qui e diuitibus
 & beatis unus sis factus . Interrogatus autem , utrum se
 meliorem duceret imperatorem , an Chabriam , an Iphi-
 cratem : Difficile id est , inquit , donec uiuimus , iudicare .
 Posteaquam uerò ex Laconica reuersus capitis causam
 cum collegis dicere coactus est , quòd menses quatuor im-
 perium Bœotiæ contra legem retinisset , collegas qui-
 dem in seipsum crimen remouere iussit , tanquam ui co-
 actos , ipse autem se dixit non habere uerba rebus meliora .
 Sed si quid omnino apud iudices dicendum esset , censere se ,

si ab ipsis necandus iudicetur, ut columnæ condemnatio-
nem inscribant, quo Græci omnes sciant, Thebanos uel
nolentes ab Epaminonda fuisse coactos igne Laconicam
deuastare, quæ per quingentos annos nunquam antea fue-
rat deprædata: & Misenen componere, quæ triginta &
ducentos annos seditionibus uexata sit: & conciliare in-
ter se, ac in unum Arcades redigere, Græcis quæ resti-
tuere libertatem: nam hæc in illo imperio fuerant gesta.
Quare multo cum risu iudices egressi sunt, quum ne suf-
fragia quidem in illum sumpsissent. Ceterum in ultima
uulneratus pugna, & in tentorium relatus uocabat Dai-
phantum, & post eum Hyolidam. Quos uiros quum per-
iisse audisset, bellum cum hostibus dissolui iussit, in qui-
bus imperator non esset. Ac res uerba eius, qui opime ci-
ues nosset, comprobauit.

PELOPIDAS Epaminondæ in prætura col-
lega, dicentibus amicis, pecuniæ collectionem rem ual-
de necessariam ab ipso nihil curari: Per Iouem, inquit,
huic Nicomedi, hominem claudum ac mutilatum indi-
cant. Sed uxore ipsum ad pugnam excurrentem rogante,
ut se custodiret, alios dixit hoc esse monendos: ducem
uero & imperatorem, ut ciues conseruet. Quum au-
tem quidam e militibus dixisset: In hostes incidimus.
Cur magis, inquit, quam illi in nos? Ceterum ab Alexan-
dro Pheræorum tyranno fractis fœderibus quum captus
& ligatus male ei diceret, atque ille subiecisset: mori pro-
peras: Etiam per Iouem, inquit, ut magis in te excan-
descant Thebani, citiusque perdaris. Thebe uero, tyranni
uxor, ad Pelopidam egressa quum se mirari dixisset, quod
ligatus tam hilaris esset, magis dixit se illam mirari, quod
non ligata toleret Alexandrum. Sed ab Epaminonda
liberat

liberatus, dicebat se gratiam Alexandro habere: Nam se ipsum expertam esse, non ad bellum modò, uerum ad mortem quoque audacter habere.

ROMANORVM APO- PHTHEGMATA.

MArcus Cuius à quibusdam criminatus, quòd agri bello parti exiguam cuique partem distribuisset, ac magnam publicam fecisset, precatus est, neminem è Romanorum numero fieri, qui quòd agri ad alendum satius foret, parum putaret. Samnites uerò ab ipso debellati quum ad eum uenissent aurum dono daturi, in olla fortè rapula coquebat. Samnitibus itaque respondit, & auro nihil tale prandium indigere, & sibi melius esse, quàm habere, aurum possidentibus imperare.

CAIVS Fabricius audiens Romanos à Pyrrho uictos, ad Labienum conuersus: Pyrrhus, inquit, non Epirotæ Romanos uicerunt. Ad redimendos autem captiuos ad Pyrrhum profectus, quum auri multum Pyrrhus ipsi daret, nihil accepit. Postridie uerò maximum elephantem Pyrrhus ipse instrui iussit, qui Fabricio ignoranti post terga maximo cum stridore uocem repente emisit. Quo quidem facto, conuersus Fabricius & ridens: Me, inquit, neque aurum heri, neque hodie bellua stupefecit. Sed Pyrrho ipsum rogante, ut secum esset, ac post se primum locum haberet: Ne hoc quidem tibi expedit, inquit: nam si Epirotæ nostrum utrunque nouerint, magis à me regi quàm abs te uolent. Fabricio autem Consulatum gerenti Pyrrhi medicus epistolam misit, qua pollicebatur, se Pyrrhum ueneno, si iusserit, necaturum. Sed eam Fabricius epistolam remisit ad Pyrrhum, animaduertens

terciubens, quàm malus & amicorum esset iudex, & hostium. Posteaquam uerò Pyrrhus insidijs deprehensis medicum quidem suspendit, Fabricioq; captiuos absq; redemptionis precio reddidit, gratis Fabricius non accepit, sed totidem illi restituit, ne mercedē recepisse uideretur: Neq; enim insidias Pyrrhi gratia indicasse, sed ne uiderentur Romani dolo necare, perinde atq; si aperte non possent.

FABIVS Maximus cum Annibale pugnare nollens, sed tempore illius exercitum & pecuniarum & annonæ indigentem dissoluere quærens, per aspera & montosa loca persequabatur, sese illi subinde opponens. Quod autem uulgo derideretur, Annibalisq; pædagogus uocaretur, paruipendens suis consilijs utebatur, amicisq; dicebat: Qui derisiones conuiciaq; metuat, eum sibi timidiorem uideri, quàm qui hostes fugiat. Posteaquam uerò de Minutio equitum magistro, qui hostium nonnullos debellauerat, sermo cœpit esse nullus, tanquam digno Roma uiro, magis se dixit secundam Minutij fortunam timere quàm aduersam. Igitur paulò post quum Annibalis insidijs circumuentus cum exercitu suo Minutius de uita periclitaretur, Fabius opem ferens & multos hostium cecidit, & illum seruauit. Annibal itaque ad amicos: Non ne saepe uobis, inquit, prædixi montanam illam nebulam imbrem in nos aliquando emissuram? Post Cannensem uerò cladem imperator creatus cum Claudio Marcello, audaci & forti uiro, & qui cum Annibale semper pugnare amaret, in eam spem ipse adductus erat, si nemo pugnaret, fessum Annibalis exercitum breui esse defecturum. Quare dicebat Annibal, se magis Fabium non pignantem, quàm Marcellum pignantem formidare. Quum autem Lucanus quidam miles accusaretur,

retur, quòd amore mulierculæ captus noctu sæpenumero longè à castris uagaretur, quem alioqui admirandum in armis esse audiret, illo ignaro comprehendi auicam, & ad se duci iussit. Adducta igitur illa quum hominem accersisset: Nos inquit, non latuisti, contra legem extra castra pernoctans. Sed neque antea strenuus esse nobis ignorabaris. Quare fortiter ac rectè factis errata condonentur. Cæterum posthac nobiscum eris. Habeo nanque fideiussorem. Adductamq; mulierculam illi commendauit. Quum uerò Annibal Tarentum præter arcem præsidio teneret, adducto clam quamlongissimè exercitu, Fabius urbem cepit atque diripuit. Sed quum scriba percontaretur: Quid de simulacris deorum decernimus? Relinquamus, inquit, Tarentinis deos iratos. M. autem Linnio, qui præsidio Tarentinam arcem tenebat, iactante, illum opera sua urbem cepisse, alijs quidem ridentibus: Vera, inquit Fabius, narras: nam nisi tu urbem auisisses, ego nunquam recepissem. Idem à senatu iam senior legatus ad filium Consulem Sueffam missus, ut animaduertit neminem ex licitoribus ut equo descenderet fuisse missum, indignatus sedere perseuerauit. Sed quum iuuenis licitorem misisset, ac ex quo descendere iussisset, alij quidem se auerterunt, ipse uerò quum equo desiluisset, præter ætatem accurrit, & filium complexus: Euge, inquit, fili sapiens, intelligens & quibus imperes, & quanti imperij magnitudinem sustineas.

SCIPIO maior à re militari, & Reipublicæ administratione ocium ad literarum studia conuertens, dicebat se quando ociosus esset plura facere. Posteaquam autem in Carthaginem cepit, quum quidam miles uirginem formosam de multis selectam captiuus adduxissent illi tradi-

tradituri: Libenter, inquit, accepissem, si priuatus, & non imperator essem. Obsidens autem murum fossis profundis urbem, in qua Veneris templum eminebat, illic edici uadimonia in tertium diem iussit, uelut illo die in Veneris templo litigantium causas auditorus. Idq; ut prædixerat urbe capta effecit. Idem à quodam in Sicilia rogatus, qua re fretus contra Carthaginem traiceturus classem foret, indicatis illi & armatis tercentum iuris, qui se exercebant, & alta turri, quæ mari immincebat; nemo, inquit horum est, qui quum hanc ascenderit turrim, non se inde, si iussero, præcipitem iaciat. Posteaquam uerò traiectis copijs & terra potitus est, & hostium castra combusit. Carthaginenses missa legatione pacis sunt, se elephantes nauesq; ac pecunias esse tradituros. Sed quum Annibal ex Italia nauibus Carthaginem redisset, conuentorumq; Carthaginenses poeniteret, quòd Annibali confiderent, ea re audita Scipio dixit, ne uolentibus quidem ipsis se foedera seruaturum, nisi talentorum quinq; millia prius exposuissent, quòd Annibalem accersissent. Posteaquam uerò Carthaginenses uicti de pace & foederibus legatos ad eum miserunt, è uestigio iussit eos qui uenerant abire, perinde atque illos non ante auditorus, quàm L. Terentium adduxissent. Romanus autem erat L. Terentius Probus, qui à Carthaginensibus fuerat captus. Sed quum hominem adduxissent, & illum pro tribunali iuxta se in consilio sedere iussit, & Carthaginensibus auditis bellum dissoluit. Terentius autem ipsum triumphantem subsequutus est pileatus ueluti libertus, ac post illius mortem ijs qui ad effèrendum funus conuenerant, mulsum exhibuit bibendum, aliaq; ad sepulturam pertinentia quam diligentissime procurauit. Sed hæc posterius.

Antioch

Antiochus autem rex, postquam Romani aduersus eum traiecerant, quum de bello soluendo legatos ad Scipionem misisset: prius, inquit, oportebat, non nunc, quando & frenum & sessorem accepit. Quum uero senatus decreuisset, ut pecunias ex aerario sumeret, nolentibus illo die Quæstoribus aerarium aperire, se aperturum esse dixit: siquidem opera sua claudi, qui tot illud pecunijs repleuisset. Pætillus uero & Quinius Tribuni plebis, quum apud populum multa in ipsam crimina intulissent: Hodie Quiritis, inquit, Carthaginenses & Annibalem uici, eoque coronatus in Capitolium ascendo sacrificaturus. Quisquis autem uellet, de se ferre suffragium iussit. Et quum hæc dixisset ascendit, populusq; subsecutus, accusatores uerba facientes reliquit.

T. QUINTIVS adeo fuit statim ab initio clarus, ut ante tribunatum militum ædilitatemq; Consul suerit designatus. Imperator autem contra Philippum missus, ut secum in colloquium uentret persuasit. Et quum Philippus obsides postularet, quod diceret ipsum multosq; alios Romanis esse duces, se uero Macedonibus solum: Tu nempe, Quintius ait, solum te ipsum effecisti, quippe qui & amicos & cognatos interemisti. Posteaquam Philippum acie uicit, se permittere edixit, ut Græci legibus quisq; suis uterentur, ac liberi essent. Quam quidem ob libertatem quotquot Romanorum etiam Annibalis temporibus captiui facti apud Græcos seruiebant, drachmis quingentis redempti dono ipsi dati sunt, qui uelut liberti triumphantem illum pileati in urbem subsecuti sunt. Acheos uero de faciendâ contra Zacynthiorum insulam expeditione cogitantes monuit, cauere ne tanquam testudines capite extra Peloponnesum extenso periclitarentur. Idem

Antioch

Antiocho rege ingentem exercitum contra Græciam ducente, quum omnes perterriti forent, & propter multitudinem, & propter armorum uarietatē, huiusmodi Achæis fecit sermonem. Se enim quum in Chalcide apud hospitem cœnaret, miratum esse carniū uarietatē copiamq; dixit: hospitem uerò affirmasse illas omnes suillas esse, condimentis & præparationibus differentes. Ne igitur uos quoque regium exercitum admiremini, hastatos & cataphractos, & pedites, & equestres sagittarios audientes, isti omnes Syri sunt, armis quibusdam à sese inuicem differentes. Philopœmeni autem Achæorum duci multos quidem & equites & armatos habenti, sed pecunijs indigenti, iocabundus dicebat, Philopœmenem & manus & crura habere, sed uentrem non habere. Et sanè Philopœmen natura talis erat.

C. DOMITIVS quem Scipio maior loco sui Lucio fratri legatum dedit, in bello aduersus Antiochum hostium aciem conspicatus, præfectis hortantibus, ut e uestigio aggrediretur: Hora, inquit, non sufficit, ut tot hominum milibus trucidatis, & impedimentis direptis, in castra redeuntes corpora curare possimus. Sed hoc ipsum cras, inquit, opportunè fiet. Itaque postridie congressus hostium quinquaginta milia cecidit.

P. LICINIUS Consul à Perseo Macedonum rege equestri prælio uictus, milites ad duo millia octingentos amisit. partim cæsos, partim captos. Sed post pugnam quum Perseus legatos de fœderibus & pace misisset, uictus uictorem iussit se ac sua Romanis committere.

P. PAVLVS Aemilius secundum consulatum petens, repulsam tulit. Sed quum bellum aduersus Perseum & Macedones imperatorum mollitie ac imperitia in longum ducere

gum duceretur, & idcirco ipsum Romani Consulem desi-
 gnassent, se gratiam illis nullam habere dixit: Se enim non
 quod imperio indigeret, sed quia ipsi imperatore, delectum
 fuisse. Quum autem è foro domum reuenisset, Tertiamq;
 filiulam lacrymantem conspicatus causam rogasset, ac puel-
 la respondisset: Quia nobis Perseus mortuus est (catel-
 lus autem erat illo nomine, quem puella in delicijs ha-
 bebat) Bona cum fortuna omen accipio filia, inquit. Sed
 quum multam in castris temeritatem loquacitatemq; de-
 prehendisset eorum, qui & imperatoribus adherent, &
 earum curiosi rerum sunt, quæ nihil ad se spectant, omnes
 quietem agere, ac solum gladios acuire iussit: sibi nanq;
 rerum aliarum curam fore. Nocturnas autem excubias
 sine lancea atque ense seruare iubebat, ut desperantes se ab
 hostibus defendere posse, magis aduersus somnum pu-
 gnarent. Quum uerò per montium uertices Macedo-
 niam inuassisset, ac instructos hostes aspexisset, hortan-
 te ipsum Nascia, ut è uestigio aggredieretur: si quidem
 tuam, inquit, agerem ætatem, sed multa me experien-
 tia uetat aduersus instructam aciem ex iuicere decertare.
 Perseo autem debellato, quum ob partam uictoriam con-
 iuuia exhiberet, dicebat eiusdem peritiæ esse, & terribi-
 liorem hostibus exercitum ostentare, & conuiuium ami-
 cis suauissimum exhibere. Idem Perseo ne in triumphum
 duceretur deprecante: in te, inquit, hoc est: perinde ac si
 diceret, in te facultas est te ipsum perimendi. Quum autem
 pecunias in thesauris innumerabiles inuenisset, ipse qui-
 dem nihil accepit, sed genero Tuberoni phialam argen-
 team librarum trium militiæ præmium dedit. Ac illam
 aiunt præmium argenteam supellectilem in domum Acmi-
 liam intraße. Quatuor uerò filios mares quum sustulisset,

duos quidem antea in adoptionem alijs dederat, è duobus autem qui domi erāt, alter quatuordecim annos natus quinto ante triumphum die mortuus est, alter quinto post triumphum duodecimum agens annum. Sed quum in publicum prodisset, populusq; dolorem ac moerorem prae se ferret: Nunc, inquit, de patriæ periculo desino sollicitus esse, quando successuum inuidiam, quam in domum meam fortuna euomuit, pro omnibus tulerim.

CATO senior quum apud populum in prodigalitate & immodicos sumptus inueheretur: quàm difficile, inquit, est uerba facere uentri aures non habenti. Se uerò mirari dictitabat, quomodo salua esse ciuitas possit, in qua pluris quàm bos piscis uendatur. Quum autem nimiam mulierum potentiam aliquando uituperaret: Omnes, inquit, uiri uxoribus imperant, nos omnibus uiris, nobis uxores. Aiebat quoque se pro beneficio collato malle gratiam non accipere, quàm pro illata iniuria poenam non subire, ac ijs omnibus qui peccarent præterquam sibi ueniam dare. Idem magistratus incitans in eos qui delinquerent puniendos, dictitabat, eos qui possent, nec propulsarent iniuriam, lapidibus esse obruendos. Aiebat præterea, se iuuenibus magis delectari qui erubescerent, quàm qui palleferent. Se quoque eum militem odio habere dicebat, qui inter ambulandum manus, ac inter pugnandum pedes moueret, magisq; sterneret, quàm clamaret. Pessimum autem imperatorem esse dictitabat, qui sibijpsi non posset imperare. Maxime uerò quencq; existimabat oportere seipsum uereri: Nam neminem à seipso unquam separatum esse. Multorū autem statuas quum uideret positas: malo, inquit, homines de me querere, cur statua non est posita Catoni, quàm cur posita est. Idem hortabatur potentes

tentes, ut parcerent potentia, quò semper licentia uti possent. Qui autem à uirtute honorem auferrent, eos aiebat à iuuentute uirtutem auferre. Magistratum uerò iudicemq; neque pro iustis orandum, neque pro iniustis exorandum esse dicebat. Cæterum iniuriã afferebat, quamuis inferentibus nõ uideatur, omnibus tamen esse periculosam. Senectuti uerò quum multa turpia adsint, censebat malitiæ turpitudinem non esse addendam. Irascentem à furioso tempore solum distare sentiebat. Idem ijs minimè inuideri dicebat, qui fortuna frugaliter modestiq; uterentur. Neque enim nobis, uerum bonis quæ nobis adsunt, inuideri. Qui autem ridiculis studerent, eos in serijs deridendos uideri aiebat. Præclara item gesta præclaris orationibus indigere, ne gloria defraudarentur, censebat. Sed ciues increpabat, quòd eosdem semper eligerent magistratus: Videmini siquidem, aiebat, aut non multi facere magistratam, aut non multos magistratu dignos existimare. Qui uerò maritimos agros uendisset, cum se admirari simulabat, uelut mari ualentiorum: Nam quæ illud uix diluit, hunc ea facile absorbuisset. Censuram autem petens, quum supplicantes multitudini competitors adulantesq; uideret, ipse clamabat, populum indigere & se uero medico & magna purgatione, eoque non suauissimum, sed inexorabilem eligendum. Atque hec dicens, ante omnes Censor fuit designatus. Quum uerò iuuenes fortiter pugnare doceret, se penumero dicebat, sermone magis quàm ense, ac uoce potius quàm manu conuerti hostes atque terreri. Idem bellum aduersus eos qui circa Bætium fluuium habitant gerens, quum in discrimen propter hostium multitudinem deductus esset, atque Celtiberi ducentis talentis opitulari uellent, neq; Romani sinerent Barbaris pacisci mercedem, illos errare dixit:

Vincentes enim non ex suis, sed ex hostibus reddituros esse: victis autem nec à quibus petantur, nec qui petant esse futuros. Sed quamuis, ut ipse ait, plures urbes ijs diebus, quibus inter hostes commoratus est, ceperit, nihil tamen ipse plus sumpsit, quàm quæ ex hostili terra & comedit & bibit. Quum autem milium unius cuique argenti libram distribuisset, melius esse dixit, multos argentum habentes quàm paucos aurum ex militia reuenire. Imperatoribus enim nihil aliud conuenire, quàm ex prouincijs gloriam augere. Cæterum quinque seruos in milia habebat, quorum unus tres captiuos emittit. Quod quidem ut Catonem rescisuisse cognouit, antequam in eius conspectum ueniret, seipsum strangulauit. Rogatus autem à Scipione Africano, ut Achaeorum exulibus opem ferret, quò in patriam quisque suam redirent, nullam illius negocij curam sibi esse simulabat, sed in senatu quum multa uerba fierent, assurgens: Perinde ac si nihil, inquit, habeamus quod agamus, sedemus, de Græculis decrepitis quærentes, utrum à nostris, an ab illorum pollinctoribus effèrantur. Posthumius uerò Labienus quum Romanas historias Græcè scripisset, ab auditoribusque ueniam peteret, illudens Cato dixit: Veniam quidem dandam esse, si Amphictyonum decreto coactus Græcè scripisset.

SCIPIONEM minorem ferunt, annis quatuor & quinquaginta quibus uixit, nihil emisse, nihil alienasse, nihil edificasse: ac tres & triginta argenti libras & auri duas, ut magnas diuitias reliquisset, quum præserim Carthaginis dominus fuisset, ac milites maximè imperatorum omnium locupletasset. Polybij autem præceptum obseruans, non ante è foro descendere studebat, quàm ex ijs aliquem, qui quoquo modo occurrissent, familiarem & amicū

sibi fecisset. Quum uerò iuuenis adhuc esset, tanta fuit in exi-
 stimatione & fortitudinis & prudentiæ, ut Cato maior de
 ijs interrogatus, qui apud Carthaginem militarent, inter
 quos & Scipio erat, dixerit:

Soli sensus inest, umbris par cætera turba.

Eoq; Romani ipsum ab exercitu in urbem reuocarunt, ne-
 quisquam ei gratificantes, sed per illum cito ac facile se Car-
 thaginem capturos esse sperantes. Cæterum posteaquam
 intra murum penetrauit, quum Carthaginenses ex arce re-
 pugnant, Polybiusq; ipsi consuleret, ut in mare, quod in
 medio erat non ualde profundum, aut murices ferreos
 spargeret, aut tabulas clauis præfixas iniiceret, ne trans-
 euntes hostes pro aggeribus pugnant, ridiculum esse di-
 xit, quum iam muros cepissent, ac intra urbem essent, quæ-
 rere ne cum hostibus pugnent. Quum uerò inuenisset ur-
 bem & statuis Græcis, & deorum donarijs ex Sicilia aspor-
 tatis refertam, edixit, ut quisquis ex ciuitatibus adisset, sua
 agnosceret, ac reportaret. Sed ex præda neque seruum
 neque libertum sumere quicquam permisit, ac ne emere
 quidem, quum omnes diriperent atque prædarentur Idem
 C. Lælio sodalium amicissimo Consulatum petenti suf-
 fragans, Pompeium interrogauit, an & ipse Consulatum
 peteret. Pompeius autem tibicinis filius putabatur. Is igitur
 quum se petere negasset, ac pollicitus esset se Lælium dedu-
 cturum & pro illo ambiturum, crediderunt quidem, sed il-
 lum expectantes decepti sunt: Nam ipse in foro ambire, ac
 ciues prehensare nuntiatus est. Quam quidem rem alijs
 egre ferentibus, Scipio ridens: Stultitia, inquit, nostra tan-
 quam non homines, sed deos simus precaturo, iandiu tem-
 pus terimus, tibicinem expectantes. Appio autem Clau-
 dio ipsius in censura competitore iactante, Romanos omnes

à se nominatim salutari, quos ferè Scipio ignoraret: Vera narras, inquit: nam mihi non ut multos nossem, sed ut à nullo ignorarer, curæ fuit. Iubebatq; ciues, à quibus utrique ad exercitum missi fuerant, uel legatos uel tribunos militum utriusque uirtutis testes ac iudices eos sumere, qui bello illi interfuissent, quod cum Celiberis gerebant. Sed Censor declaratus iuuenem quendam equo priuauit, quòd sumptuose cœnās quo tempore Carthago oppugnabatur, placentam ex melle in urbis similitudinem compactam, Carthaginēq; appellatam proposuisset conuiuus diripiendam. Ac rogante causam iuuenē propter quam equo priuatus fuisset: Quia me prior, inquit, Carthaginē diripuisti. Cautem Licinium quum prætereuntem uidisset: istum, inquit, hominem ego peierasse scio: sed quum illum nemo accuset, non possum ipse & accusator esse & iudex. A senatu uerò tertium emissus gentium ac regum speculator, & ut Clitomachus canit, inspecturus

Quæcis urbes hominēsq; animis, qua lege tenentur: quum Alexandriam uenisset, nauiq; egressus capite penula tecto procederet, Alexandrini undique concurrentes ipsum rogabant, ut & caput detegeret, & sibi exoptantibus faciem exhiberet. Quod quidem quum facile impetrassent, illum clamore ac plausu profecuti sunt. Sed rege uix cum alijs propter desidiam & corporis mollitiem incedente, Scipio uoce summissa murmurans ad Panetium inquit: Lam Alexandrini aliquid uoluptatis fructusq; ex nostra peregrinatione perceperunt: Nostra nanque causa regem suum ambulantiem uiderunt. Comitabantur autem ipsum amicus quidem unus Panetius Philosophus, & serui quinque, quorum uno in peregrina terra defuncto, alium ne emeret, Roma accersuuit. Numantini uerò quum inexpugnabiles uiderent

uiderentur, multosq; Romanorum imperatores uicissent,
 Consulem ad id bellum Scipionem populus iterum decla-
 rauit. Sed quum in militiam multi certatim irent, senatus
 non id solum prohibuit, quod Italia tanquam deserta futura
 esset, sed etiam pecunias ex præparatis sumere non per-
 misit. Cæterum uectigales proventus, quorum nondum
 tempus aderat, assignauit. Ac Scipio quidem pecunijs se
 non indigere dixit: suas enim ipsius & amicorum satis es-
 se futuras: sed de miliibus incusauit: difficile nanque bel-
 lum esse. Nam si propter hostium fortitudinem toties ui-
 cti sunt, strenuis sibi opus esse militibus: quoniam aduer-
 sus tales: Sint propter ciuium ignauiam, quoniam cum ta-
 libus mittatur. Posteaquam autem in castra uenit, mul-
 tamq; & proteruitatem, & licentiam, & superstitionem,
 & delicias deprehendit, uates quidem & ariolos,
 & lixas, & lenones statim eiecit, ac uasa omnia præter
 ollam & uericulum, & calicem fictilem amandari iussit.
 Argentum quoque poculum non maius duabus libris ha-
 bere uolentibus permisit. Lauari autem prohibuit, nec
 non unumquenque eorum qui se ungerent, ipsum se fricare
 iussit. Nam iumenta manus non habentia alio fricante in-
 digere. Vt stantes quoque incoctum opsonium prande-
 rent edixit, sed discumbentes panem uel pulcem, & car-
 nem tostam aut elixatam coenarent. Verum ipse nigro
 circumdatus sago circumibat, lugere se turpitudinem ex-
 ercitus dicens. Quum autem Memmij cuiusdam tribuni mi-
 litum iumenta pelues ad refrigerandum ex lapide factas,
 patinas Thericias portantia deprehendisset: mihi quidem,
 inquit, & patriæ dies triginta, sed tibi per totam ui-
 tam quum talis sis, te ipsum inutilem reddidisti. Alter ue-
 rò quidam quum scutum pulcherrime ornatum osten-

taret : Scutum quidem ò adolescens , inquit , pulchrum , sed Romanum uirum decet magis , in dextra spem habere , quàm in sinistra . Sublato autem uallo quum quidam se ualde premi diceret : Meritò , inquit : huic enim ligno magis , quàm gladio fidis . Cæterum desperationem hostium uidens dicebat se tempore securitatem emere . Nam bonum imperatorem ut medicum , ultima uti per ferrum curatione . Sed tamen Numantinos opportunè inuadens in fugam uertit . Quorum seniores quum suos uictos uituperarent , quia quos toties fugassent , eos tum fugissent , quendam ex Numantinis iuuenibus dixisse ferunt : Pecora quidem & etiamnum eadem sunt , sed mutatus est pastor . Posteaquàm uerò capta Numantia , iterum triumphauit , in contentionem cum C. Graccho pro senatu & socijs uenit . Quumq; plebs dolore affecta ipsum pro rostris tumultu terreret : Me castrorum , inquit , uociferatio nunquam perturbauit , nedum hominum conflictatio , quibus non matrem Italiam esse scio , sed nouercam . Quum autem ij qui circa Gracchum erant , clamarent , tyrannum esse interficiendum : Meritò patriæ oppugnatores , inquit , me antè uolunt interficere : neq; enim uiuo Scipione Romam cadere posse putant : neq; si Roma ceciderit , uicturum Scipionem .

CAECILIVS Metellus munito loco exercitum admouere uolens , quum Centurio dixisset , si solos decem uiros perdiderit , locum esse capturum , interrogauit eum , an unus ex decem illis esse uellet . Quodam autem ex iunioribus Tribunis militum percontante , quid acturus esset : Si hanc , inquit , tuniculam mihi consciam esse putarem , ipsam exutus in ignem iniicerem . Sed uiuenti Scipioni inimicus , mortuum ægrè tulit , filiosq; subire feretrum ac gestare iussit .

inſit. Se quoq; dijs gratiam habere pro ſalute urbis Romæ dixit, quoniam Scipio apud alios non fuerat natus.

C. M A R I V S ex humili genere quum ad Rempubli. acceſſiſſet, ob præclara militiæ geſta ædilitatem maiorem petijt. Sed quum ſenſiſſet ſe præteriri, eodem die maiorem ambijt. Et quamuis in illa quoque repulſam tulit, non tamen ſe Romanorum principem fore deſperauit. Varices autem quum in utroque haberet crure, ſolutus præbuit medico excidendos, ac neq; gemitu emiſſo, neque contractis ſupercilijs ſectionem tolerauit. Sed medico ad crus alterum tranſcunte noluit, quod diceret illo dolore dignam non eſſe curationem. Quum uerò Lucius ſororis ipſius filius, quo tempore ſecundum conſulatum gerebat, cuidam militi, nomine Trebonio, uim attuliſſet, iſq; illum occidiſſet, ac multis accuſantibus non negaſſet ſe Tribunum militum interfeciſſe, cauſamq; expoſuiſſet atq; comprobafſet, coronam quæ ob fortiter facta datur, ad ſe ferri Marius inſit, illaq; Trebonium coronauit. Idem prope Teutonas caſtrametatus in loco parum aque habenti, quum milites dicerent ſe ſitire, indicato illis flumine iuxta uallum hoſtium labente: Illinc uobis eſt, inquit, potus ſanguine emēdus. Ipſi uerò uti ſe abduceret orabant, donec ſibi humidus ſanguis, neq; dum propter ſitim coagulatus foret. Cimbricis autem bellis quum mille ex Camertibus uiros fortes ſecundum nullam legem ciues Romanos effeciſſet, aduerſus accuſantes dicebat ſe legem inter armorum ſtrepitum non exaudiſſe. Verum civili bello ſoſſa circumdatus & obſeſſus, tolerabat, æquo animo expectans occaſionem. Sed quum Pompeius Silo ipſi dixiſſet: Si magnus es imperator, ô Mari, deſcende in certamen: Tu igitur, inquit, ſi magnus es imperator, coge me uel inuitum decertare.

CATVLVS Luctatius bello Cimbrico apud Athe-
sim fluuium castrametatus, quum Romani milites, quo-
niam Barbaros transire conantes uidebant, retrocedentes
contineri non possent, ad primos eorum qui fugiebant, cu-
currit, ut non hostes fugere, sed imperatorē sequi uiderētur.

SYLLA cognomento Felix maximas suarum felici-
tatum duas existimabat, & Pij Metelli amicitiam, & quod
Athenas non euertisset, sed urbi pepercisset.

C. POPILIVS ad Antiochum Syriae regem à
senatu missus est epistolam ferens, qua iuebatur & ex
Aegypto exercitum abducere, neq; filiorum Ptolemæi pu-
pillorum regnum occupare. Accedentem uerò ipsum per
castra quum ex longinquo Antiochus benignè salutasset,
ipse nec regem resalutauit, & literas illi reddidit. Quibus
lectis quum rex se consultaturum & responsurum dixisset,
circulum illi uirga circumduxit Popilius, ac dixit: Hic igitur
stans consulta & responde. Cunctis autem uiri grauitatem
animiq; elationem admirantibus, Antiochoq; facturum se
consentiente quæ Romanis uiderentur, Popilius tunc ipsum
& salutauit & amplexus est.

LVCVLLVS in Armenia cum decem milli-
bus peditum & nulle equitibus aduersus Tigranem, cen-
tum & quinquaginta millia hominum in exercitu haben-
tem pridie nonas Octobres properabat, quo die Scipionis
copiæ à Cimbris antea fuerant deletæ. Quare quum qui-
dam dixisset, diem illum Romanis nefastum esse ac reli-
giosum: Ergo, inquit, hodie promptè fortiterq; pugne-
mus, ut hunc quoque diem ex nefasto & tristi hilarem
& iucundum Romanis faciamus. Sed militibus Romanis
cataphractos maximè timentibus, bono illos animo esse ius-
sit: Plus enim laboris in illis spoliandis, quàm debellandis
futurum

futurum. Quum uerò primus in montem ascendisset, motumq; Barbarorumq; inspexisset, exclamauit: Vicinus ò commilitones. Ac nullo subsistente persequens, Romanorum quidem solum quinque interemptos anusit, sed hostium supra centum millia cecidit.

MAGNVS Pompeius à Romanis tantopere fuit amatus, quanto pater odio habitus est. Is quum iuuenis esset, Syllæ factioni sese penitus addixit, & quum neque imperator, neque senator esset, magnum ex Italia exercitum collegit. Quumq; à Sylla accerseretur: non sine spolijs, inquit, nec absque sanguine imperatori copias ostentabo. Neque prius uuit, quàm multis prælijs duces hostium superasset. Posteaquàm autem in Siciliam à Sylla missus, accepit in uijs milites uiolare ac rapere, uagantes quidem frustra & circuncurrentes castigauit. Qui uerò à se præmittebantur, eorum gladijs anulorum signa impressit. Idem Mamertinos, qui aduersæ factionis erant, uniuersos occidere decreuerat. Sed quum Sthenius populi princeps ipsum non iusta agere dixisset, qui pro unius culpa multos infontes puniret, atque se eum esse, qui & amicos persuasisset, & inimicos Marij partes sequi coëgisset, Pompeius uiri fortitudinem admiratus, se Mamertinis ueniam dare dixit, ab eo uiro persuasis, qui patriam suæ ipsius animæ præponeret, sicq; & ciuitatem & Sthenium seruauit. Quum uerò in Libyam aduersus Domitium traiecisset, ac magna pugna uicisset, salutantibus se imperatorem militibus dixit, se honorem illum non admitturum, donec hostium uallum staret. Tunc milites quamuis magna pluuia detinente, impetum fecerunt, & castra diripuerunt. Ac redeuntem quidem ipsum & alijs honoribus Sylla iucundè excepit, & Magnum ipse primus
appel

appellauit, sed triumphare uolentem non permisit, quòd nondum senator esset. Quum uerò Pompeius ad eos qui aderant dixisset, Scyllam ignorare, uel plures orientem solem quàm occidentem adorare, tum Scylla exclamauit: Triumphet. Cæterum Scruilius uir senatorius ægre ferebat, multiq; militum triumpho resistebant, munera quedam reposcentes. Quibus quum Pompeius dixisset, se potius triumphum esse dimissurum, quàm illis adulatorum: Nunc uerè, Scruilius inquit, & magnum & dignum triumpho Pompeium censeo. Quum autem Romæ consuetudo foret, ut equites quancumque militaria munera legitimo tempore obissent, equum in forum ducerent ad duos uiros quos Censores uocant, enumeratisq; stipendijs ac imperatoribus sub quibus militassent, congruas uel laudes uel uituperationes acciperent, Consulem gerens Pompeius ad Censores Gellium & Lentulum ipse equum deduxit. Quibus quidem, ut mos est, percontantibus, an omnia stipendia fecisset: omnia, inquit, sub incipso imperatore. Sertorij autem literis in Hispania potius, inter quas multorum ducum erant epistolæ, quibus ad res innouandas mutandamq; rempub. Sertorium Romam uocabant, omnes combussit, ut permitteret malos & pœnitere, & fieri meliores. Posteaquam uerò Phraates rex Parthorum misit ad eum rogans, ut Euphrate fluuiio termino uteretur: imo uerò iustitia, inquit, Romani erga Parthos termino potius utantur. L. autem Lucullus militia functus quum sese uoluptatibus dedisset, sumptuosèq; ac delicate uiueret, atque Pompeium uituperaret, quòd præter ætatem multa gerere affectaret: Magis est præter ætatem, inquit Pompeus, senem delicijs indulgere, quàm cum imperio esse. Sed quum ægrotaret, turdum quidem

quidem sumere medicus iusserat, qui quum ab ijs qui quærebant non inueniretur, quòd eo iam tempore aues ille auolassent, quidamq; dixisset, apud Lucullum inuentum iri, qui illos per totum aleret annum: Ergo nisi Lucullus delcatus esset, inquit, Pompeius non uiueret? Ac medico ualere iusso, quiddam inuentu facile sumpsit. Quum uerò magna annonæ penuria Roma laboraret, uerbo quidem fori curator declaratus, sed re ipsa terræ marisq; dominus, in Libyam, Sardiniam, & Siciliam nauigauit. Vbi quum magnam frumenti uim congregasset, Romamq; rediens nauigaret, ac magna tempestate orta gubernatores morarentur, primus nauem ingressus ancoram tolli iussit clamans: Nauigare necesse est, uiuere non est necesse. Detecta autem aduersus Cæsarem discordia, ac Marcellino quodam ex ijs qui à Pompeio prouecti uidebantur, ad Cæsarem inclinato, & contra Pompeium ipsum in senatu dicente: Non pudet Marcelline, inquit, malè mihi dicere, per quem è muto eloquens, è famelico uomens factus es? Ad Catonem uerò, à quo acerbè taxabatur, quòd quum ipse sæpius prædixisset, potentiam Cæsaris & incrementum nequaquam è republica esse, Pompeius uerò illum contra iuisset: Tua, inquit, uerba diuinationem magis sapiunt, sed mea sunt auiciora. De seipso autem liberè loquens ditabat, se omne imperium & accepisse citius quàm expectarit, & citius deposuisse quàm fuerit expectatus. Cæterum post Pharsalicam pugnam fugiens in Aegyptum, quum è triremi foret egressurus in piscatorium nauigium à rege missum, ad uxorem & filium conuersus, nihil aliud quàm hanc Sophoclis sententiam dixit: Quisquis ad tyrannum uadit, illius est seruus, quamuis liber uenerit. Sed quum in nauigium transisset, ense

enſe percuffus, gemitu ſemel emiſſo, ac nihil locutus, ſeiſpſum tegens cecidit.

CICERO orator, quum iocis & cauillationibus nomen ipſius pateret, amiciq; ſuaderent, ut illud deponeret, dixit ſe eſſecturum Ciceronem & Catonibus, & Catulis, & Scauris clariorem. Ac poculum argenteum dijs dicaturus, prima quidem nomina literis notauit, ſed Ciceronis loco cicer inſculpiſit. Qui autem oratores ualde clamarent, eos propter infirmitatem in clamorem, ut claudi in equum, aſcendere dictitabat. Idem quum Verres filium habens, qui in adoleſcentia corpore abutebatur, in Ciceronem ut mollem conuicia ingereret, cin.edumq; uocaret: Ignoras, inquit, liberos intra fores increpandos eſſe. Quum uerò Metellus Nepos in ipſum dixiſſet, plures testimonio pereniſti, quam patrociniſe ſeruasti: Nempe mihi, inquit, plus eſt fidei, quam eloquentiæ. Interrogante præterea Metello, quis ei pater eſſet: Hoc, inquit, reſponſum mater tua difficilius eſſecit. Nam Metelli mater impudica habebatur, Metelluſq; ipſe & leuis & inconstans, & libidini deditus erat. Is uerò quum lapideum coruum Diodori rhetoris uita ſuncti ſepulcro inſculpi curaffeſt: Iuſta, inquit, retributio facta eſt: Iſtum enim uiolare, non orare docuit. Idem Vatinius ſibi inimicum, & alioqui perditiffimum hominem, quum periffe, ac paulò poſt uiuere audiſſet: Malè, inquit, pereat, qui malè mentitus eſt. In eum uerò qui quum Libs genere eſſe uideretur, diceret ſe non audire ipſum orantem: Atqui aures, inquit, imperforatas non habes. Caium autem Pompilium, qui iuris peritus haberi uolebat, quum eſſet imperitus ac ingenio tardus, ad cauſam quandam teſtem aduocauit, qui quum dixiſſet

dixisset se nihil scire: Nimirum, inquit, te de iure forsitan putas interrogari. Quum uerò Hortensius orator argentam Sphingem à Verre mercedem accepisset, ac in Ciceronem oblique nescio quid elocutum dixisset, se enigmatum solucndorum imperitum esse: Atqui Sphinx, inquit, penes te est. Voconio autem cum tribus filiabus perquam deformi facie obuiam factus, submissa uoce ad amicos: Hic, inquit, Phoebo non permittente liberos seminauit. Idem quum Faustus Syllæ filius suppellectilem propter æris alieni magnitudinem proscripisset: Hanc, inquit, magis ano, quàm patris eius proscriptionem. Sed Pompeio et Cæsare dissidentibus: Quem fugiam, inquit, noui, ad quem fugiam non noui. Ac Pompeium quidem accusabat, quòd urbem deseruisset, Themistoclem magis quàm Periclem imitatus, quum res illis minime similes forent. Quum igitur ad Pompeium uenisset, ac rursus poeniteret, ab illo interrogatus, ubinam Pisonem generum reliquisset: A pud tuum socerum, respondit. Sed quum quidam à Cæsare ad Pompeium transfugisset, diceretq; se propter celeritatem ac promptitudinem equum reliquisse, melius equo consuluisse, dixit. Nunciante autem quodam Cæsaris amicos tristes esse: Ais, inquit, ipsos Cæsari maleuolos esse. Post pugnam uerò Pharsalicam quum Pompeius quidem iam fugisset, Nonio quodam dicente, adhuc aquilas septem apud se esse, ac idcirco bono esse animo hortante: Bene, inquit, moneres, si cum graculis bellum nobis foret. Sed posteaquàm Cæsar uictoria potius, deiectas Pompeij statuas honorificè restitueret, loquens de illo Cicero dixit, Cæsarem in erigendis Pompeij statujs suas firmare. Bene autem dicere tantum faciebat, atque in id tantopere intentus erat, ut die ad causas



causam apud Centumuiros agendam constituto, Erotem seruum, qui nunciarat in posterum diem iudicium fuisse dilatum, libertate donauit.

C. IVLIVS Cæsar, quum Syllam fugeret adhuc adolescens, in prædones incidit, qui quum pecuniæ petitiæ summam audisset, ipsos irrisit, uelut ignorantes quem tenerent, seque duplum daturum pactus est. Itaque asseruatus donec pecuniæ colligerentur, ne sibi dormienti obstreperent, utque silerent imperabat, quasque orationes atque poemata scripsisset, ipsis legebat, et qui ea minus laudassent, fatuos barbarosque uocitabat, ac per iocum ridens se illos suspensurum minabatur: id quod etiam paulò post effecit. Nam pecunijs allatis liberatus, collectis ex Asia uiris, et classe deducta, prædones ipsos et cepit et suspendit. Romæ uerò quum Pontificatum peteret, ac competitorum Q. Catulum, Romanorum facile principem, haberet, à matre osculatus, et ad ianuam deductus: Hodie, inquit, mater filium uel Pontificem, uel exulem habebis. Idem Pompeiam quidem uxorem, que à Clodio adulterata ferebatur, repudiavit, sed postea Clodio propter id accusato citatus testis, nihil mali de uxore dixit. Verum accusatore interrogante: Cur ergo illam dimisisti? quia Cæsaris uxorem, inquit, etiam à calumniis puram esse oportet. Alexandri uerò titulis apud Gades lectis illacrymauit, et ad amicos: Is, inquit, quum etate hac esset, Darium superauit: at mihi in hunc usque diem gestum est nihil. Castellam autem sterilem in Alpibus prætergrediens, amicis dubitantibus an et illic de principatu contentiones æmulationesque essent, quum cogitabundus restitisset: Mallè, inquit, hic esse primus, quam Romæ secundus. Ceterum ex audacibus facinoribus periculosa
et magna

et magna aggredienda esse dicebat, sed citra consultatio-
 nem. Ac Rubiconem quidem fluvium ex Gallia provincia
 aduersus Pompeium transgressus: Omnis, inquit, iacta est
 alea. Sed posteaquam Pompeius Roma profugit ad mare,
 Metello ararij praefecto ipsum pecunias sumere uolentem
 arario clauso impediendi mortem minatus est. Quare Me-
 tello perterritus: O adolescens, inquit, difficilius id mihi
 dictum quam factum erat. Quum uero milites Brundisio ad
 eum Dyrrhachium serius adueherentur, clam omnibus in
 paruum nauigium ingressus, pelagus transire conatus
 est. Sed fluctuante nauigio quum se gubernatori aperuisset,
 clamauit: Confide fortunae, sciens abs te Caesarem
 uehi. Tunc igitur et ualida tempestate prohibitus, et
 à militibus concurrentibus, ac egré ferentibus quod alias
 copias expectaret, quasi ipsis diffideret, fuit dissuasus.
 Posteaquam uero Pompeius commissa pugna superior
 non est uictoria usus, sed in castra recessit: Hodie, inquit,
 uictoria penes hostes erat, si peritum uincendi haberent
 imperatorem. Idem quum apud Pharsalum Pompeius in-
 structam aciem stare, hostesq; expectare, iussisset, illum
 errasse aiebat, quod militum ex incurso cum quodam ani-
 mi furore incitationem et impetum dissoluisset. Postea-
 quam uero Ponticum Pharnacem primo impetu uicit, ad
 amicos scripsit: Veni, Vidi, Vici. Post fugam autem eo-
 rum qui in Libya cum Scipione erant, factam, quum se-
 ipsum Uticae Cato peremisset: Inuideo, ait, mortem tibi
 Cato: nam et tu mihi tuam salutem inuidisti. Sed quum
 quidam ipsum hortarentur, ut sibi ab Antonio Dolabellaq;
 caueret: non hos, dixit, pingues et unctos timendos esse,
 uerum illos pallidos et macilentos, Brutum et Cassium
 indicans. Sermone autem inter coenandum orto de morte,
 y quenam

quenam sit optima, inexpectatam prætulit.

CAESAR qui primus Augustus fuit cognominatus, quum adhuc adolefcens foret, ab Antonio duo milia sestertium & quingenta, quæ ex primi Caesaris interfecti dono ad se Antonius ipse transtulerat, repetijt, uolens id reddere Romanis, quod illis à Cesare fuerat legatum, sestertios cuique tricenos. Sed quum Antonius pecunias retineret, ipsumq; ab illis repetendis, si prudens esset, deterreret, paterna bona proscripsit & uendidit. Ac dono reddito, ut sibi ciuium beniuolentiam conciliauit, sic in illum odium concitauit. Quum autem Rhymetales, rex Thracum, qui ab Antonio ad ipsam transfugerat, in conuiujs dissolutus esset ac molestus, societatem exprobrans, cuidam aliorum regum propinans Caesar: Ego, inquit, proditorem quidem amo, sed proditores non laudo. Alexandrinis uerò post captiuitatem extrema se passuros expectantibus, posteaquam cum Ario Alexandrino suggestum ascendit, urbi se parcere dixit, primum quidem propter eius & magnitudinem & pulchritudinem, deinde propter conditorem Alexandrum, tertio propter Arium amicum. Idem quum audisset Erotem, qui res Aegypti curabat, emisse coturnicem, omnes alias pugnando superantem atque inuictam, & comedisse assatam, cum ad se accersiuisset, ac iudicio constituto confessum, malo nauis affigi iussit. In Sicilia uerò Arium pro Theodoro constituit gubernatorem. Sed quum ipsi quidam libellum dedisset, in quo scriptum erat: Caluus Theodolus Tarsensis fur erat: quid tibi uidetur? Lecto illo Caesar subscripsit: Videtur. Idem à Mecenate conuictore suo per sex annos suo natali die phialam donum accipiebat. Ceterum Athenodoro Philosopho propter senectutem se donum

domum dimitti precanti concessit. Quum igitur salutato ipso dixisset Athenodorus : Quum iratus fueris Caesar, nihil neque dixeris, neque feceris, priusquam quatuor et uiginti literas tecum ipse percurreris, illo manu apprehenso : Adhuc, inquit, mihi te presente opus est : ac ipsum per totam detinuit annum, asserens etiam taciturnitatis premium sine periculo esse. Quum uero Alexandrum audisset, maxima terrarum parte subacta ad dubitasse, quidnam per reliquum uitae tempus facturum esset, demiratus est, quod non maius opus Alexander existimasset, partem gubernare imperium, quam magnum acquisuisse. De adulteris autem quum legem tulisset, in qua praefinitum erat, quo pacto rei iudicandi et condemnati forent puniendi, ac postea lapsus ira adolescentem propter Iuliam filiam suam calumniatum manibus ipse uerberaret, ac ille clamasset : legem tulisti Caesar, adeo ipsum poenituit, ut illo die cenam recusarit. Caium uero sororis filium in Armeniam mittens, à dijs ipsi precibus petebat Pompeij beneuolentiam, Alexandri audaciam, suam ipsius fortunam. Idem Romanis dictitabat, se eum imperij successorem relicturum, qui nunquam eadem de re bis consultasset, Tiberium uidelicet significans. Tumultuantes uero iuuenes, qui in magistratu erant, quum reprimere uellet, neque illi attenderent, sed tumultuarentur : Audite, inquit, iuuenes senem, quem iuuenem senes audiebant. Dum autem Athenarum populus quiddam uideretur deliquisse, ex Aegina scripsit, putare se suam illos iram non latere : neque enim in Aegina se fuisse hyematurum. Aliud uero nihil aduersus eos neque dixi neque fecit. Sed quum unus ex Eurycelis accusatoribus immodeste et ad satietatem dicendi licentia uteretur, ac prouectus tale quid dixisset : Si ista tibi Caesar magna non uiden-

tur, iube istum recitare septimum Thucydidis uolumen: Indignatus illum abduci iussit. Sed quum accepisset cum ex Brasidæ posteris reliquum esse, accersit, & modeste castigatum dimisit. Idem quum Piso ædes à fundamentis ad culmen usque eleganter fabricæ; struxisset: Bono, inquit, animo me facis Piso, qui perinde ædificas, atque si Roma æterna sit futura.

F I N I S.

R A P H A E L R E G I V S I L L V -
strissimo Venetiarum Principi Leonardo
Lauredano felicitatem.



Y C V R G V S seuerissimarum Lacedæmonijs legū autor, sapiētissime Princeps Leonardo Lauredane, illud quoque traditur insituisse, ut antequam cum hostibus cōgredenter, Musis sacrificarent, quò uidelicet strennuè gesta luculentis eloquentiæ ornamentis illustrarentur, & quoad fieri posset, immortalitati consecrarentur. Cato quoque ille Censorius in primis sapientia clarus, fortia facta eleganti indigere oratione, ne sua fraudarentur gloria, distitabat: Nullius enim humanæ rei memoriam diutius posse durare sapientissimi uiri facile uidebant, quæ facundis literarum monumentis non esset cōmendata. Tua uerò fulgentissima uirtus, tuæq; clarissima in Rempublicam Christianam merita me impulerunt, ut quando illa pro dignitate exiguis ingenij mei uiribus celebrare non possum, aliquid saltem mearum lucubrationum nomini tuo dicarē. Ac breuia quidem simul & acuta regum Lacedæmoniorum dicta, quæ Apophthegmata uocantur, ex uarijs scriptoribus à Plutarcho philosophorū disertissimè

disertissimo iam pridem collecta, mihi uerò nuper latinitate
 donata, in primis digna sunt uisa, quæ sublimitati tuæ nun-
 cuparem. Nam & Lacedæmoniorum institutis Venetiana
 Respublica, cui tu summa cum felicitate præsides, quam-
 simillima esse uidetur. Neque animus tuus circa bonum com-
 mune occupatus, quibuslibet scriptis est detinendus, sed ijs
 dumtaxat sententijs permulcendus, quibus & iuari, &
 publicis consultationibus defessus possit recreari. Apophthe-
 gmata uerò quum aliud nihil sint, quàm quidam historiarũ
 flosculi, quarum assidua lectione nihil ijs qui Rempublicam
 administrant, utilius esse potest, non solum Traiano Cæsa-
 ri, cui primum à Plutarcho dicata fuere, sed etiam cum alijs
 principibus, tum uerò tibi maximè congruere sunt iudi-
 canda. Quippe quæ nec tempora publicæ utilitati debita
 auferant, & animum tuum non sententiarum modò graui-
 tate, uerum sapientissimorum quoque consiliorum tuorum
 approbatione plurimum delectent. Posteaquam enim prin-
 cipatum inisti, tranquillam pacem populis curæ tuæ com-
 misis, ac potius uniuersæ Italiæ singulari prudentia tua pe-
 peristi, partem amplificasti, ampliificatam ita conseruas, ut
 aurea secula, poetis tantopere decantata, nobis reddita esse
 uideantur. Nam & pestis undique fugata est, & bella seda-
 ta, & summa rerum omnium fertilitas diuina benignitate
 florentissimo celsitudinis tuæ principatui concessa. Hinc ue-
 rò illud prophætæ oraculum, pijs iustisq; hominibus ac-
 dem diligentibus omnia ex sententia euenire, si cui unquam
 dubium fuit, tu religiosissime Princeps uerissimum esse com-
 probasti, atque omnem de medio dubitationem sustulisti. Ut
 enim alia felicitatis tuæ præteream documenta, florentem
 adeò liberorum nepotumq; progeniem sustulisti, ut nõ tuæ
 modò senectuti ac Lauredanæ genti, uerum patriæ quoque

maxima & certissima praesidia parata esse uideantur. Ita
 nanque sunt instituti, ut & uestigijs tuis insistant, & post
 sacrosanctum ueri dei cultum Reipublicae se, uitam quoque
 nedum pecuniam aliq; omnia debere profiteantur. Hoc
 autem diuinum munus, quo nullum homini pretiosius, nul-
 lum melius praestari potest, quis non uideat cum alijs emi-
 nentissimis uirtutibus tuis, tum singulari iustitiae fuisse con-
 cessam? Nam illi à teneris usque unguiculis sic assucuisisti, ut
 te sibi & alumnum & tutorem & propugnatorem dele-
 gisse uideatur. Fulgentissimo autem huiusce uirtutis spendo-
 re & aliorum ciuium, & in primis senatorum animos tibi
 conciliasti, ut eadem ferme hora, qua unus & quadraginta
 uiri (tot enim ad creandum ducem electi conueniunt) de du-
 cis ipsius electione agitare coeperūt, una omnium uoce cun-
 ctisq; suffragijs citra ullum competitorum Princeps sueris
 declaratus, tanta cum populorum tuorum laetitia, ut omnes
 debitam tuo principatui felicitatem praesagire uiderentur.
 Tu uerò simul atque ducatum iniisti, omnium non opinioni
 modò respondiisti, uerum expectationem quoque longè su-
 perasti. Tantum enim iustitiae totiusq; Reipublicae curam
 suscepisti, commodorum tuorum oblitus, ut curiae & tua-
 rum aedium fores omnibus tam pauperioribus quam ditiori-
 bus aequè pateant, te aducentes patientissime benignissimèq;
 audias, lites & controuersias aequissimè dirimas, neminem
 probum à tuo conspectu tristem dimittas: omnibus denique
 populis regimini tuo creditis, eos magistratus curas mitten-
 dos, qui non solum ius suum cuique reddant, sed etiam à se-
 ditionibus caedibusq; defendant, & in summa tranquillitate
 conseruent. Id uerò cum alij ciuitatum ditioni tuae parētium
 rectores, tum integerrimi urbis Paduae literarum alumne
 Praetor Andreas Grittus, & praefectus Paulus Pisanus ita
 compr

comprobant, ut non rectores sed parentes omnibus esse ui-
 deantur. Tantam enim non litium modò priuatarum, sed
 publicæ quoq; commoditatis & quietis curam suscipere, ut
 uerissimum illud esse declarent, membra caput imitari sole-
 re. Quamobrem haudquaquam mirandum est, si Fauentini
 & Ariminenses diu bellis seditionibusq; uexati, iustissimo
 & integerrimo regimini tuo sese nuper sponte sua tradide-
 runt. Quis enim uir prudens, nedum populus, si possit, ad
 eum non confugiat principem, à quo nihil nisi æquum, ni-
 hil nisi legitimum, nihil nisi honestum se habiturum esse cer-
 to sciat? Sub cuius protectione se tutum, se quietum rebus
 suis frui posse cōfidat? Sed de iustitia alijsq; splendidissimis
 uirtutibus tuis non breuis epistola, sed grandis historia con-
 scribenda foret, quæ præclara & tua & maiorum tuorum
 gesta felici stylo cōplecteretur. Id uerò quum & longi tem-
 poris & facundissimi oratoris sit opus, haudquaquam ab
 officio meo alienum esse putauit, si nunc id quod possum, uel
 epistolari breuitate inelytū nomen tuum unā cum priscis
 illis & regibus & legumlatoribus, quorum sapientissima
 quæq; dicta hoc in libello descripta sunt copularē, simul ut
 ubicunq; Romana est in usu lingua arbitretur, simul ut
 pro uirili parte mea immortalitati cōsecraretur. Quod qui-
 dem etiā si minus forsitan ero assecutus, nihil tamē dubito,
 quin optimam uoluntatem meam erga tuam serenitatem sis
 accepturus, quum hominis animum potius quàm rerū exi-
 tum omnibus in actionibus censeas semper esse spectādum.
 Sed iam acutissima Lacedæmoniorum dicta, quæ non tem-
 porum, sed literarum ordine seruato describuntur, perspicue
 interpretemur, quò melius faciliusq; Laconica breuitas &
 solertia perspicatur. Vale eximium seculi nostri ornamen-
 tum. Ex Academia Patauina, Nonis Maij. M. D. VII.

P L V T A R C H I
 C H A E R O N E I P H I L O -
 S O P H I C L A R I S -
 S I M I,
 A P O P H T H E G M A T A L A -
 C O N I C A .

Raphaële Regiō interprete.



AGASICLES rex Lacedemoniorū,
 admirante quodam, quòd quum magna
 discendi audiendiq; teneretur cupiditate,
 Philophane rhetorices doctore non utere-
 tur: eorum, inquit, me discipulum esse o-
 portet, quorum etiam sum filius. Ad eum uerò qui rogarat,
 quo modo quis absq; satellitibus tutò regnare posset: si suis,
 inquit, populis ita imperarit, ut parentes filijs.

AGESILAVS ille magnus quum esset ali-
 quando conuiuij princeps sorte ductus, à uini dispensatore
 rogatus, quantum uini cuiq; daret: Si multum, inquit, pa-
 ratum est, quantum quisq; petierit: Sin parum, ex æquo
 omnibus impertito. Quum uerò maleficus quidam tormen-
 ta perquàm patienter toleraret: Quantam, inquit, homo
 scelestus ad res flagitiosas & turpes tolerantiam affert?
 Quodam autem laudante oratorem quòd parua amplifi-
 caret: Ego uerò ne sutorem quidem, ait, puto bonum,
 qui magnos exiguo pedi calceos inducit. Idem quum
 quidam ei aliquando dixisset, Promisisti, ac sepius idem
 repeteret: Per Iouem, inquit, si quidem iustum est: Sin
 minus, dixi quidem, sed non promisi. Ac illo subijciente:
 Atqui oportet reges præstare quicquid uel capite annue-
 rint:

rint : Non magis, inquit, quam eos qui ad reges accedunt, petere decet iusta & dicere, captantes & opportunitatem, & quicquid regibus commodum est. Quum autem aliquos laudantes uituperantes ue audiebat, non minus eorum qui dicerent, quam de quibus dicretur, mores spectandos esse aiebat. Sed quum puer adhuc esset, ac in gymnicorum ludorum celebratione in loco minus honesto à chori magistro collocaretur, obtemperauit quidem, licet iam rex foret declaratus, ac dixit: Euge: Demonstrabo etenim, non locis uiros, sed uiris loca effici honorata. Quodam autem medico difficiliorem ei curationem, ac minime simplicem imperante: Per gemellos, inquit, non omnino mihi uiuere datum est, ne si omnia quidem sumam. Altari uerò Minerue, ab ærea ade cognomento Chalciocæ, quodam die astans bouem immolaturus, quum à pediculo morderetur, non auersus est quidem, sed illum palam captum omnium in conspectu necauit, ac dixit: Per deos ^{*iucunde} lubenter uel in ara insidiatorem. Idem quum uidisset ^{*iucunde} murem à puero trahi de fenestra, & conuersum detinentis pueri manum momordisse ac fugisse, ijs qui aderant re ostensa: Quando minimum, inquit, animal se iniuria afficientes sic ulciscitur, quid uiris faciendum sit considerate. Volens autem bellum aduersus regem Persarum mouere, quò Græcos Asiam incolentes in libertatem uindicaret, Iouis Dodonei oraculum consuluit: quod quum educendum esse exercitum respondisset, Ephoris oraculum retulit. Ipsi uerò iusserunt eum Delphos proficisci, ac iisdem de rebus sortes consulere. Profectus igitur sic oraculum rogauit: Apollo, uidentur ne tibi quæ & patri? Eo autem annuente, electus ipse imperator exercitiū eduxit. Quum uerò Tisaphernes principio quidē tertius cum Age

silao foedera percussisset, Græcas ipsi liberas ciuitates
 se esse dimissurum pollicitus, deinde quammaximo exer-
 citu à rege accersito bellum ei indixisset nisi Asia dece-
 deret, libenter foederum transgressionem acceperit, mo-
 uitq; castra, exercitum in Cariam ducturus. Sed quum
 Tisaphernes illic copias congregaret, inde soluens in
 Phrygiam impetum fecit, ac pluribus urbibus captis,
 multaq; pecunia parta, dixit amicis: Foedera quidem
 iniuste frangere impium est, sed hostes fallere non iu-
 stum est modò & honestum, uerum iucundum quoque
 ac lucrosum. Cæterum equitatu inferior Ephesum re-
 uersus opulentos iussit equum pro se quenque ac uirum
 exhibere, si se militia solutos uellent. Ac posteaquam
 & equi & uiri idonei pro timidis atque diuitibus cito
 fuerunt congregati, Agamemnonem se dixit imitari. Nam
 illum, quum generosam accepisset equam, ignauum diui-
 temq; hominem militia liberasse. Quum uerò nudos ca-
 ptiuos uendi iussisset, spoliolum quidem mercatores licita-
 bantur: ac uestium sanè multi emptores erant, sed cor-
 pora quòd alba & mollia essent propter umbratilem ui-
 tam, quum tanquam inutilia nulloq; pretio digna irride-
 rentur, astans Agefilaus: Hæc sunt, inquit, propter quæ,
 isti autem quibus cum pugnat. Idem in Lydia quum
 Tisaphernem profligasset, plurimosq; interemisset, in
 agrum regium incursionem fecit: sed rex pecunijs ipsi præ-
 missis quum censeret bellum esse dissolucundum, Agefi-
 laus respondit: pacis quidem ciuitatem dominam esse, se
 uerò locupletandis militibus quàm seipso magis letari, pul-
 chrumq; putare, Græcos nō munera ab hostibus accipere,
 sed spolia acquirere. Megabatē uerò Spithridatis filiū formo-
 sissimū, quum ad eum accessisset salutaturus & osculaturus,
quia

quia uehementer amari uidebatur, declinauit Agefilaus. At quum ille adire destinasset, ab Agefilao desiderabatur. Dicentibusq; amicis ipsum in causa esse, qui se ab illius tam formosi osculo auertisset, neque illum præ pudore uenturum, posteaquam secum tacitus paulisper cogitauit: Nihil est opus, inquit, illum persuadearis. Nam istiusmodi rebus superior esse malo, quam præpotentem hostium urbem ui capere. Satius est enim libertatem sibi ipsi conseruare, quam alijs auferre. Sed quum alijs in rebus diligens iustitiæ cultor esset, in amicorum negotijs putabat occasionem iuuandi esse perquam iustam. Epistolum igitur ipsius fertur ad Idrieum Carem, quo ex amicis quendam sic petit: Si Nicias nihil iniusti agit, dimitte: Sin agit, mihi dimitte: omnino autem dimitte. Itaque se talem in plerisque Agefilaus pro amicis præstabat. Interdum tamen propter utilitatem occasione potius utebatur. Quare motis tumultuosius castris, quum puerum, cuius anore tenebatur, infirmum reliquisset, ad illum precantem, & cum lacrymis se reuocantem conuersus dixit: Quam difficile est, nos & misereri simul & sapere. Idem in uictu & uestitu nihil ijs qui cum ipso erant, melius habebat, à satietate ac ebrietate penitus abstinens, somnoq; non domino, sed rebus agendis seruienti utens. Aduersus calorem autem & frigus ita se habebat, ut solus eadem ueste quatuor anni temporibus semper uteretur, ac in medio castrorum tentorio erecto, lectum nihilo alijs meliorem haberet. Dictitabat autem principi conuenire, non mollitiæ & delicijs, sed tolerantia & fortitudine priuatis hominibus præstare. Roganti igitur cuidam, quid Sparta contulissent Lycurgi leges: contemnere, inquit, uoluptates. Ad eum uerò qui cum aliorum Lacedæmoniorum

niorum, tum suæ uestis cibiq; mediocritatem mirabatur: propter hunc, inquit, frugalem ô hospes, uiuendi modum metimus libertatem. Idem alio ipsum hortante, ut sibi parceret, ac dicente, propter incertum fortunæ, ne quando mutemur: At ego, inquit, meipsum sic assuefacio, ut in nulla mutatione queram mutationem. Ac eodem uite instituto etiam senex factus utebatur. Quare ad eum à quo interrogatus fuerat, cur uehementi hyeme sine tunica illa ætate circumiret: Quò, inquit, iuuenes imitentur, exemplum habentes & senectute confectos & principes. Thasij uerò per suum agrum ipsi cum exercitu iter facienti farinam & anseres, & bellaria, & liba ex melle confecta, & alios omnis generis cibos, & uina pretiosa miserunt. Sed farina sola accepta retro asportari reliqua ab ijs, qui illa apportarant, iussit, ut quæ ne sibi quidem utilia forent. Precantibus autem illis ac supplicantibus, ut omnino illa acciperet, mancipijs distribui iussit. Ceterum illis causam rogantibus dixit, eos qui probitati ac fortitudini studerent, non decere istiusmodi ganeis & gulæ irritamentis delectari. Quibus enim seruitia capiuntur, ea ab ingenuis hominibus esse aliena. Rursus Thasij, quòd ab ipso magis affecti beneficijs uiderentur, quum & templis & deificationibus cum honorassent, & hac de re legatos ad ipsum misissent, posteaquàm honores legit quos oratores attulerant, interrogauit, an ipsorum patria referendorum in deos hominum facultatem haberet. Quibus asfirmantibus: Agite, inquit, uos ipsos prius efficite. Quòd quidem si effeceritis, tunc credam me quoque à uobis deum fieri posse. Idem quum illæ gentes Græcæ quæ sunt in Asia, decreuissent ipsi in clarissimis urbibus statuas ponere, ad eas scripsit: Mei ne una quidem sit imago, neque

picta, neque ficta, neque constructa. Sed quum in Asia
 domus contignationem ex quadratis trabibus factam ui-
 disse, dominum ædium interrogauit, an apud ipsos qua-
 drata nascerentur ligna. Quo negante, sed rotunda: Quid
 igitur, inquit, si quadrata essent, rotunda faceretis? Inter-
 rogatus autem olim, quousque Laconicæ fines protendan-
 tur, concussa hasta: quousque, inquit, hæc perueniat. Sed
 alio deinceps rogante, cur Sparta sine muro esset: ostensis
 ciuibus armatis: hi sunt, inquit, Lacedæmoniorum muri.
 Ceterum alio idem quærente: non lapidibus, inquit, &
 lignis, sed inhabitantium uirtutibus urbes munitas esse
 oportet. Amicos uerò monebat, ut non pecunia, sed for-
 titudine & uirtute ditescere studerent. Quando autem
 uolebat aliquod opus à militibus cito perfici, primus
 ipse in omnium conspectu aggrediebatur. Verum in eo
 gloriabatur, quòd nemini in labore cederet, quodq; sibi
 ipse magis quàm alijs imperaret. Quodam autem admi-
 rante Laconem claudum ad bellum excurrentem, ac equum
 quærente: An ignoras, inquit, non fugientibus, sed per-
 manentibus in bello opus esse? Idem rogatus à quodam,
 quo modo magnam gloriam acquireret: si mortem, in-
 quit, contempseris. Quærente autem quodam, Cur Spar-
 tiæ ad tibias pugnant? Quoniam, inquit, quandoocunque
 ad numerum modulationemq; inceserint, liquidò pateat
 & qui meticulosi sint, & qui fortes. Quum uerò qui-
 dam Persarum regem beatum esse diccret, quia perquam
 iuuenis esset: atqui Priamus, inquit, ne id quidem ætatis
 agens infortunium est passus. Sed quum magnam Asiæ
 partem subiugasset, aduersus regem ipsum properare de-
 creuit, quò illum ab ocio, & à corrupendis Græcorum
 populorum principibus deterreret. Sed ab Ephoris re-
 uocatus

uocatus propter Græcorum bellum, quo Sparta obsidebatur, ob pecunias à Persa missas, dicens bonum imperatorem oportere legibus parere, ex Asia soluit, multo sui desiderio Græcis Asiaticis relicto. Ac quum unus Persicus sagitarij nota signatus esset, recedens distabat se triginta millibus sagittariorum à rege ex Asia pelli: Tot enim Darcis aureis Athenas Thebasq; à Timocrate allatis, & populorum principibus distributis, populi ipsi ad bellum contra Spartiatis concitati fuerant. Ac Ephoris quidem hanc rescripsit epistolam: Agefilaus Ephoris gaudium, Multas Asiæ partes subiugauimus, Barbarosq; expulimus, ac in Ionia multa arma fecimus. Sed postea quàm iubetis me ex lege redire, sequor epistolam, ac ferè ipsam uel præueniam. Nam imperium non mihi, sed ciuitati ac socijs gero. Ac tunc quidem uerè iusteq; dux imperat, quando & legibus & Ephoris pareat, uel ubicunque in urbe sint magistratus. Traiecto igitur Hellesponto quum per Thraciam iter faceret, Barbarorum quidem rogauit neminem, sed ad singulos mittens interrogabat, utrum per amicam, an hostilem terram transiret. Ac alij quidem ipsum amicè & excipiebant & deducebant, cæterum qui Troades nominantur, quibus & Xerxes, ut fertur, dona dedit transitus mercedem, argenti talenta centum, & totidem mulieres ab Agefilao petiere. Sed illos ipse deludens, ac dicens: occur non statim uenistis accepturi? procedebat. Et quum inuasus ex illis perturbatis multos cecidisset, transiuit. Quum uerò idem à rege Macedonum per nuntios quæsisset, isq; se consultaturum dixisset: Consultet igitur, inquit, sed nos interim procedemus. Admiratus itaque uiri audaciam, & ueritus, iussit ut ami-

* προσιγεν cum * progredi. Thessalorum autem, qui hostium socij erant,

erant, depraedatus est agrum. Ac Xenoclem quidem & Scythen de amicitia acturos Larissam misit, quibus comprehensis & asseruatis, alij quidem egrè ferentes censebant Larissam castris cingendam esse ab Agesilao & obsidendam. Sed asserens ipse, ne alterius quidem illorum uirorum interitu uelle totam capere Thessaliam, eos foederibus percussis accepit. Audiens autem apud Corinthum fuisse pugnatum, & Spartiatarum quidem perquam paucos cecidisse, Corinthiorum autem & Atheniensium, aliorumq; illis sociorum quamplurimos, neque letari, neque efferrī illa uictoria uisus est, sed perquam graui suspīrio emisso: Væ, inquit, Græciæ, quæ tot uiros intestino bello perdidit, quot ad debellandos omnes Barbaros satis fuissent. Pharsalios autem urgentes, latrocinijsq; ipsius exercitum uexantes, quum quingentis equitibus in fugam uertisset, trophæum sub Narthacio erexit. Ac illa quidem uictoria præ omnibus letatus est, quòd quum per se ipse equitatum instituisset, illo solo eos, qui maximè pugna equestri gloriabantur, superasset. Quum uerò Diphridas domo ueniens ipsi nuntiaisset, ut continuò prætergrediens, in Bœotiam impetum faceret, quanquam maiore apparatu id postea facturus erat, tamen magistratibus parens, accersitis uiginti millibus ex illo exercitu, qui apud Corinthum erat, Bœotiam ingressus est, & apud Coroneam cum Thebanis & Atheniensibus simul cum Argiuis & Corinthijs congressus, utrosque maxima omnium pugna, quæcunque illo tempore commisse fuerunt, ut Xenophon scribit, etsi corpore propter uulnerum multitudinem malè affectus, superauit. Idem domum reuersus nihil nec circa uitam, nec circa mores ob tantos successus uictorias que mutauit. Cæterum

uidens



uidens quosdam ex alendis equis in aliquo pretio esse, animoq; efferi & gloriari, Cynicæ sorori persuasit, ut in curru sedens in Olympijs certaret, Græcis ostendere uolens, istiusmodi res nullius esse uirtutis, sed diuitiarum & impensæ. Xenophontem uerò illum sapientem multi faciens, ac secum habens, iussit filios accersere, Spartæq; educere, quò disciplinarum pulcherrimam docerentur, & imperare & imperium ferre. Idem aliquando interrogatus, cur maxime omnium felices sint Spartiæ: quia, inquit, maxime aliorum se exercent, ut imperent & obtemperent. Lysandro autem uita functo quum multorum solalitatem constitutam inuenisset, quam ille ex Asia statim reuersus contra Agesilaum instituerat, eum redarguere tentauit, ac ostendere cuiusmodi ciuis uiuens fuisse. Quumq; orationem legisset in quodam relicta libro, quam Creon Alicarnasseus scripserat quidem, sed Lysander memoriæ commendatam ad populum de rebus nouis & de repub. mutanda habiturus esset, in publicum illam efferre uolebat. Verum ex senioribus quidam, quum eam orationem percurrisset, ueritusq; illius grauitatem consulisset, ne Lysandrum effoderet ac suscitaret, persuasus acquieuit. Eos uerò qui sibi occultè aduersarentur, apertè quidem non uexabat, sed exigens ut se sequerentur, ex ipsis aliquos & duces & magistratus designabat, sed in magistratibus improbi deprehensi & auari, ne condemnarentur, rursus auxilio erat, sicq; eos sibi conciliabat, & ad seipsum traducebat, ut neminem aduersarium haberet. Quidam autem quum eum rogasset, ut suos ad hospites Asianos literas daret, quò ius suum consequeretur. At mei, inquit, hostes iusta sponte sua, etiam si nihil scribam, faciunt. Ceterum

rum
se ad
sibi
ut fo
ad
uerb
deba
pore
ter G
num
sefe i
bat, f
tande
sim?
lipide
cant.
qui lu
illas a
sperat
pellari
quum
re ausi
tem, re
si saniz
potiti r
urbs A
bazo d
runtq;
colente.
rent. Q
iniquis

rum quidam illi murum urbis bene munitum & laborio-
 se admodum exedificatum ostentans rogabat, an pulcher
 sibi uideretur: Per Iouem, inquit, pulcher, non ut uiri, sed
 ut femine inhabitent. Quum autem Megarensis quidam
 aduersus ipsum de ciuitate gloriaretur: adolescens, inquit,
 uerba tua multa ui egent. Quæ uerò alios admirantes ui-
 debat, ea ne nosse quidem uidebatur. Quodam igitur tem-
 pore Callipides tragediarum actor nomen & gloriam in-
 ter Græcos habens, ut qui ab omnibus celebraretur, pri-
 mum quidem illi occurrit & salutauit, deinde arroganter
 sese inter inambulantes coniiciens, seipsum regi ostenta-
 bat, putans fore, ut aliqua comitate exciperetur. Sed quum
 tandem dixisset: Non me agnoscis, ô rex, neque audisti qui
 sim? Agesilaus in ipsum respiciens: At an tu es, inquit, Cal-
 lipides Dicelicta? Sic enim Lacedæmonij histriones uo-
 cant. Idem quum à quodam inuitaretur ad eum audiendum
 qui Iulianæ uocem imitabatur, recusauit inquitens: Sæpe
 illas audiui. Menecrates uerò medicos posteaquam in de-
 speratis quibusdam curationibus fuit fortunatus, Iupiter ap-
 pellari cœpit. Sed illo cognomento importunius utens,
 quum ad Agesilaum quoq; sic aliquando epistolam scribe-
 re ausus foret: Menecrates Iupiter Agesilao regi felicita-
 tem, reliquis non lectis rescripsit: Rex Agesilaus Menecra-
 ti sanitatem. Quum autem Conon & Pharnabazus mari
 potiti regia classe maritimas Laconiæ oras obsiderent, ac
 urbs Atheniensium muro cincta foret, pecunijs à Pharna-
 bazo datis pacem cum rege Lacedæmonij fecerunt, mise-
 runtq; Antalcidam ad Teribazum, qui Græcos Asiam in-
 colentes, pro quibus pugnauerat Agesilaus, regi trade-
 rent. Quæ ex re cuenit, ut Agesilaus ipse ignominie eius
 iniquissime particeps esset: Nam Antalcidas ipsi inimicus
 z erat.

Dicelictæ

erat. Ideoq; pacem quocunq; modo fecit, quod Agesilaus incrementa ex bello susciperet, ac maximus clarissimq; euaderet. Ad eum uerò qui dixerat Lacedaemonios Medorum partibus fauere: Imò uerò, inquit, Medi Lacedaemoniorum. Idem aliquando rogatus, utra uirtus melior esset, fortitudo an iustitia, nullam fortitudinis utilitatem esse dixit absente iustitia: Nam si omnes iusti forent, nihil fortitudine opus esse. Quum autem ij qui Asiam incolunt, ex consuetudine Persarum regem magnum appellarent: Ecquid ille me maior est, inquit, nisi & iustior sit & continentior? Ac eos quidem qui Asiam inhabitarent, ingenuos quidem malos, seruos autem bonos esse dicebat. Idem interrogatus, quomodo quis maximè apud homines probaretur: si dicat, inquit, optima, & faciat honestissima. Imperatorem uerò dicebat oportere & in hostes audaciam, & in subditos beneuolentiam, & ad occasiones solertiam habere. Cuidam autem querenti, quænam pueris discenda forent: Ea respondit, quibus & uiri sint usuri. Verum causæ cuiusdam iudex, quum accusator bene quidem dixisset, reus autem malè, quippe qui ad singula diceret: Agesilae oportet regè legibus opitulari: Et domum, inquit, si quis tibi euerteret, & uestimentum si quis auferret, expectares'ne ut architectus, aut qui uestimentum confecit, tibi auxilium ferat? Idem à rege Persarum epistolam pace iam facta sibi missam, quam unà cum Callia Lacedaemonio uir Persa de hospitalitate & amicitia attulerat, haudquaquam accepit, dicens regi nunciaret minime opus esse ad se literas priuatim daret. Nam si & amicus Lacedaemoni, & Græciæ beneuolus esse uidebitur, se quoque pro uiribus ipsi amicum esse futurum: Sin autem insidiosi deprehendatur, ne si multas quidem acciperem literas, credat

eredat me sibi amicum esse futurum. Filiorum autem quum
 amantissimus esset, fertur una cum paruis pueris domi
 colludere solitus, in arundinem ut in equum ascendens.
 Sed a quodam amicorum usus rogauit, ne cui prius id
 diceret, quam ipse quoque puerorum pater esset. Cete-
 rum Thebanos assiduis bellis quum infestaret, ac in pu-
 gna uulneratus foret, Antalcidam dixisse ferunt: Pulchra
 disciplinae praemia a Thebanis accipis, quos nolentes ac
 nescientes quidem pugnare docueris. Tunc enim The-
 banos se ipsis bellicosiores aiunt factos propter assiduas
 Lacedaemoniorum in ipsos expeditiones. Quare Lycur-
 gus quoque ille antiquus in legibus quae Rhetrae uocantur,
 prohibuit aduersus eosdem saepius militare, ne bel-
 landi peritiam discerent. Posteaquam uero audiuit, so-
 cios aegre ferre continuas expeditiones, quia multi pau-
 eos Lacedaemonios sequerentur, refellere uolens illorum
 multitudinem, iussit omnes quidem socios sedere sibi in-
 nicem permixtos, Lacedaemonios autem separatim so-
 los. Deinde edixit, ut figuli surgerent primi. Qui quum
 surrexissent, edixit ut secundi surgerent fabri ararij, de-
 inde architecti & domorum aedificatores, & singulae
 aliae artes. Ita socij serè omnes quidem surrexerunt, La-
 cedaemoniorum autem nemo. Iphis namque prohibitum est
 artem sordidam uel exercere uel discere. Itaque ridens
 Agesilaus: Videte, inquit, uiri quanto plures quam uos
 milites nos emittamus. In Leuctrica uero pugna quum
 Lacedaemoniorum multi fugissent, qui legitimis poenis
 erant obnoxij, uidentes Ephori urbem uiris destitutam
 militibus indigere, uolebant ignominiam illam soluere ac
 leges seruare. Agesilaum igitur eligunt legum latorcm.
 Is uero in concionem quum prodisset: Legum, inquit, la-
 tor alias

Rhetrae Lacedaemoniorum leges.

tor aliarum minimè sum, ac ne ijs quidem quæ existunt, adijcerem quicquam uel auferrem, uel mutarem. Sed non ab re erit, leges quæ nobis sunt, à postero die ius suum retinere. Epaminondam uerò tanto cum fluctu ac tempestate Spartam inuadentem, Thebanis & illorum socijs uictoria Leuctrica glorientibus, ab urbe quidem repulit, & quamuis pauci in urbe forent, retrocedere tamen coëgit. Idem in pugna apud Mantincam gesta imperauit Lacedæmonijs, ut alijs omiſſis unum oppugnarent Epaminondam, solos asserens prudentes & fortes uictoriae autores esse. Nam si istum è medio sustulerimus, facillimè alios captiuos fore, siquidem & amentes & nullo pretio dignos esse. Id quod etiam euenit. Quum enim uictoria ab Epaminonda foret, iamq; Lacedæmonij fugerent, illum conuersum, ac suos reuocantem quidam ex Lacedæmonijs letaliter percussit. Is uerò quum cecidisset, à fuga conuersi qui cum Agesilao erant, suam certando uictoriam effecerunt, quum Thebanis Lacedæmonij longè fortiores uisi fuissent. Sparta uerò pecunijs indigente, quippe quæ peregrinos aleret milites, Agesilaus in Aegyptum profectus est, ab Aegyptiorum rege mercede conductus. Sed quum propter uestis tenuitatem indigenis contemptui foret: expectabant enim Sparta regem ut Persarum decenter ac sumptuose ornatum uidere: eoq; malè de ipso sentirent, breui declarauit Agesilaus magnificentiam, & dignitatem prudentia parari oportere. Quum autem eos quos instructurus erat, impendenti periculo territos uideret, tum propter hostium multitudinem (ducenta nanque millia erant) tum propter suorum paucitatem, decreuit prius quàm confligeret, sacrificium facere, ac alijs inscijs in sinistrae manus palma uicto

ma
inſc
liter
ſim
dit
tum
incu
Aeg
aux
neq
eſſe
iung
inter
in ſu
gna
am n
bum
ſibi ſi
effice
mei n
tue, u
pera
A
ſet, Ph
inqui
ſicabi
gem e
merite
quum
illoru
antea.

ma uictoriam descripsit, acceptumq; ab aruspice iecur
 inscriptæ manui imposuit. Id uerò tantisper tenens, dum
 literarum notæ iecori imprimerentur, se ambiguum esse
 simulabat. Postea uerò commilitonibus iecur ipsum ostendit,
 asserens deos ex scriptis uictoriam demonstrare. Certum
 igitur id uictoriæ signum rati ad pugnam audacter
 incundam sunt confirmati. Sed hostibus multitudine sua
 Aegyptiorum castra fossa cingentibus, Nectabioq; cui
 auxilio erat, censente, erumpendum ac decertandum esse:
 nequaquam impediendi, inquit, sunt hostes, nobis pares
 esse uolentes. Ac ita quum adhuc spatij parum ad con-
 iungendam superesset fossam, in illo quod reliquum erat
 interuallo acie instructa, cum paribus par congressus, eos
 in fugam uertit, & paucis militum suorum amissis, ma-
 gna hostium edita cæde, ingentem pecuniæ uim in patri-
 am misit. Ex Aegypto autem quum classe rediens in mor-
 bum incidisset, ijs qui secum erant mandauit moriens, ne
 sibi fictam pictam ue aut effigiatam corporis imaginem
 efficerent. Nam si quid præclari operis, inquit, gessi, id
 mei monumentum erit: Sin minus, ne omnes quidem sta-
 tue, ut quæ uilium hominum ac nullo pretio dignorum o-
 pera sint.

AGESIPOLIS Cleombroti quum quidam dixisset,
 Philippum paucis diebus Olynthum euertisse: Per deos,
 inquit, talem aliam urbem multò longiori tempore non ædi-
 ficabit. Alius item quum dixisset, ipsum cum æqualibus re-
 gem obsidem fuisse, non autem filios eorum & uxores:
 merito, inquit, decet enim nos peccata nostra ferre. Sed
 quum ipse uellet catulos dono sibi mitti, quidamq; dixisset,
 illorum apud se non esse educationem, ne uirorum quidem
 antea, inquit, fuit, quæ tamen nunc est.

AGESIPOLIS Pausaniæ, Atheniensibus de mutis criminibus ad Megarensium ciuitatem prouocãtib; turpe, inquit, est ò Athenienses, eos qui sint Græcorum duces, nũnus quãm Megarenses ius scire.

A G I S Archidami, quum olim Ephori dixissent: Vade iuuenes tecum ducens in huius patriam: Dux nanq; hic ipse tibi erit ad arcem occupandam: Et quo, inquit, modo tutum est, ò Ephori, tot iuuenes credere patriæ sue proditori? Interrogatus autem, quæ potissimum disciplina Spartiæ exercebatur: scire, inquit, & imperare, & obtemperare. Lacedæmonios uerò dictabat interrogare non quot sunt hostes, sed ubi sunt. Verum apud Mantineam quum dimicare cum hostibus quòd plures forent prohiberetur: necesse est, inquit, cum multis pugnare, qui multis uelit imperare. Quodam autem interrogante: Quot sunt Lacedæmonij? Quot, inquit, satis sunt ad malos arcendos. Quum uerò Corinthiorum muros præteriret, ac illos & altos, & munitos, & in multum spatium protensos uideret: quænam, inquit, sunt hunc locum habitantes mulieres? Idem, quum rhetor quidam dixisset, orationem rerum omnium potentissimam esse. Igitur si tu taces, inquit, nullo pretio dignus es. Arguã autem postquam fuerant superati, rursus audacius multò quum ipsi obuiam essent facti, socios uidens perturbari: Confidite, inquit, ò uiri: nam quando nos uictores timemus, quid putatis eos facere, qui à nobis uicti fuerunt? Idem Abderitarum legato, qui quum multa locutus finem dicendi fecisset, rogaret quidnam ciuib; suis renunciarret: Te, inquit, mihi tacenti tanto tempore auditum fuisse, quantum tu dicendo consumpsisti. Quibusdam uerò Eleos laudantibus, quòd in Olympiorum certamine u-

stissimi

fiffimi forent : Ecquid magnum, inquit, aut mirandum faciunt, si per annos quinque uno duntaxat die iustitia utuntur ? Quodam autem dicente, nonnullos ex alia domo ipsi inuidere : Igitur & sua, inquit, mala, & ad hæc tum mea, tum amicorum bona illos cruciabunt. Idem quum quidam consuleret transitum hostibus fugientibus esse dandum : & quo, inquit, modo cum ijs qui ob timiditatem fugiunt, non pugnantes, cum ijs qui ob fortitudinem manent, pugnabimus ? Quodam autem de Græcorum libertate sermonem inferente non ignobilem quidem, sed effectu difficilem : Tua, inquit, ô hospes, uerba & uirium indigent & pecuniarum. Quum uerò quidam dicret Philippum imperuam Lacedæmonijs Græciam esse facturum : Satis, inquit, nobis est in propria terra conuersari. Legatus autem ex Perintho quum Lacedæmonia uenisset, longiore usus est oratione. Sed postquam sine dicendi facto Agin rogauit, quid Perinthijs renuntiaturus esset : Quid aliud, inquit, quam te uix finem dicendi fecisse, me uerò tacendi ? Cæterum solus quum ad Philippum legatus uenisset, ac ille dixisset : Quid ita unus ueniisti ? Nempe ad unum, inquit. Idem quum ex senioribus quidam, qui uidebat solutis ueteribus legitimis alia quædam flagitiosa induci, ei iam senescenti dixisset : quare superna Sparte fiunt inferna ? iocans ait, ex ratione sic res procedere, si illud fiat : Etenim quum ego puer essem, ex patre audiebam, superiora apud ipsos inferiora fuisse. Aiebat autem patrem puero sibi ea dixisse. Quare non esse mirandum, si posteriora prioribus sint peiora, sed sicubi meliora, & similia. Interrogatus autem, quomodo quis liber permaneat : si mortem, inquit, contempserit.

A G I S iunior dicente Demade, enses Laconicos

z 4

à præ

à præstigiatoribus propter breuitatem deuorari: At Lacedæmonij, inquit, huiuscemodi ensibus hostes assequuntur. Ad improbum uerò hominem sepe interrogantem, quis optimus Spartiata foret: qui tui dissimilimus est, inquit.

A G I S ultimus rex Lacedæmoniorum ex insidijs captus, & indicta causa ab Ephoris condemnatus, quum ad laqueum abduceretur, intuitus quendam ex ministris flentem: Desine, inquit, ô homo, propter me flere: nam
*melior ad eò iniquè & iniuste moriens * potentior ijs sum, qui me interficiunt. Et quum hæc dixisset, ultro collum laqueo tradidit. Idem quum à parentibus rogaretur, ut sibi ad iniusti quiddam adiutor esset, aliquandiu contradixit, sed quum instarent: Quandiu, inquit, apud uos fui, ne unam quidem iustitiæ cognitionem habui: posteaquam autem me patriæ tradidistis, legitimisq; ipsius institutis, ac etiam iustitia & probitate crudistis, ut potuistis, hæc potius quàm uos sequi tentabo. Et quoniam uultis me optima facere (optima uerò sunt, cum homini priuato, tum multò magis principi, quæ iusta sunt) faciam quidem quæ uultis, sed quæ dicitis recusabo.

A L C A M E N E S Telecri quodam rogante, quo modo regnum quis optimè seruaret: si lucrum, inquit, non multi fecerit. Altero autem quærente, cur à Messenijs munera non accepisset: quia si accepissem, inquit, cum legibus pacem agere nequirem. Sed quodam dicente, ipsum parce uiuere amplas satis diuitias possidentem: Nempe illum qui multa possideat, inquit, non ex libidine, sed ex ratione uiuere decet.

A N A X A N D R I D A S Leontis ad eum qui egre ferebat quòd exularet, ô bone, inquit, ne urbem relinquens horreas, sed iustitiam. Dicenti uerò cuidam Ephoris op-

ris opportuna quidem, sed pluribus quàm par erat: ô hospes, inquit, non opportune uteris opportuno. Quodam autem percontante, cur agros Helotibus & mancipijs colendos traderent, ac non ipsi colerent: quia illos, inquit, non ut ipsos coleremus, sed ut nos, comparauimus. Quum autem quidam alius diceret, gloriam nocere, atque felicem eum esse, qui ab illa sit alienus: Igitur qui iniusta perpetrant, inquit, ex oratione tua essent felices: nam quomodo sacrilegus iniustus ue gloriam curet? Alio autem interrogante, cur in bellis Spartiæ audacter periculis se exponunt? quia, inquit, de uita uereri, non ut alij timere studemus. Idem alio quodam percontante, quare capitales causas pluribus diebus seniores audiunt, & si quis est liberatus, nihilominus est reus: Pluribus, inquit, diebus iudicant, quia de morte qui errauerint, ij consilium mutare non possunt. Legibus autem obnoxium esse oportet, quia secundum hanc legem licet etiam melius consultare.

ANAXANDER Eurycratis, quodam rogante, cur Lacedæmonij pecunias in publicum non congregent: ne qui custodes illarum sint, inquit, corrumpantur.

ANAXILAS ad eum qui mirabatur, cur Ephori non assurgant regibus, præsertim à regibus ipsis constituti: Eadem, inquit, causa qua Ephori sunt.

ANDROCLIDAS Lacon crure mutilatus inter bellatores seipsum locauit. Sed quum quidam ipsum prohiberent, quia mutilatus erat, Atqui non fugientem, inquit, sed manentem oportet cum hostibus ex opposito instructis pugnare.

ANTALCIDAS quum in Samothracia initiaretur, à sacerdote rogatus, quid grauissimum in uita perpetrasset: si quid mihi, inquit, tale perpetratum est, dii ipsi sciunt.

sciunt. Aduersus Atheniensem uerò quendam Lacedaemonios indoctos appellantem: nos nimirum, inquit, soli nihil mali à uobis didicimus. Sed quum alius Atheniensis aduersus eum dixisset, nos quidem à Cephiso persepe uos fugauimus: At nos, inquit, ab Eurota uos nunquam. Interrogatus autem, quo modo quis maximè hominibus placere posset: si cum ipsis, inquit, quam suauissimè conuersetur, ac utilissima afferat. Idem quum declamator quidam Herculis laudationem lecturus esset: quis enim, inquit, illum uituperat? In Agefilaum uerò à Thebanis in pugna uulneratum: mercedem, inquit, à Thebanis recipis, quos neq; uidentes, neque scientes pugnare docuisti. Videbantur enim Thebani assiduis Agefilai cōtra ipsos expeditionibus pugnaces effecti. Sparte uerò muros esse iuuenes dicitabat. Fines autem hastarum cuspides. Sed ad eum qui querebat, cur breuibus Spartiate pugionibus in bello uterentur: quia cum hostibus, inquit, cominus dimicamus.

ANTIOCHVS quū esset Ephorus, postquam audiuit Philippum Messenijs agrum dedisse, interrogauit an etiam uim illis tribuisset, qua de agro certantes fierent superiores.

ARGEVS quibusdam laudantibus non suas, sed quasdam ex uxoribus alienis: Per deos, inquit, de uxoribus aliorum nihil temere dicendum est. Ipsas enim prorsus ignorari quales sint, præterquam ab ijs quibus cum uiuunt. Idem per Siciliae Selinuntem iter olim faciens, quum in sepulcro quodam uidisset elegiacum hoc inscriptum,

Hiscæ Selinuntos sub portis, quando tyrannis

Stinguitur, euenit Marte sero cadere:

Iure peristis, inquit, qui ardentem tyrannidem extinguere conati estis: Contra nanque permittendum fue-

rat, totam concremari.

ARISTON laudante quodam Cleomenis responsum, quòd interrogatus quid bonum regem facere oporteat, dixerit, amicis quidem benefacere, inimicis autem male: Et quanto, inquit, melius est, ò bone, amicis quidem benefacere, inimicos uerò sibi conciliare? Id quidem responsum etsi omnium confessione Socratis est in primis, ad Aristonem tamen etiam refertur. Quodam autem percontante, quot sint numero Spartiæ: quot, inquit, satis sunt ad hostes arcendos. Sed quum quidam Atheniensium sine brem eorum laudationem, qui fuerant à Lacedæmoniis interfecti, legeret: Quales igitur nostros, ait, esse censes, qui istos deuicerunt?

ARCHIDAMIDAS aduersus eum qui Charilam laudaret, quòd in omnes similiter mitis foret: Eo quo, inquit, modo iuste quis laudetur, si in improbos quoque sit mitis? Accusante autem quodam Hecatæum rhetorem, quòd admissus ad ipsorum conuiuium nihil dixerat: Ignorare mihi uideris, inquit, eum qui dicendi peritus sit, dicendi quoque tempus cognoscere.

ARCHIDAMVS Zeuxidami, quum à quodam interrogaretur, quenam Sparte anteponantur: Leges, inquit, & secundum leges magistratus. Ad eum uerò qui citharædum laudabat, & eius facultatem admirabatur: O bone, inquit, quod præmium abs te probis uiris statuetur, quando citharædum tantopere laudas? Idem quodam cantorem commendante ac dicente, hic bonus est cantor: At apud nos, inquit, hic bonus est coquus: tanquam nihil interesset, siue per uocis instrumenta, siue per obsoniorum & iuris condituram uoluptas efficiatur. Quodam autem ipsi pollicente uinum suauis: Ad quid? ait.
 nam

nam & plus absumetur, & quæ ad uirilitatem spectant, inutiliora efficiuntur. Sed Corinthiorum urbem cum exercitu aliquando aggressus, quum lepus ex loco muris uicino, excitatus esset, ad milites inquit: Faciles capti nostri sunt hostes. Duo autem quidam quum ipsum arbitrum sumpsissent, ductos illos in Chalcioeæ lucum iurare coëgit, se ijs quæ forent iudicata, staturos. Et quum illi iurassent: iudico, inquit, ne prius ex hoc loco recedatis, quàm quæ inuicem uobis controuersie sunt dissolueritis. Filiabus uerò suis quum Dionysius Sicilia tyrannus pretiosa misisset uestimenta, non accepit dicens: Vereor ne puellæ istis indutæ mihi turpes uideantur. Filium autem quum uidisset cum Atheniensibus præcipitanter pugnantem: Vel adde uiribus, inquit, uel magnanimitati detrahe.

ARCHIDAMVS Agesilai, quum à Philippo post pugnam Chæronensem asperiores accepisset epistolam, rescripsit: Si umbram tuam metitus fueris, nequaquam inuenies ipsam maiorem factam, quàm esset antequam uicisses. Rogatus autem, quantam regionem obtinerent Spartiæ: quantam, inquit, hasta assequuntur. Quum uerò Periander medicine arte clarus maxime quidem laudaretur, sed mala poëmata scriberet: Quidnã, inquit, ô Periander, pro gratioso medico malus poëta uocitari affectas? Idem in bello contra Philippum quibusdam consulentibus, procul à domo esse pugnandum: At hoc, inquit, non est uidendum, sed an pugnantes hostibus superiores futuri simus. Ad eos uerò qui ipsum laudabant, quòd Arcadas pugna superasset: melius, inquit, fuisset, si prudentia illos potius quam uiribus uicissemus. Sed quando inuasit Arcadiam, audiens Elcos Arcadibus ipsis opitulari

opitulari, hanc ad illos epistolam dedit: Archidamus Eleis,
 Quies bonum. Socijs uerò in bello Peloponnesiaco quaerentibus, quot pecuniae satis forent, rogantibus, que ut tributa determinaret: Bellum, inquit, statuta non querit. Catapultae autem iaculum quum uidisset tunc primum ex Sicilia aduectum: Hercules, exclamauit, uiri perit uirtus. Idem quum Graeci nollet ipsi obedire, ac foedera quae cum Antigono & Cratero Macedonibus ieta fuerant, soluere, & liberi esse, tanquam Lacedaemonij molestiores futuri essent quam Macedones: Ouis, inquit, semper quidem eandem emittit uocem, sed homo multas & uarias, quousque id quod uisum est, perficiat.

ANTYCRATIDAS posteaquam Agis apud Megalopolin uictus fuit in pugna contra Antigonom, quum ei quidam dixisset: quid nunc facietis, o Lacedaemonij? an Macedonibus seruietis? Ecquid, ait, posset ne Antigonus pro Sparta nos pugnantes, ne moriamur prohibere?

BIAS insidijs ab Iphicrate Atheniensium imperatore circumuentus, militibus interrogantibus, quidnam esset faciendum: quid aliud, inquit, quam ut uos seruemini, ego uerò pugnando moriar?

BRASIDAS quum in caricis murem comprehendisset, morsus dimisit. Tum ad eos qui aderant: Nichil, inquit, adeo paruum est, quod seruari non possit, si eos ulcisci audeat, à quibus inuadatur. In quadam uerò pugna iaculo per scutum uulneratus, illa ipsa hasta è uulnere extracta hostem interemit. Sed interrogatus, quo modo fuisset uulneratus, Prodentem me scuto, respondit. Ad bellum autem egressus ad Ephoros scripsit. Quaecumque belli nocumenta aut repellam, aut moriar. Sed posteaquam ipsum cadere contigit, Graecis Thraciae liberatis, qui missi
 Laceda

Lacedæmonem fuerant legati, ad matrem quoque eius Archileonidem accesserunt. Quos quidem illa quum interrogasset primum, an Brasidas fortiter diem obiisset, ac Thracibus laudantibus & dicentibus, nullum alium talem esse: Ignoratis, ô hospites, inquit: Nam Brasidas fortis quidem erat, sed multi Spartaë illo sunt fortiores.

CALLICRATIDAS quum esset nauarchus, amicis Lysandri rogantibus, ut sibi unum quendam ex inimicis concederet necandum, acciperetque talenta quinquaginta, quamuis pecuniarum tunc maxime ad nauarum commeatum emendum indigeret, non concessit. Sed quum Cleander consiliarius dixisset: At ego quidem accepissem, si tu fuisset: Et ego, inquit, si tu essem. Ad Cyrum autem iuniorem, qui Lacedæmoniorum socius erat, quum ad accipiendas pecunias classi necessarias Sardis peruenisset, primo quidem die iussit nunciare, se Cyrum conuenire uelle. Sed ubi illum bibere audiuit: Expectabo, inquit, donec bibat. Ac tunc quidem recessit, postquam cognouit illo die se cum eo colloqui non posse, ueritus ne agrestior esse uideretur. Sed postridie quum rursus illum bibere audisset, ac se non admitti, indignatus, sic pecunijs accipiendis studendum esse dixit, ne quid indignum Sparta fiat. Ephesumque profectus est, multa quidem in eos mala imprecatus, qui primi Barbarorum delicijs pellecti, diuitijs illos ad contumelias abuti docuerunt. Iurauitque ijs qui aderant, se cum primum Spartam reuenisset, omnia facturum, ut Græcos reconciliaret, quò barbaris sint formidolosiores, ac illorum uiribus contra se inuicem egre cessarent. Rogatus uerò quales uiri sint Iones: Ingenui quidem mali, inquit, serui autem boni. Sed Cyrus quum stipendium militibus

litibus præmississet, ac ipsi munera, mercedem quidem solam accepit, munera autem remisit, quòd diceret non oportere sibi priuatam cum ipso amicitiam esse. Cæterum quæ cum omnibus Lacedæmonijs communis sit, secum quoque esse. Pugnam uerò naualem quum apud Arginusas commissurus esset, ac Hermon gubernator dixisset: bene rem habere si inde soluerent: triremes enim Atheniensium multò plures esse: Ecquid hoc? inquit, quum fugere & turpe Sparta sit, & damnosum: manentem uerò uel mori, uel uincere honestissimum. Facto autem sacrificio, quum ex uate audisset, extis uictoriam exercitui quidem portendi, sed imperatori mortem, nihil perterritus: Non ab uno, inquit, Sparta: me nanq; mortuo nihil Sparta diminuetur, sed si hostibus cesserò, minor fiet. Igitur quum Clearchum loco sui ducem declarasset, nauali prælio cum hostibus congressus fortiter pugnans uitam cum morte commutauit.

CHARILLVS interrogatus, cur Lycurgus tam paucas leges tulisset, quia, inquit, pauca loquentibus, paucis legibus est opus. Sed quodam rogante, cur uirgines aperta quidem facie, uxores autem uelata in publicum prodirent: Quia uirgines, inquit, maritos quidem sibi inuenire oportet: sed qui habent uxores, seruare. Helotum uerò quodam se cum eo audacius gerente: nisi, inquit, iratus essem, te occidissem. Interrogatus autem quam putaret optimam rempublicam: In qua plurimi, inquit, ciues de uirtute sine seditione inter se certent. Quodam uerò percontante, cur omnia deorum simulacra apud Lacedæmonios cum armis posita essent: Ut, inquit, ne quæ in homines propter timiditatem opprobria dicuntur, ea in deos referamus, ac ne iuuenes quidem inermes dijs supplicent. Idem aduersus Thebanos de quibusdam contradicentes: Aut

tes: Aut minus, inquit, efferrī oportet, aut plus posse.

CLEOMBROTUS Pausaniæ peregrino quodam cum patre de uirtute contendente: Tantisper, inquit, solum te pater est melior, donec tu quoq; genueris.

CLEOMENES Anaxandridæ Homerū quidem Lacedæmoniorum poëtam esse aiebat, Hesiodum autem Helotum & agricolarum. Illum enim ut bella sint gerenda, hunc autem ut colendi sint agri præcepisse. Quum uerò septem dierum cum Argiuis inducias fecisset, captato tempore tertia nocte dormientes (nam fœderibus fidebant) inuasit, ac alios quidem interemit, alios in seruitutem redegit. Sed quum obiurgaretur quòd iusurandum transgressus esset, dicebat ad dierum iusurandum noctes additas non fuisse, quum præsertim quicquid mali contra hostes fiat, id apud & deos & homines iustitia superius esse putetur. Sedeuenit ne Argis, cuius urbis gratia fœdera uiolauerat, potiretur. Nam mulieres quum è templis arma detraxissent, ipsum repulerunt. Ac deinde furiosus effectus, quodam arrepto gladiolo seipsum à talis ad membra usque letalia trucidauit, sicq; ridens & letabundus uitam reliquit. Sed quum uates eum deterret, ne exercitum aduersus Argiuorum urbem duceret, inde enim turpem reditum futurum, quum ad urbem accessisset, ac portas quidem clausas mulieres que in muris uidisset: Hic ne tibi, inquit, reditus uidetur esse turpis, quum uxores uiris cæsis portas clauserint? In Argiuos uerò, se ut periurum & impium conuicijs prosequentes: Male, inquit, dicendi uos quidem estis domini: sed malè uobis faciendi ego. Saniorum autem legatis cum rogantibus, ut aduersus Polycratem tyrannum bellum gereret, ac propterea longiore utentibus

oratione

oratione: *Quæ*, inquit, à principio dixistis, non memini, & idcirco ne media quidem intelligo, sed postrema non probō. Pirata uerò quum in agrum Lacedæmonium incursionem fecisset, captusq; diceret: Quoniã alimenta quæ militibus præberem, non habebam, idcirco ad eos qui habebant, nec sponte dare uolebant, ui sumpturus accessi: Concisa, inquit, & breuis militia. Quodam autem nequam malè ipsi dicente: An propter hoc, inquit, tu omnibus malè dicis, ne tempus de tua loquendi malignitate habeamus? Cuius uerò quodam dicente, oportere bonum regem omnino mitem esse: Eò usque, inquit, dum contemptui non sit. Ceterum longo morbo uexatus, quum expiatoribus uatibusq; mentem non solitus antea, adhiberet, quodam admirante: Quid miraris? inquit. Neque enim nunc idem sum, qui tunc eram: sed quum idem non sim, ne eadem quidem probō. Rhetore autem quodam de fortitudine orationem habente, plurimum ridebat. Sed ille quum dixisset: Quid rides Cleomenes, me de fortitudine uerba facientem audiens, quum præcipue rex sis? Quia, inquit, ô hospes, si & hirundo de ipsa diceret, hoc idem facerem: Sin aquila, magnam agerem quietem. Idem quum Argiui dicerent priorem pugnam, qua fuerunt superati, refici debere: miror, inquit, si unius syllabæ additione nunc fortiores facti estis, quàm antea fueritis. Quodam autè ipsum conuicijs prosequente ac dicente: Delicatus es, ô Cleomenes: At melius est, inquit, quàm iniustum esse. Tu uerò pecuniarum es studiosus, quamuis quæ tibi satis sunt paraueris. Sed cantorem quidam quum ipsi commendare uellet, ac hominem & ex alijs laudaret, & cantorem Græcorum optimum diceret, ostenso quodam ex ijs qui propè aderat: Per deos, inquit, iste mihi est coquus iuris cõdiendi peritissi

Vnius syllabæ, scilicet, facio et reficio. Sic interpretres. Plutarchus autè præterea & ἐναμύχουα. Ideo, si, duarū syllabarū additione &c. scripsit.

ritissimus. Quum uerò Mæander Semi tyrannus propter inuasionem Persarum Spartam fugisset, ac ostēdit quot quot aurea argenteaq; pocula attulisset, donaretq; quocunq; uellet, nihil quidē accepit sed ueritus ne alijs ciuium quibusdam distribueret, ad Ephoros profectus melius dixit fore Spartæ, si Samius hospes suus ex Peloponneso recederet, ne quem Spartiatrum suis persuasionibus malum efficiat. Ac illi quidem obtemperantes illo ipso die Mæandrum edicto exegerunt. Quidam uerò quum dixisset, cur Argiuos, qui sepe uobiscum bellum gesserunt, parta uictoria non deleuistis? Si deleuissimus, inquit, qui nostros iuuenes exercerent non haberemus. Rogante autem quodam, cur Spartiatæ dijs non dedicant spolia hostibus crepta? quia, inquit, à timidis sunt.

CLEOMENES Cleombroti, quodam ei dante pugnaces gallos gallinaceos, ac dicente, illos certantes pro uictoria interire: igitur aliquos, inquit, ex ijs qui illos interimunt, da mihi: nam illis hi sunt meliores. Quum uerò quidam longa uteretur oratione: quid mihi, inquit, de paruis rebus longa facis proœmia? Nam quanta res est, tanta et oratio qua uteris esse debet.

DAMONIDAS quum à chori magistro in ultima chori parte locatus esset: Euge, inquit, ô chori magister, excogitasti quo modo hic quoq; locus, alioqui inhonoratus, fieret honoratus.

DAMIS ad ea que scripta erant ab Alexandro, ut Deus decerneretur, Permittamus, inquit, Alexandro, si uelit Deus uocari.

DAMIDAS quum Philippus Peloponnesum inuasisset, ac quidam dixisset: Periclitantur Lacedæmonij grauiam pati, nisi cum Philippo in gratiam redeat: Semiuir, inquit,

inquit, quidnam graue pati possumus mortē cōtemnentes?

DERCILLIDAS ad Pyrrhum, castra in agro Spartano habentem, legatus, Pyrrho ipso iubente ut regem suum Cleonymum reciperent, nisi cognoscere malint, se nullo alio fortiores esse, excipiens inquit: Si quidem es deus, nihil timeamus: neq; enim iniusti sumus: Sin homo, nobis certē melior non es.

DEMARATVS Oronte ipsum asperius allocuto, quum quidam dixisset: Aspere se tecum gessit Orontes, ô Demarate: Nihil in me, inquit, peccauit: Qui nanq; ad gratiam loquuntur, nocent, uon qui cum odio. Quodam autem percontato, cur qui apud Lacedæmonios scutum abijciunt, ignominia afficiuntur, qui uerò galeas thoracae ue, minimè: Quia hæc, inquit, sua ipsorum causa induuntur, scutum uerò communis aciei gratia. Idem cantorem quum audisset: non malè, inquit, mihi nugari uideatur. In quodam concessu rogatus, utrum propter fatuam, an propter sermonis inopiam taceret: Atqui fatuus inquit, tacere non potest. Sed quodam interrogante, cur rex quum esset, Spartam fugeret: quia leges, inquit, sunt illic potentiores. Quum uerò Persarum quidam assistis muneribus concubinum suum abduxisset, ac diceret: ô Lacon, puerum quem amas uenatus sum: At minimè, inquit, per deos tu quidem, sed emisti. Persarum autem quidam quum à rege defecisset, à Demaratoq; peruersus redisset, ac Persam ipsum rex occidere uellet: Turpe est, inquit, rex quum tibi quidem erat inimicus, tum non potuisse ab ipso defectionis pœnam sumere, nunc uerò quum factus est amicus, necare. Sed ad regis parasitum sepius exilium sibi exprobrantem: Non pugnabo, inquit, tecum ô hospes: nam uite ordinem absumpsi.

EMEREPES Ephorus Phrynidis musici duas è nouem chordis bipëni excidit dicens: Musicã ne depraues.

EPAENETVS omniũ dictabat & delictorum, & iniuriarum mendaces esse autores.

EVBOIDAS quosdam audiens uxorem alienam laudantes non approbabat, quòd diceret, nullum omnino uerbum de muliebri ingenio ab externis esse faciundum.

EYDAEMONIDAS Archidami filius Agidisq; frater, quum in Academia Xenocratem iam seniore cum familiaribus disputantem audisset, interrogauit quisnam senex esset. Cui quum quidam respondisset, illum sapientem esse uirum, ac ex eorum numero qui uirtutem quererent: Et quando illa utetur, inquit, si etiamnum querit? Audiens uerò Philosophum, qui differendo colligeret, solum sapientem bonum esse imperatorem: Sermo quidem admirandus est, inquit, sed qui illum facit, fide caret: Neque enim unquam tubarum clangore fuit excitatus. Idem quum Xenocrates quæstionem iam edisseruisset, ac finem dicendi faceret, fortè aduenit. Quumq; eorum quidam qui cum ipso erant, dixisset: posteaquam nos aduenimus, cessauit: Bene, inquit: siquidem iam ea dixerat quæ uolebat. Sed quum ille dixisset: At pulchrum erat audire: An & ad eum qui cœnatus sit uenientes, ut iterum cœnet rogemus? Percontante uerò quodam, cur ciuibus aduersus Macedonas bellum decernentibus ipse quietem agere probet: quia nolo, inquit, ipsos mendacij arguere. Sed alter quum uictorias de Persis partas commemoraret, ad bellumq; exhortaretur: ignorare mihi uideris, inquit, idem non esse, mille pecora sperare, & cum quinquaginta lupis pugnare. De cantore autem quodam approbato interrogatus, qualis sibi esse

esse uideretur: Magnus, inquit, in re parua delinitor. Quidam uerò quum Athenas laudaret: Ecquis, inquit, eam urbem laudet, quam nemo probus unquam dilexit? Quum autem quidam Argiuus dixisset, Laconas peregrinationibus deteriores fieri, quippe qui à patrijs legibus recedant: At non uos, inquit, Spartam uenientes peiores euaditis, sed meliores. Alexander uerò quum in Olympijs edixisset omnibus exulibus in suam cuiq; patriam reditum patere præterquã Thebanis: Aduersum quidem uobis, ô Thebani, inquit, edictum, sed gloriosum: Solos nanque uos Alexander timet. Idem interrogatus, cuius rei gratia Musis ante pericula immolent Spartiatæ: Vt præclaris, inquit, gestis præclaræ quoq; orationes contingant.

EVRYCRATIDAS Anaxandridæ, percontante quodam, cur de contractibus Ephori iura quotidie reddant: Vt, inquit, inter hostes quoque fidem mutuam habeamus.

HERONDAS quum Athenis quidam ocij damnatus foret, iussit ostendi sibi eum, qui in causa liberali conuictus foret.

HIPPODAMVS quando Agis contra Archidamum aciem instruebat, quum ab Agide Spartam remitteretur, ut illic quæ necessaria forent præpararet: At hic, inquit, non ne præclarus diem obibo, si pro omnibus fortiter fecero? Natus autem erat annos ultra octoginta. Sumptis igitur armis stans ad regis dexteram pugnando fuit interfectus.

HIPPOCRATIDAS ad Carie satrapam, à quo literas acceperat de Lacedæmonio uiro, qui insidiantibus quibusdam insidiarum conscius tacuerit, rogatus que erat, quomodo uti illo deberet, rescripsit: Si quo magno qui-

dem bono ipsum affecisti, occide: sin minus, è regione pelle, ut qui ad uirtutem timidus sit. Quum autem quidam adolefcens, quem amator fequebatur, ipfi occurriffet, ac fe auertiffet: Cum ijs, inquit, eundum eft, quibus cum uifus eundem ferues colorem.

LEOTYCHIDAS primus quum à quodam facile mutari diceretur: propter tempora, inquit, non ut uos propter ueftrum ipforum uitium. Ad eum uerò qui rogabat, quo modo quis maxime præfentia bona tucretur: Si non omnia, inquit, fortunæ crediderit. Interrogatus quoq; quid ingenuos pueros difcere potiffimum oporteat: quæcunq;, ait, ipfos quum uiri fuerint, iuuent. Quodam autem rogante, quam ob caufam parum bibant Spartiatæ: Ne pro nobis, inquit, alij confultent, fed nos pro alijs.

LEOTYCHIDAS Ariftonis ad eum qui dixerat, Demarati filios ipfi malè dicere: Per deos, inquit, nihil miror, neq; enim illorum quifquam bene dicere poffet. Quum autem propinquieris portæ clauis draco circunvolutus foret, ac uates monftrum effe denuntiant: Minime, inquit, mihi quidem uidetur, fed fi clauis draconi circunvoluta foret, monftrum effet. Ad Philippum uerò Orphei facris inuitantem prorfus quidem mendicum, fed afferentem omnes apud feipfum inuitatos poft uite finem felices fore: Cur igitur, inquit, ô ftolide, quamprimum non moreris, quò & infelicitatem, & egeftatem flere definas? Quodam autem percontante, cur arma hoftibus detracta dijs non dedicant Spartiatæ? Quia, inquit, quæ propter poffefforum timiditatem uenati fumus, neq; à iuuenibus uideri, neq; dijs expedit dicari.

LEON Eurycratides interrogatus, quam quis urbem incolens tutus fit: Vbi, inquit, neque plura, neque pauciora

pauciora inhabitantes possideant, & ubi iustitia polleat, & iniustitia iaceat. Cursores autem in Olympijs spectans de emissionem sollicitos esse, ut meliore quisq; forent conditione: Quanto, inquit, magis cursores uelocitati student, quam iustitiæ? Quum uerò quidam intempestiue de rebus non inutilibus disseruisset: Non opportune, inquit, ô hospes, opportuno uteris.

LEONIDAS Anaxandridæ filius, & Cleomenis frater, ad quendam dicentem, Præterquàm quòd rex es, nihil nobis præstas: Atqui nunquam, ait, nisi uobis melior essem, rex fuisset. Quum autem Gorgo uxor percontaretur, quando ad Thermopylas proficiscebatur cum Persis dimicaturus, num quid sibi mandaret: Ut, inquit, & probis nubas, & probos liberos parias. Dicentibus uerò Ephoris, paucos ad Thermopylas ab ipso duci: Et ad quod, inquit, uadimus opus? Sed quum illi iterum dixissent, num quid aliud facere decreuisti? Transitum, inquit, Barbarorum uerbo quidem impedire, sed re ipsa pro Græcis mortem obire. Atqui in Thermopylis quum iam esset, ait ad commilitones: Dicunt Barbarum in proximo esse, quare tempus non est terendum: Iam enim aut uinci à nobis Barbaros, aut nos mori licet. Et quopiam dicente, propter Barbarorum sagittas solem uidere non est: Ergo cum ipsis, inquit, iucundè in umbra pugnabimus. Quum uerò alius dixisset: Adsunt prope nos: Igitur, inquit, & nos prope illos. Sed quum alius dixisset: Aduersus multos, ô Leonida, cum paucis periclitaturus sic ades? Si me quidem multitudini fidere putatis, ne tota quidem Græcia sufficeret. Nam parua illorum multitudinis pars est. Sin autem uirtutibus, & hic numerus est satis. Alio uerò idem dicente: Attamen, inquit, multos ut morituros du-

co. Xerxes autem quum ipsi scripsisset: Licet tibi cum dijs non pugnanti, sed mecum militanti Graeciae principatum obtinere, rescripsit: Si uita bona cognosceres, longe ab alienorum cupiditate abesses. Mihi uero melius est pro Graecia mori, quam contribulibus & finitimis imperare. Sed quum Xerxes iterum scripsisset, Mitte arma, rescripsit: Veni & cape. Quum uero iam hostes aggredi uellet, belli praefecti dixerunt, oportere ipsum alios expectare: neque enim adesse, qui sunt pugnaturi: An ignoratis, inquit, eos solos contra hostes pugnare, qui reges & uerentur & timement? Militibus autem praecipit, pranderent tanquam apud inferos cenaturi. Idem interrogatus, cur fortissimi uiri claram mortem obscurae uitae anteponent: Quia, inquit, hoc quidem naturae proprium, illud uero suum ipsorum esse putant. * Iuuenes uero coelibes uolens seruare, quum sciret eos id aperte non toleraturos, scytalis unicuique ipsorum datis ad Ephoros misit. Ac tres quae ex ijs * qui duxerant uxores, seruare uolebat, sed quum ipsi id animaduertissent, scytalas accipere non sustinuerunt. Ac eorum quidem unus dixit: Non praeco, sed pugnator te sum secutus. Alter uero: Hic manens melior ero. At tertius: Non horum postremus, inquit, sed primus pugnabo.

LOCHADVS Polyenidae filius & Sironis pater, quum quidam ei nuntiasset, alterum e filijs mortuum esse: Iam pridem, inquit, sciebam illum mori oportere.

LYCVRGVS ille legum lator uolens ex eo uiuendi modo qui antea fuisset, ad temperatiorem uitae ordinem suos ciues traducere, ac honestos fortesque efficere (nam deliciores erant) duos educauit catulos ex iisdem parentibus natos, quorum alterum gulae assuefecit,

domi

* id est.

* id est.

domi
nem e
fuit &
porem
ac le
eodem
se euas
nestas
casse ca
cis, alte
tum ad
gulae se
bus affe
tum ed.
& nos
admira
faciamu
est uisus
Ac fact
tione di
conicun
intuitus
uisus est
ca uidet
se diuise
sublatio
equo di
inequal
rosque di
num &
duraxa

domi esse permittens, alterum autem educens ad uenationem exercuit. Deinde illis in concionem adductis, disposuit & spinas & quaedam gule irritamenta, posteaq; leporem dimisit. Sed quum ad consueta uterque cucurrisset, ac leporem alter cepisset: Videte, inquit, ô ciues, quum ex eodem sint genere, quàm dissimiles ob educationem inter se euaserint, quantoq; efficacior quàm natura ad res honestas sit exercitatio. Quidam tamen ferunt ipsum educasse catulos non ex iisdem ortos, sed alterum ex domesticis, alterum è uenatorijs. Ac peiori quidem ex genere natum ad uenatoria exercuisse: ex meliori autem ganea & gule solum assuefuisse. At postea quum uterq; ad ea quibus assuetus erat, impetum fecisset, aperteq; pateret quantum educatio & ad meliora ualeat & ad peiora: Igitur & nos ô ciues, inquit, nihil generositas, quæ uulgo est admirationi, & ab Hercule ductum genus iuuat, nisi ea faciamus, per quæ ille hominum clarissimus fortissimusq; est usus, per totam uitam honesta discentes ac exercentes. Ac facta agri diuisione, equaliq; omnibus ciuibus portione distributa, fertur quum aliquando per agrum Laconicum paulò ante demessum peregre ueniens transiret, intuitus aceruos iuxta se inuicem positos ac equales, gauisus esse, atq; ijs qui aderant dixisse: Quàm tota Laconica uidetur esse multorum fratrum, qui nuper illam inter se diuiserint. Quum autem nouas tabulas & debitorum sublationem inuexisset, omnes quoque res domesticas ex equo diuidere aggressus est, ut omnem & imparitatem & inaequalitatem penitus auferret. Sed quoniam uidebat plebsq; diuitum manifestam priuationem agrè ferentes, nummum & aureum & argenteum irritum effecit, ferroq; duntaxat uti iussit. Ac quousque tota substantia habenda

foret, ex illius permutatione definiuit. Quo quidem factio
 omnis ex Lacedaemone iniustitia excidit. Nam neq; fura-
 ri, neq; largitionibus corrumpere, neq; auferre aut rape-
 re cuiquam amplius libebat, quod nec abscondere, nec in-
 cunde possidere, nec sine periculo uti poterat, nec uel
 exportare uel importare tutum erat. Ad haec quaecunque
 peregrina quoq; & superuacanea ex urbe eiecit. Quare
 neq; mercator, neq; rhetor, neq; uates circulator'ue, neque
 apparatus artifex Spartam ingrediebatur. Neque enim
 numus apud ipsos utilis relictus, sed ferreus solum in usu
 erat, quae quidem est mna pondere Aeginetica, ui autem
 aerei quatuor. Quum uero delicias inuadere, ac diuitiarum
 amorem auferre cogitasset, conuiuia publica inuexit. Ad
 illos autem qui querebant, cur illa instituisset, atque ita di-
 stinxisset, ut ciues pauci cum armis simul discumberent.
 Ut, inquit, prompte imperata accipiant, & si quid inno-
 uauerint, in paucis sit peccatum. Aequalitas uero & cibi
 & potus erat, ac non solum epulis diues pauperi non
 praecellebat, sed ne strato quidem, aut uasis, aut prorsus
 ulla alia re superior erat. Sed quum diuitias uiles effecis-
 set, quippe quas nemo uel in usu habere uel ostentare uel-
 let, ad familiares dicebat: Quam pulchrum est, o sodales,
 re ipsa demonstrare, quales omnino sint diuitiae. Sunt
 enim caecae. Praeterea cauit ne ijs qui domi ante coenas-
 sent, liceret ad publica conuiuia ire, alijs epulis potioni-
 busq; repletis. Vituperabant autem reliqui eum qui neque
 biberet secum, neque comederet, perinde atque inconti-
 nentem, & a communi uictu propter mollitiem alienum.
 Quicumq; uero deprehensus fuisset mulctabatur. Vnde Agis
 qui multo post tempore fuit rex, ab exercitu reuersus
 (nam Athenienses debellauerat) quum uellet quodam die
 apud

apud
 praese
 notuiss
 tionae
 conuic
 Ac e fo
 dem p
 fugit,
 Quem
 accepit
 niuente
 eius qu
 torem.
 caecae
 Nam o
 uocant
 quia, i
 poris r
 tectum
 lum a s
 inquit,
 critate
 qualia
 uero co
 apud q
 nis don
 terroga
 rentur.
 Sepius
 assueti,
 non par

apud uxorem coenare, ac portiunculas posceret, belli
 praefecti non miserunt. Sed quum postridie id Ephoris in-
 notuisset, mulctatus est. Istiusmodi igitur legum constitu-
 tiones quum diuites ægre ferrent, in illum insurrexerunt,
 conuicijs prosequentes, cædentesq; & lapidare uolentes.
 Ac è foro pulsus ab ijs qui eum persequiebantur, alios qui-
 dem præteriens in templum Chalciacæ Mineruæ con-
 fugit, sed Alcander ipsi respicienti oculum baculo eruit.
 Quem publico quidem decreto quum ad supplicium postea
 accepisset, neq; ullo malo affecit neq; accusauit, sed unâ
 tenuentem secum habens effecit & sui laudatorem, & ui-
 ctus quo utebatur, & profus institutionis illius approba-
 torem. Cæterum calamitatis illius monumentum in luco Chal-
 ciacæ Mineruæ sacellum erexit, ac Optiletin appellauit.
 Nam oculos Doricenses, qui in illa sunt regione, optilos
 uocant. Interrogatus autem cur legibus scriptis non sit usus:
 quia, inquit, rectè eruditi ac bene honesteq; instituti tem-
 poris rationem habent. Percontantibus uerò quibusdam, cur
 tectum à securi domibus imponi iussisset, ianuam autem so-
 lum à serra, nulloq; aliorum instrumentorum: Vt ciues,
 inquit, omnibus in rebus, quas in domum inferunt, medio-
 critate utantur, & nihil eorum quæ alijs cara sunt habeant,
 qualia sunt pocula & lecti, ac mensæ pretiosæ. Ex hac
 uerò consuetudine ferunt & Leotychiden primum regem
 apud quendam coenantem, quum sumptuosam cõignatio-
 nis domus constructionem & lacunatam spectasset, in-
 terrogasse hospitem, an quadrata apud ipsos ligna nasce-
 rentur. Interrogatus etiam cur in eosdem hostes uctiuisset
 sepius expeditionem facere: ne sepe, inquit, repugnare
 assueti, bellandi peritiam assequantur. Vnde & Agesilao
 non paruo crimini datum est, quod assiduus in Bœotiam
 incur

incurſionibus Thebanos Lacedæmoniorum hoſtes inſtruxiſſet. Vulneratum igitur ipſum quum uidiſſet Antalcidas, accuſauit, quòd Thebanos ipſos nec uolentes, nec ſcientes pugnare docuiſſet. Pulchra uerò, inquit, doctrine præmia accipis à Thebanis, quum illos aſſuefeceris ac docueris uel inuitos pugnare. Alio item quærente, cur uirginum corpora curſibus & luctis, ac iaculorum diſcorumq; iactibus exercenda cenſuiſſet: Vt ſtirps, inquit, eorum qui gignerentur, ualidū in ualētibus corporibus principium ſumens bene germinaret, ac ipſe partus robuſtè perferentes, facile ſimul & fortiter doloribus reſiſtant: & ſi qua neceſſitas coëgerit, poſint & pro ſeiſis, & pro ſilijs, & pro patria pugnare. Sed uirginū in pompis denuationē quibuſdam accuſantibus, & cauſam quærenibus: Vt iſdem, inquit, ſtudijs quibus & uiri exercitate, nihil minus neq; circa robur corporis & ſanitatē, neque circa * animi ambitionē ac uirtutē habeant, & uulgarē gloriā contemnat. Vnde & Gorgo Leonidæ uxor ita reſpondiſſe memoratur. Quum enim quædam hoſpes, ut uidetur, ipſi dixiſſet: Solæ uos Lacæne uiris imperatis, reſpondit: Nempe nos ſolæ uiros parimus. Coelibes uerò à ſpectaculo gymnicorum ludorum prohibendo, ignominiaq; afficiendo, magnam liberos gignendi curam iniecit. Nam honore eo ac reuerentia, quam iuuenes ſenioribus exhibebant, illos priuauit. Vnde & illud in Dercilidam dictum, quamuis ſpectatus eſſet imperator, reprehendit nemo. Illi nanque aduenienti iuniorum nemo ſede ceſſit, quum dicerent pro ſe quiſque: Ne tu quidem, qui mihi ceſſurus ſit, genuiſti. Quodam autem percontante, cur uirgines indotatas nubere lege cauſiſſet: Vt neque propter egeſtatem, inquit, aliqua relinquantur

* φιλότητις.

tur in
quſq;
Nam
eicit.
ſocum
ex per
qui m
ſimul
equal
im ac
inquit
noui,
tanqu
di arte
ornate
atq; an
poribu
tate, q
bile in
Gerad
qui ab
nam ſe
tam: l
illo ſu
nam,
& de
pudici
uantia
Demo
in dom
tante,

tur innuptæ, neq; propter opulentiam colantur, sed unus-
 quisq; puellæ mores spectans ex uirtute faciat electionem.
 Nam ob id omnem quoque fucatorium ornatum ex urbe
 eiecit. Quum uerò nuptiarum tempus & maribus &
 facinoris statuisset, ad eum qui causam quærebat: Ut qui
 ex perfectis, inquit, generantur, robusti sint. Se ad eum
 qui mirabatur, quòd sponsum cum sponsa prohibuisset
 simul dormire, illumq; iussisset maximam diei partem cum
 equalibus conuersari, & totas quiescere noctes, & fur-
 tim ac pudibundè cum sponsa coire: Ut & corporibus,
 inquit, sint robusti, & non satiati amando semper sint
 noui, & liberos ualidiores edant. Vnguentum præterea
 tanquam olei corruptionem atq; perditionem, ac tingen-
 di artem ut sensus adulationem, expulit. Omnibus autem
 ornatus corporis artificibus Sparta interdixit, perinde
 atq; artis prauitate artes inquinantibus. Tanta uerò tem-
 poribus illis mulierum pudicitia erat; tantumq; à facili-
 tate, qua postea fuerunt inquinatæ, aberant, ut incredi-
 bile in ipsis prius adulterium fuerit. Ac sermo quidem
 Geradate cuiusdam Spartiatæ antiquissimi memoratur,
 qui ab hospite rogatus, quid adulteri Sparta patiantur:
 nam se nullam uidere legem super hoc à Lycurgo la-
 tam: Nullus ò hospes, inquit, adulter apud nos est. Sed
 illo subiciente, si igitur fieret, idem Geradatas: Quo-
 nam, inquit, modo adulter Sparta fiat, ubi & diuitiæ,
 & deliciæ, & corporis ornamenta in nullo sunt honore,
 pudicitia autem ac modestia, & magistratuum obser-
 uantia magno æstimantur? Ad eum uerò qui censebat
 Democratiã in urbe instituendam esse: Tu primus, inquit,
 in domo tua constitue Democratiã. Quodã autè percon-
 tante, cur tam exigua tenuiaq; sacrificia statuisset: Ut deos,
 inquit,

inquit, uenerari nunquã desinamus. Sola uero certaminum quum ea permisisset ciuibus certare, in quibus manus non protenditur, quidam causam rogauit, hic autem: Vt nemo ipsorum, inquit, laborando deficere assuescat. Sed quum quidam interrogaret, cur frequenter mutari castra iuberet: Vt hostibus, inquit, magis noceamus. Alio autem rogante, cur turres oppugnare uetuisset: ne uel à muliere, inquit, uel à puero, uel ab aliquo simili homunculo fortiores interimantur. Consulentibus uerò Thebanis de sacrificio & luctu, quem Leucotheæ exhibent, respondit: Si deam quidem putatis, non est lugenda: sin hominem, illi non est ut deo sacrificandum. Ad eos autem ciues qui querebant, quomodo hostium incursionem repellerent: si egeni, inquit, sitis, nec plus alter altero quærat. Ac rursus de muris interrogantibus, minime sine muris eam urbem esse dixit, quæ uiris, non lateribus coronata foret. Nutriebant autem & comam Spartiata, quandam Lycurgi de hac re legem commemorantes, pulchros quidem coma honestiores fieri, deformes autem terribiliores. Præcipiebat uerò ut in bellis quotiescunque in fugam uertissent hostes, ac uicissent, quousque confirmaretur uictoria persequerentur, ac statim retrocederent: Neque enim Græcorum esse, eos interimere qui cecissent. Ad hoc utile quoque esse aiebat. Nam scientes eos qui aduersus se pugnant, parcere cedentibus, ac repugnantes occidere, utilius fugere quàm resistere putant. Sed quodam percontante, cur hostium caduera spoliari uctuisset: Non solum, inquit, ne circa spolia occupati pugnam negligant, sed etiam ut paupertatem unã cum aciei ordine seruent.

LYSANDER missas à Dionysio Siciliæ tyranno pretiosas

pretio
uereri
multo
tutusq;
ret: in
Vaser
ception
nestum
mendac
tem &
periba
cale ina
dens ai
esse assu
quod q
ros quo
do. Ath
gos, su
dedition
Athene
dentibus
dicere,
finibus
ntri pari
ret, misit
per illor
in comm
retur: T
quàm uer
ros tran
leporem

pretiosas uestes suis filiabus, non accepit, quòd diceret se uereri ne illis indute deformiores uiderentur. Sed haud multò post quum Dionysius ipse duas misisset stolas, hortatusq; foret, utram illarum uellet eligeret, ad filiamq; ferret: ipsa, inquit, illa melius eliget, ac utraque accepta abiit. Vaser autem simulator Lysander factus, quum multa deceptionibus perageret, ac iustum in sola utilitate, & honestum in commoditate esse putaret, ueritatem quidem mendacio potentiozem esse dicebat, sed utriusque dignitatem & honorem usu definiri. Ad eos uerò à quibus uituperabatur, quòd plurima decipiendo perageret, ut Hercule indignus, & dolo, non aperte quicquam gereret, ridens aiebat, quòd leonina pellis non peruenit, uulpinam esse assuendam. Præterea alijs quoq; accusantibus ipsum, quòd quæ Mileti iurauerat transgressus esset, dicebat pueros quidem talis decipere oportere, sed uiros iureiurando. Athenienses uerò quum ex insidijs uicisset apud Aegos, siue Capræ flumina, & fame ipsos pressisset, ad deditionem coëgit, & ad Ephoros scripsit: Captæ sunt Athenæ. Cum Argiuis autem de terræ finibus contentibus Lacedæmonijs, ac illis iactantibus, se iustiora dicere, stricto gladio: Qui hunc, inquit, obtinet, de agris finibus optimè differit. Bæotos uerò dubitare uidens utri parti adhærerent, quum per illorum agrum transiret, misit ad eos sciscitans, utrum rectis an inclinatis hastis per illorum agrum transiret. Megarensis autem uir quum in communi conuentu contra ipsum loquendi licentia uteretur: Tua, inquit, ô hospes uerba ciuitatis egent. Postquam uerò Corinthij defecerunt, quum iuxta illorum muros transiret, Lacedæmoniosq; uideret, pigre inuadere, ac leporem è fossa quidem exilire spectasset: Non pudet uos, inquit,

inquit, ô Spartiate, istiusmodi hostes timere, quorum inertia lepores in muris dormiunt? Eundem uerò in Samothracia oraculum petentem, quum sacerdos iussisset dicere, quid deterrimum in uita fecisset, ipse quoque sacerdotem interrogauit: Vtrum iussu tuo, inquit, an decorum hoc facere oportet? Ac illo dicente, decorum: Tu igitur, inquit, mihi concede: at illis, si percontentur, dicam. Persa autem interrogante, quam maximè laudaret Remp. Quæ, inquit, fortibus & timidis conuenientia retribuit præmia. Sed ad eum qui dixerat, ipsum à se & laudari & defendi: Duos, inquit, boues in agro habeo, quibus quidem tacentibus pulchre scio uter ipsorum & operetur & ocietur. Quodam autem conuicijs ipsum onerante: dic, inquit, frequenter, ô peregrinelle dic, nihil omittens, si fortè tuum ijs malis animum, quibus plenus esse uideris, euacuare possis. Post ipsius uerò mortem quum de societate dissensio foret, Agesilaus ad Lysandri domum se contulit, de ipsa literas inspecturus: illas enim penes se Lysander tenebat. Sed liberum quoque à Lysandro scriptum de Repub. inuenit, ut oportebat ab Euryprotidis & Agidis regnum auferri, & in medium poni, electionemque ex optimatibus fieri, ne eorum qui ab Hercule, sed eius qui talis uirtute qualis Hercules fuit, iudicaretur, præmium sit, quum præsertim & ille ad decorum honores sola uirtute sublatus sit. Ac orationem quidem hanc ciuibus exhibere tentauit, ut ostenderet qualis ciuis fuisset Lysander ignorari, & id quidem in Lysandri amicorum calumniam. Sed Cratidem ferunt, tunc inter Ephoros eminentem, ueritum ne lecta oratio persuaderet, reprehendisse Agesilaum, ac dixisse, non solum non oportere effodere Lysandrum, sed etiam orationem unà cum ipso defodere, callidè ad persuad

Sua
 spon
 est, a
 tem
 nat
 N
 beate
 gavit
 bere
 quer
 N
 malco
 tes. C
 nutria
 ac min
 uerò
 ocio es
 uos* u
 P A
 ostenta
 Per de
 biatio.
 grauib
 rogasse
 pe aliuc
 ipsis ur
 P A
 nensibu
 muliere
 mortuos
 patria,

suadendum compositam. Eos uerò qui ipsius filias sibi desponsassent, ac deinde post mortem, quia pauper iuuentus est, aspernarentur, Ephori multaucrunt, quia quem diuitem putantes colebant, cum & frugi & iustum ex paupertate cognoscentes despiciebant.

NAMERTES orator missus, quum quidam ipsum beatum esse diceret, quòd multos haberet amicos, interrogauit, an exploratum haberet, quo modo quis se multos habere amicos experiat. Sed quum alter quidam id discere quereret: Aduersa, inquit, fortuna.

NICANDER asserente quodam, Argiuos ipsi maledicere: Igitur dant pœnas, inquit, bonis maledicentes. Quodam autem percontante, cur comam barbaram nutriant Spartiatæ: Quia, inquit, omnium pulcherrimus ac minime sumptuosus uiro suus cuique est ornatus, Quum uerò Atheniensium quidam dixisset: Perquam alieni ab ocio estis, ô Nicander: Vera, inquit, narras, sed non sicut uos* ut contingat studemus.

*ὁ πῶς τὸ χολῶ

PANTHOEDAS legatus in Asiam uadens, ostentantibus ei quibusdam murum & magnum & altum: Per deos, inquit, ô hospites, pulchra hæc est mulierum habitatio. In Academia uerò quum Philosophi de multis & grauius quidem disseruissent, ac deinde Panthœdam interrogassent, quid sibi de illis sermonibus uideretur: Quid nempe aliud, inquit, quàm quòd studiosi, sed utiles nihil, nisi uos ipsis utamini?

PAVSANIAS Cleombroti, Delijs cum Atheniensibus de insula Delo disceptantibus & dicentibus, neq; mulieres ex lege quæ apud ipsos est, in insula parere, nec mortuos sepeliri: Quo igitur modo, inquit, ea uestra sit patria, in qua nemo uestrum nec natus est, nec erit sepultus?

pultus? Exulibus autem ipsum hortantibus ad ducendum in Athenienses exercitum, dicentibusq; ab illis solis tum in Olympijs fuisse exhibitum, quum uictor fuit declaratus: Quid igitur, inquit, putatis eos esse facturos, si quid mali à me passi fuerint, qui beneficio affecti exhibant? Percontante uerò quodam, cur Tyrtaeum poetam ciuitate donassent: ne, inquit, peregrinus nobis dux fuisse uideatur. Idem ad eum qui quum infirmus corpore esset, tamen consulebat cum hostibus terra mariq; periclitandum esse: Vis igitur, inquit, te ipsum exuens ostendere qualis sis, qui nobis ut pugnemus consulis? Admirantibus uerò quibusdam in Barbarorum spolijs uestium sumptum: Melius esset, inquit, ipsos multi fieri, quàm multi facienda possidere. Post uictoriam autem de Medis apud Plateas partam, iussit Persicam coenam preparatam sibi apponi, in qua quidem quum admirandus inesset sumptus: Per deos, inquit, lurco Persa erat, qui quum tot haberet, ad nostram uenerit polentam.

PAVSANIAS Plifstanaëtis, ad quendam interrogantem, cur ex priscis legibus nullam mouere apud Spartiatis liceret: Quia leges, inquit, hominum, non homines legum dominos esse oportet. Quum autem ipse Lacedaemonios Tegeæ, ubi exulabat, laudaret, ac quidam dixisset, Cur igitur Sparta non manebas? cur illinc aufugisti? Quia, inquit, ne medici quidem apud sanos, sed ubi sunt ægroti, uersari consueuerunt. Idem quodam percontante, quo modo Thracæ debellare possent: si optimum, inquit, imperatorem delegerimus. Medicus uerò quum ipsum inspiceret, ac diceret, Nihil mali habes: Te nempe, inquit, medico non utor. Amicorum autem quodam ipsum accusante, quòd medico cuidam detraheret, nullam
eius

eius peritiam habens, ac ne ulla quidem iniuria affectus:
 Quia, inquit, si de illo periculum fecissem, nequaquam
 uiucrem. Sed quum medicus ipsi dixisset, At senex factus
 es: Quia te, inquit, medico non sum usus. Optimum autem
 illum dictabat esse medicum, qui egrotantes tabescere non
 faceret, sed quamprimum sepeliret.

PAEDARETVS quodam dicente, multos esse
 hostes: Nos igitur, ait, maiorem gloriam assequemur, nam
 plures interficiemus. Quum autem quendam uidisset na-
 tura quidem mollem, sed qui propter modestiam à ciui-
 bus laudaretur: Nec uiros, inquit, mulieribus similes
 laudare oportet, nec uirorum mulieres, nisi mulier aliqua
 necessitate cogatur. Inter trecentos autem quum non esset
 delectus, qui honor in urbe ordine primus erat, hilaris
 quidem ac ridens abibat, sed reuocatus ab Ephoris &
 interrogatus, cur rideret: quia gratulor, inquit, ciuitati
 trecentos ciues quàm ego sim meliores habenti.

PLISTARCHVS Leonide, ad eum qui interro-
 garat, quam ob causam à primis regibus non cognomina-
 ventur: Quia illi magis, inquit, duces esse quàm regnare uo-
 lebant, illorum autem posteri minime. Quum uerò causi-
 dicus quidam ridicula diceret: non cessabis, inquit, ô
 hospes, à ridiculis continuè dicendis, ne ridiculus fias, ut
 qui assidue luctantur, luctatores? Dicente autem quo-
 dam ipsum à maledico laudari: Miror, inquit, nisi si quis
 illi dixit me mortuum esse. Nam uiuentem ille posset lauda-
 re neminem.

PLISTONAX Pausaniæ filius quum Atticus
 quispiam rhetor inscitiam Lacedæmonijs obijceret: Rectè
 (inquit) narras: nam è Græcis omnibus soli nos mali nihil à
 nobis didicimus.

ἀδελφῶν, id
est, fratres.

POLYDORVS Alcamenis, quum quidam inimicis assidue minitaretur: non uides, inquit, maximam ultionis partem abs te consumi? Quum uerò contra Messenem exercitum educeret, interrogauit quidam, an esset aduersus* adelphos pugnaturus: minime, dixit, sed ad regionem nondum sortitam se proficisci. Argiuis autem post trecentorum illorum pugnam uniuersis acie superatis, Polydorum socij exhortabantur, ne occasionem prætermitteret, sed hostium murum inuadens urbem caperet. Facillimum nanq; futurum, quum & uiri perierint, & uxores deserte sint. Ad eos igitur dixit: Hostes quidem pugnando ex æquo uincere mihi est honestum: sed qui pro agri finibus pugnauerit, cum affectare ut capiat urbem, minime iustum esse duco. Nam ueni ut agrum recuperarem, non ut urbem occuparem. Interrogatus autem, cur Spartiatæ in bello fortiter periclitentur: quia duces, inquit, uereri, non metuere didicerunt.

POLYCRATIDAS ad regios duces legatione fungens cum quibusdam alijs, ab illis interrogatus, utrum priuatim aduenissent, an publicè missi fuissent; Si impetrauerimus, inquit, publicè: sin minus, priuatim.

SOEBIDAS ante periculum Leuatricum quibusdam dicentibus, illum ipsum diem ostensurum esse fortem uirum: multi faciendum inquit, diem, qui uirum fortem saluum monstrare possit: Fertur quum in loco difficili & aquæ indigo à Clitorijs obsideretur, pactus esse, ut terra bello parta illis cederet, si omnes unà secum e proximo bibissent fonte: nam illum hostes præsidij tenebant. Percussis igitur foederibus, quum eos qui secum erant, induxisset, ut regnum ei darent qui non bibisset, ac nemo sitim tolerare potuisset, sed omnes bibissent, ipse post omnes descendit

descendit, & circumasperfus hostibus adhuc presentibus, agrum, ut qui non bibisset, & inuasit & recepit.

TELECRVS ad eum qui dixerat, patrem ipsi maledicere: nisi, inquit, dicendum ei foret, nunquam dixisset, Quum uerò frater questus esset, quòd à ciuibus non similiter acciperetur ut ille, quum ex iisdem sit natus, sed ingratus: Tu nempe, inquit, iniurias, ut ego, pati nescis. Interrogatus autem, cur apud Spartiatas consuetudo sit, ut iuniores senioribus assurgant: Vt in ijs, qui nihil attinent, inquit, honorandis ita se gerentes, magis honorent parentes. Quodam uerò percontante, quantas diuitias possideret: non maiores, inquit, quàm quæ sint satis.

THEARIDAS ensẽm acuens quum interrogaretur an acutus esset: Acutior est, inquit, quàm calumnia.

THECTAMENES ab Ephoris morti adiudicatus abibat ridens. Sed quum quidam ex ijs qui aderant interrogasset, an etiam Sparta iura contemneret: Minimè, inquit, sed letatus sum, quia me oportet hanc exoluere multam, quam neq; à quopiam petij, nec mutuo accepi.

THEMISTEAS quum esset uates, Leonidæ regi futuram apud Thermopylas & ipsi & commilitonibus exitium prædixit. Sed quum Lacedæmonem à Leonida remitteretur sub prætextu quidem annuntiandi quæ futura erant, sed re uera ne periret, non sustinuit, sed dixit: Pugnator missus fui, non ut nuntios ferrem.

THEOPOMPVS ad eum qui rogarat, quo modo quis regnum securissimè tueretur: Si amicis, inquit, libertatem iusta loquendi concesserit, & subitos qui iniuria afficiantur, pro uiribus non neglexerit. Ad hospitem uerò dicentem, se à ciuibus Philolacona & Lacedæmonijs amicum uocari: melius, inquit, esset, te Philopoliten &

amicum ciuibus, quàm Philolaena nominari. Quum autem Eleorum legatus dixisset, se idcirco à ciuibus missum, quòd solus Laconicae uitae sit studiosus: Et utra, inquit, ò Elea uita, tua ne an aliorum ciuium melior est? Is uerò quum, mea, dixisset: Quo igitur modo, inquit, urbs seruari possit, in qua duntaxat unus de multis probus sit? Quodam praeterea dicente, Spartam idcirco seruari, quia reges scirent imperare: Minimè, inquit, sed quia ciues parere. Quum uerò Pylis maiores ipsi decreuissent honores, scripsit: Mediocres quidem honores tempore augeri, sed excedentes nimiosq; euanescere.

THERYCION Delphis rediens quum Philippi castra in Isthmo angustiasq; occupatas uidisset: malos, inquit, ianitores uos, ò Corinthij, Peloponnesus habet.

ZEVXIDAMVS percontante quodam, cur de fortitudine leges sine scriptis seruent, nec descriptas iuuenibus praebeant legendas: Quia melius est, inquit, assuescere fortibus gestis, quàm scripturis studere. Actolo autem quodam dicente, bellum pace aptius esse fortiter facere uolentibus: Minimè, inquit, per deos: sed his mors est quàm uita melior.

VARIA IGNOBILIVM

LACONVM APOPTHHEGMATA.

Spartiatæ Samiorum legatis longiore usis oratione dixerunt: Priora quidem obliti sumus, sed nec posteriora percepimus, quòd prima memoria exciderunt.

LACON interrogatus cur barbam perquam longam haberet: ut canos, inquit, uidens nihil indignum illis faciam. Quendam uerò optimos pugnatores laudantem quum Lacon audisset: apud Troiam, inquit. Alius quum

quum audisset quosdam coenatos bibere: non & comedere, inquit, coguntur? Pindarus quum scripisset, Græciæ columen esse Athenas, Lacon dixit Græciam facile ruituram esse tali columine innitentem. Quidam autem in tabula picta quum Lacones uidisset ab Atheniensibus iugulari, ac diceret, fortes nimirum Athenienses, Lacon fortè excipiens: in tabula, inquit. Aduersus quendam libenter maledicta ex calumnia admittentem, Lacon dixit: Desine contra me aures suppeditare. Ad eum uerò qui puniebatur, & dicebat, inuitus peccaui: castigare igitur Lacon, inquit, etiam inuitus. Quum Lacon in secessu sedentes in curribus homines uidisset: absit ut ibi sedeam, inquit, unde non est assurgere seniori. Chij quum in peregrinatione quodam die post coenam in Ephorum curia uomuissent, ac in illorum sedibus cacassent, primum quidem Ephori ipsi ualde perquirebant eos qui fecissent, an ciues fortè essent. Sed postquam cognouerunt Chios fuisse, edixerunt, se Chijs permittere petulantibus esse. Lacon duras amygdalas quum duplo uendi uideret: An rari, inquit, lapides sunt? Lacon lusciniam quum depilasset, ac carnis perquam exiguum inuenisset: uox, inquit, tu quidem es, & aliud nihil. Lacon Diogenem illum canem quum uidisset in magno frigore statuam arcam complectentem, percontatus est an frigeret. Quòd quum ille negasset: quid igitur magnum, inquit, facis? Lacon Metapontino cuidam timiditatem exprobrabat, qui quum dixisset: Atqui non parum alienæ terræ possidemus: non solum ergo timidi, inquit, sed etiam iniurij estis. Peregrinus quidam Sparte crepidatus in altero pede stans rectus ad Laconem dixit: Nequaquam puto te, ô Lacon, tantum temporis quantum ego in pede stare posse. At is excipiens: minime, inquit,

sed ex anseribus nullus est qui non. Quum quidam arte rhetorica gloriaretur, Lacon inquit: Atqui per deos ars nisi ueritatem contigerit, neque est, neque erit unquam. Arguius quidam quum olim dixisset, multa sunt apud nos Spartiatarum sepulcra, Lacon excipiens, At enim apud nos, inquit, Argiuorum nullum. Quòd uidelicet ipsi Argos sæpe inuasissent, nunquam autem Argiui Spartam. Lacon captiuus quum uenderetur, ac præco diceret, Lacona uendo, os illi obstruens dixit: Captiuum clama. Lacon quidam eorum qui cum Lysimacho militabant, ab ipso interrogatus, num aliquis ex Helotibus esset: tu uerò putas, inquit, Lacona quenquam ad tuos quatuor obolos esse uenturum? Thebani Laconibus apud Leuctra uictis, quum ad ipsum usque Eurotam iuissent, ac iactabundus quidam dixisset: Vbi nunc Lacones sunt? Lacon ab illis captus: Non adsunt, inquit: neque enim uos huc uenissetis. Atheniensibus autem rogantibus quando urbem tradiderunt, ut sibi Samum relinquerent, Lacones dixerunt: Quum uestri non sitis, tunc & alios habere queritis. Vnde & illud prouerbium: Qui se ipse non habet, Samum uult. Lacedæmonij quum urbem quandam ui cepissent, Ephori dixerunt, iuuenum certamen perisse: nam posthac non habebunt, quibus cum pugnent. Aliam uerò urbem pollicente ipsorum rege se penitus euersurum, quæ Lacedæmonios multis sæpe molestijs affecerat, non permisissent Ephori, dicentes: Ne destruas tollas ue iuuenum cotem. Luctantibus pueris magistrōs qui illos exercerent Lacedæmonij non præficiabant, ut non artis, sed uirtutis æmulatio foret. Vnde & Lysander interrogatus, quo modo à Charonte uictus esset: multa, inquit, arte. Philippus quum in Laconicum agrum peruenisset

ueni
lent
tum
fissen
uoc
gna
quer
tur sa
quum
prob
pseru
mult
pereg
ret. C
re alt
is mo
qui u
quit, n
si occ
quum
pueri
deren
lam,
seruan
rendu
rò seu
rante
quere
uidisse
uulpe
rò, inc

uenisset, ad Lacedæmonios scripsit, utrum amicum se uel-
 lent uenire, an hostem: Neutrum reclamauerunt. Lega-
 tum quendam quum ad Antigonum Demetrii filium mi-
 sissent, mulctauere, quòd regem acceperant ab ipso fuisse
 uocatum: tametsi singulos tritici modios singulis in ma-
 gna frumenti penuria ab rege ipso reportasset. Demetrio
 querente, quòd legatum unum ad se misissent: Non igitur
 satis, inquit, si ad unum unus? Flagitiosus quidam
 quum optimam dixisset sententiam, ipsam quidem ap-
 probarunt, sed illi ablatam, alij qui bene uixerat, adscri-
 pserunt. Quum fratres inter se contenderent, patrem
 mulctauere, quòd filios disidentes negligeret. Cantorem
 peregrinum mulctarunt, quòd digitis citharam pulsa-
 ret. Quum duo pueri fortè pugnarent, alter letali uulne-
 re alterum falce percussit. Familiaribus autem pueris quum
 is moriturus esset, pollicentibus se uindicaturos, ac illum
 qui uulnerauerat esse necaturos: Minimè per deos, in-
 quit, neque enim iustum est: nam et ego hoc idem fecissem,
 si occupassem ac fortis fuissem. Alius quidam puellus,
 quum adesset tempus quo lege cautum erat, ut ingenui
 pueri quod quisque posset ita furarentur ne deprehen-
 derentur in furto (nam id turpe erat) uiuam uulpecu-
 lam, quam pueri quibus cum erat, furati fuerant, accepit
 seruandam. Sed aduentibus ijs qui amiserant, ad que-
 rendum illam, sub ueste quamprimum occultauit. Fera ue-
 rò se uidente, ac pueri ipsius latus ad intestina usque lace-
 rante, tantisper tolerauit ne deprehenderetur, dum ij qui
 querebant, abissent. Sed quum pueri id quod factum erat,
 uisissent, accusarentq; dicentes: Melius erat manifestare
 uulpeculam, quàm usque ad mortem occultare. Minime ue-
 rò, inquit: sed satius est doloribus immori, quàm in furto

deprehendi, ac propter molliitiam turpiter uitam affectasse uideri. Quum quidam in itinere Laconibus obuiantes dixissent: Fortunati nimirum estis, quum hinc nuper abierint latrones: Atqui non, per Martem, nos, Lacones inquit, sed illi quia in nos non inciderunt. Lacon interrogatus quid sciret: liber esse, inquit. Puer Spartiata ab Antigono captus et uenditus, emptori quidem in omnibus parebat, quaecunque ingenuo faciunda putabat. Sed posteaquam dominus iussit illum matulam afferre, non sustinuit, inquit, non seruiam. Ac surgente quidem domino, is quum ascendisset in tectum, ac dixisset, senties quem emeris, seipsum precipitauit, et mortuus est. Lacon quum uenderetur, quodam dicente: Frugi eris, si te emero? Etiam si non emeris, inquit. Lacon captiuus quum uenderetur, praecone subinde clamante, se mancipium uendere: execrande, inquit, non dices captiuum? Lacon in scuto habens insigne muscam uera non maiorem, quum quidam irridentes dixissent, illud esse factum ut lateret: Imò uerò, inquit, ut sim manifestus: Ita nanque ad hostes accedo, ut hoc insigne, quantum est, ab ipsis uideatur. Lacon in conuiuio illata lyra: nequaquam, inquit, nugari Laconicum est. Spartiata interrogatus an esset tuta ad Spartam uia: qualis, inquit, accesseris: nam leones uadentes plorant: lepores autem in umbraculis uenamur. In palaestrico manuum nexu quum prostratus quidam frustra percuteret, ad terramque traheret, corpore deficiens qui cadebat, aduersarij brachium mordebat. Cui alter: Mordes, inquit, ut foeminae ô Lacon: Minimè uerò, inquit, sed ut leones. Lacon claudus ad bellum egressus, quum à quibusdam irrideretur, non est opus, inquit, fugientibus, sed manentibus, ordinemque seruantibus.

Lacon

Laco
mihi
sagitt
uerfo
dum
quit,
pen
debat
hil, in
Laco
sumu
con fi
nec ui
oport
in que
Ex

Pa

Fle

Alcibi
deret,
sordio
Laco
quida
enim
Graec
mus.

te ob
xit, s

Lacon sagitta percussus & uitam relinquens dicebat: Hoc mihi non est curæ quòd morior, sed quòd ab effeminato sagittario, quum nihil dum gesserim. Quum Lacon ad diuersoriū uenisset, dedissetq; , pisciculū cauponi præparandum, alterq; & caseū & acciū & oleū peteret: Si ista, inquit, habuissem, pisciculū emissem. Lacon ad eū qui Lampen Aeginetam beatum esse dicebat, quia ditissimus esse uidebatur, quòd multorum nauigiorum dominus erat: Nihil, inquit, curo felicitatem ex funibus pendentem. Quum Laconi quidam dixisset, Mentiris, respondit, Nam liberi sumus: sed alij si quando uera non dixerint, flebunt. Lacon sic erigere cadauer ut rectum staret, quum tentasset, nec ullo modo posset: per Iouem, inquit, aliquid intus esse oportet. Tynnichus Thrasybuli filij mortem fortiter tulit, in quem huiusmodi epigramma scriptum est,

Exanimis Pitanen clypeo Thrasybulus in acri

Confossus septem uulneribus redijt,

Fassus ab Argiuis, quæ tergo nulla gerebat.

Tynnichus hunc igni quum daret, hæc loquitur:

Flere decet timidos, oculis te nate sepulcro

Condo meum siccis, ac Lacedæmonium.

Alcibiadi Atheniēsi quum aquæ plurimū balneator infunderet, Lacon, quidnam hoc? ait, quòd ut immundo ualdeq; sordido plus aquæ præbet? Quum Philippus in agrum Laconicum impetū fecisset, ac omnes perituri uiderentur, quidam Laconi dixit: Quid nunc facietis ô Lacones? Quid enim aliud, inquit, quàm quòd fortiter moriemur? Nam Græcorū nos soli & liberi esse & alijs nō parēre didicimus. Post aduersam autē Agidis pugnā Antipatro petente obsides pueros quinquaginta, Eteocles Ephorus dixit, se pueros quidem non daturum, ne paterna priuati
educatio

educatione malis moribus imbuerentur, qua sanè carentes ne ciues quidem essent: sed senes ac mulieres duplo, si uelit, plures daturum. illo autem grauiam minante nisi acciperet, una uoce responderunt: Si grauiora morte imperites, facilius moriemur. Senex in Olympijs quum ludi committerentur, spectare quidem cupiebat, sed quum se de careret, ad multaq; loca se conferret, non solum à quouam non admittebatur, sed etiam irridebatur, & conuicijs afficiebatur. Posteaquam uerò ad Lacedæmonios uenit, pueri omnes assurrexerunt, & multi ex uiris loco cesserunt. Quum autem id moris cuncti Græci plausu approbassent, ac summis laudibus extulissent, senex ipse commouit canumq; caput barbamq; senilem, ac lacrymans: Heu mala, inquit, quàm Græci omnes honesta quidem cognoscunt, sed his soli utuntur Lacedæmonij. Ferunt autem quidam idem Athenis quoque accidisse: Nam quum Panathenæa celebrarentur, Attici senem sedere querentem deludebant, inuitantes quidem illum tanquam admissuri, sed accedentem non admittentes. Quum autem fere omnes iam præterisset, ad Lacedæmoniosq; spectatores peruenisset, uniuersi è sedibus assurgentes loco cesserunt. Id uerò factum turba admirata insigni applausu comprobauit. Tunc autem Spartiatarum quidam: Per gemellos, inquit, Athenienses quidem honesta sciunt, sed minimè faciunt. Mendicus à Lacone petijt: At si tibi dederò, ille inquit, magis mendicabis. Ac istius quidem turpitudinis tuæ causa fuit, qui tibi primus erogauit: quippe qui te inertem reddidit. Lacon quendam dijs congregantem quum uidisset, nihil dixit se curare deos seipso egeniores. Lacon adultero cum turpi uxore deprehensò: Miser, inquit, quæ tibi necessitas? Lacon oratorem au-

diens

diens
homo
quam
specta
inquit
quali
iuuen
lum p
sic af
aliud
Sper
sarum
obno
terem
xem u
se pro
admir
maner
mus,
tantum
magis
re ijs
rent:
bertate
rum r
te decl
beralit
re coep
dormi
ses sal
condu

diens magnas periodos uertentem : Vehemens quidem homo iste, inquit, ad nullum propositum bene uoluit linguam. Quum quidam Lacedæmonem uenisset, honoremq; spectasset quem iuniores senioribus exhiberent : Spartæ, inquit, solum senescere bonum est. Lacon interrogatus, qualis est Tyrteus poëta ? Bonus, inquit, ad excitandos iuuenum animos. Lacon oculorum morbo laboras ad bellum proficiscebatur. Sed quibusdam dicentibus, quò abis sic affectus ? aut quid facturus ? Quamuis, inquit, nihil aliud egero, hostis saltem gladium hebetabo. [⁂] Buris & Spertis Lacedæmonij sponte profecti sunt ad Xerxē Persarum regem ad cruciatum, cui Lacedæmon ex oraculo obnoxia erat, quòd caduceatores ad se à Persa missos interemerant Lacedæmonij. Posteaquam igitur ad Xerxem uenerunt, hortati sunt eum, ut quoquo modo uellet, se pro Lacedæmonijs interimeret. At ille uirtutem eorum admiratus, quum uiros absoluisset, rogaretq; ut apud se manerent : Et quonam, inquit, modo hic uiuere possemus, patria legibusq; relictis, & his uiris, pro quibus tantum itineris fecimus morituri ? sed Indarno profectò magis magisq; rogante, ac dicente ipsos in æquali honore ijs futuros, qui amici regis maxime dignitate præstarent : Nobis, inquiunt, ignorare uideris, quantum sit libertatis bonum, quam nemo compos mentis cum Persarum regno permutaret. Lacon pridie quidem ab hospite declinatus, sed postridie lectis stratisq; conductis liberaliter acceptus, strata ipsa conscendit & conculcare cepit dicens : Propter hæc heri ne in palea quidem dormiui. Lacon quum Athenas uiisset, uidens Athenienses salsamenta & opsonia uenditantes, & uectigalia conducentes, & lenocinia exercentes, aliaq; opera mi-

** Bulis et Sperchis in Suida. βογίης ἡγέτις ὀπίπτης in Plutarcho. In Luciano ὀπίπτης. In Herodoto ὀπίπτης.*

nus honesta facientes, ac nihil turpe existimantes, reuersus in patriam & à ciuibus rogatus quales Athenis res forent: omnia, inquit, honesta: per simulationem inuens omnia apud Athenienses honesta putari, ac turpe nihil. Lacon de re quadam interrogatus respondit, non. Sed quum is qui rogarat dixisset ipsum mentiri: Vides igitur, inquit, te stolidum esse, qui quæ noris interrogas? Lacones olim iucrunt legati ad Lygdamin tyrannum: sed quum ille congressum sepius differret, dicens se molliter habere: Dic illi, inquiunt legati, per deos nos non uenisse cum ipso colluctaturos, sed collocturos. Laconem initians quidam interrogabat, quid maximè impium se fecisse conscius esset. Is uerò, hoc, inquit, dii sciunt. Sed illo magis magisq; instante, ac dicente: Omnino te dicere oportet, Lacon uicissim illum interrogauit, Vtri me dicere oportet, tibi an deo? Quum autem ille dixisset, Deo: Tu igitur, inquit, recede. Lacon noctu quum sepulcrum transfret, ac dæmonium quoddam uidere sibi uisus esset, incurrit lancea excepturus, & inherens, inquit: Quò me fugis bis peritura anima? Lacon quum precibus impetrasset, ut se ab Leucate proijceret, ascendit, & inspecta altitudine se auertit. Quod quidem quum illi probro daretur: non putabam, inquit, preces alijs maioribus precibus indigere. Lacon in acie quum ensen foret in hostem illaturus, signo receptui dato non intulit. Sed quodam percontante, cur hostem quem ceperat, non occidisset: Quia parere, inquit, imperatori melius est, quam hostem necare. Laconi in Olympijs uicto quidam dixit: Aduersarius te fortior fuit. Nequaquam uerò, is ait, sed in prosternendo aptior.

ANTIQVA LACEDAE,
MONIORVM INSTITVTA.

Qui ad publica ingrederentur conuiuia, eorum cuiq;
 natu maximus fores indicans dicebat: Per has fores
 nullum egreditur uerbum. Quum apud Laconas maxime
 probetur ius quod nigrum uocatur, ut seniores carnibus
 quidem non uescantur, sed iunioribus cedant, fertur Diony-
 sius Siciliae tyrannus iuris ipsius gratia Laconicum emisse
 coquum, ac iussisse id sibi preparari nulla impense habita
 ratione, sed quum gustasset, indignabundus despuisse. Tum
 uero coquus: O rex, inquit, hoc ius tibi sumendum est, quum
 te Laconice exercueris, in Eurotaq; laueris. Lacones in
 conuiujs publicis modeste poti abeunt sine funali. Neque
 enim licet ad lumen ire noctu neq; per hanc neque per il-
 lam uiam, ut per diem simul ac noctem fidenter ac intrepide
 iter facere consuescant. Lacones utilitatis gratia literas
 quidem discebant, sed reliquarum disciplinarum peregrinos
 non minus artifices, quam artes expellebant. Haec uero
 illis disciplina erat: bene magistratibus parere, laborem
 tolerare, ac pugnando uel uincere uel mori. Degebant au-
 tem & sine tunica, unam uestem in totum annum sumen-
 tes, squalidi corporibus, & balneis & unguentis ut plu-
 rimum abstinentes. Iuuenes uero simul turmatim grega-
 timq; dormiebant in herbis, quas ipsi congregabant ex
 arundinibus apud Eurotam natis, quarum summitates ma-
 nibus sine ferro defringebant. Sed per hycmem eos qui Ly-
 cophones uocantur, sibi subiciebant, herbisq; commisce-
 bant: Nam illa materia calidi aliquid habere uidetur. Probo-
 rum ingenium puerorum amare permissum erat, sed coire
 cum ipsis, ut turpissimum, lege prohibebatur, tanquam cor-
 pus non

pus non animus amaretur. Qui ergo foret accusatus tan-
 quam ad dedecus congregiendiens, per totam uitam infamis ha-
 bebatur. Moris erat, iuniores à senioribus interrogari,
 quò uadant, & ad quid: & qui non responderet, aut ex-
 cusationes neſtret, obiurgari. Qui uerò se præſente pec-
 cantem iuniorem non reprehendiſſet, perinde ac ſi peccaſ-
 ſet, ipſe pleſtetur: & qui obiurgari moleſte tuliſſet, ma-
 gna ignominia afficiebatur. Si quis peccans fuiſſet depre-
 henſus, eum oportebat aram in urbe quandam circumire,
 ac uituperationem in ſeiſum compositam cantare. Quod
 quidem nihil aliud erat, quàm ſeiſum increpare. Mos
 quoque erat, ut iuuenes non ſolum proprios patres uere-
 rentur, illisq; parerent, ſed omnes quoque ſeniores uenera-
 rentur, illis & in uijs cedentes & ex ſedibus aſſurgentes,
 & tranſeuntibus quieſcentes. Quocirca non ſolum, ut in
 alijs urbibus, patres domini erant ſuorum quiſque filiorum
 & ſeruorum & prædiorum, ſed etiam uicini ut ſuorum, eò
 quòd illa quammaximè communia putarent, & tanquam
 propria curarent. Puer autem ab aliquo caſtigatus, ſi apud
 patrem queſtus foret, patri ipſi turpe erat poſteaquàm au-
 diſſet, niſi alias & ipſe ruruſus caſtigations addidiſſet.
 Credebant enim ipſos ex patria inſtitutione nihil turpe
 filijs imperare. Furantur autem iuuenes uel eſculentorum
 quicquid poſſunt, diſcentes dormientibus negligenterq; cu-
 ſtodientibus inſidias ingenioſè callideq; ſtruere. Sed de-
 prehenſo pœna ſunt uerbera & inedia. Tenuis enim ipſis
 eſt cœna, ut per ſeiſpos egeſtatem propulſantes cogantur
 & audere & aſtuti eſſe. Conuiuium autem publicum id-
 circo tenuerant, ut aſſueſcerent nunquàm repleti, & ſi-
 mam poſſe ferre. Sic enim putabant & in bello utiliores
 fore, ſi poſſent etiam ſine cibo labores tolerare, & conti-
 nentio

mentiores frugalioresq; , si multum temporis exigua impensa degerent. Sedenim absq; opsonio degendo, & cibum quemlibet ac uulgarem sumendo, putabant corpora cibi paucitate reddi & saniora & pulchriora. Graciles namque & macilentas habitudines membrorum articularumq; agilitati obedire, crassiores autem & pingues propter osus reluctari. Sed nibilo minus & modulationibus & carminibus incumbebant, quæ sanè stimulum quendam animo excitando accommodatum habebant, & ad elationem & ad impetum quendam furentem inducendum. Ac compositio quidem erat simplex & seuerà, nihilq; aliud continebat quàm laudes eorum, qui generosè & uixissent, & pro Sparta mortui essent, & qui beati haberentur: eorumq; uituperationes, qui timidi fuissent, perinde atq; si miseram & infelicem uitam uixissent. Exhortatio præterea & ostentatio ad uirtutem ætatibus conueniens celebrabatur. Nam tres chori secundum tres ætates in solennitatibus constituebantur, quorum primus qui seniorum erat incipiens canebat: Nos olim ualidi fuimus iuuenes. Secundus florentis ætatis respondebat: Nos autem sumus, ac si uis inuere. Tertius puerorum cantabat: At nos multò erimus fortiores. Ac gressum quidem rhythmi, quibus & in choris utebantur, & quum ad tibiam cum hostibus congregarentur, ad fortitudinem, & fiduciam, & mortis contemptum incitabant. Lycurgus enim bellicæ exercitationi studium musicæ annexuit, quò bellandi uehementia modulatione temperata consonantiâ conuenientiamq; haberet. Rex etiam Musis ante pugnam sacrificabat, ut gesta illustri & memoria & oratione digna pugnantibus exhiberent. Sed si quis aliquid ex antiqua musica transgrediretur, non peruultebat. Vnde & Terpandrum, quamuis

antiquitatis studiosissimus, ac ætatis suæ citharædorū optimus, heroicorūq; gestorū eximius laudator esset, Ephori tamen multauere, ac eius citharam clauo affixere, quod dicerent unam ab illo chordam uariandæ uocis gratia superflue intentam fuisse. Nam simpliciores duntaxat modulationes probabant. Eoq; & Timotheum in Carnijs certantem unus ex Ephoris arrepto cithro interrogauit, ex utra parte recideret plures chordis septem. Lycurgus præterea omnem sepulcrorū superstitionem sustulit, permittens & in urbe cadauera sepelire, & monumenta prope templa habere. Sed piacula quoq; sustulit, ac ne quid unā cum cadaueribus sepelirent, mandauit, præter puniceam uestem & oliuæ folia, in quibus æquæ omnes cadauera ipsa componerent. Sustulit & luctus, & lamentationes, & inscriptiones monumentorū, extra quā eorum qui in bello cecidissent. Peregrinari autem ipsis non licebat, ne moribus externis, & intemperanter uiuendi modis imbuerentur. Sed peregrinorū quoque expulsiōnem Lycurgus inuexit, ne confluentes alicuius mali doctores ciuibus essent. Quisquis uerò ciuium institutionem puerorū negligeret, ciuitatis iurium expers erat. Quidam autem tradiderunt, peregrinos etiam quicumque hanc ciuilitatis exercitationem subissent, ex Lycurgi sententia participes fuisse portionis ab initio institutæ. Sed illam uendere non licebat. Vicinorū seruis & canibus & equis perinde ac proprijs uti mos erat, sicubi illis opus erat, nisi eorum domini indigerent. Ac in agro quidem si cui re aliqua opus erat, apertis uillis atque ijs ablatis quæ domino commoda forent, obsignata horrea relinquebat. In bellis uerò puniceis uestibus utebantur. Nā color ille simul & uirilīs esse ipsis uidebatur, simul et coloris ipsius sanguis

nolen

nolen
ab ho
tus : r
Quæ
super
perta
bellico
ciuit
rum e
nihil.
& soc
omnib
utenes
tanqua
suri. ac
nos ebr
terreter
sed extr
dineis t
ctabant
bus con
uenisset
carmini
n. quum
At ca
A
V I R
Sciraphi
iria fore
dam uerf
tioni ded

molentia plus formidinis affert imperitis, simul ne facile ab hostibus dignoscerentur, si quis eorum esset uulneratus: nam latere propter coloris similitudinem utile erat. Quum strategemate, id est, imperatoris calliditate, hostes superassent, Marti bouem sacrificabant: sed quum uia aperta, gallum: assuefacientes hoc modo duces non solum bellicosos, sed etiam astutos & callidos esse. Precibus adiungunt, ut iniurijs quoque affici possint. Preces autem ipsorum erant, ut ex bonis actionibus bona darentur, & aliud nihil. Venerem armatam colunt. Ac omnes quidem deos, & fœminas & mares lanceas habentes conficiunt, uelut omnibus bellicam uirtutem habentibus. Prouerbijs quoque utentes aiunt fortunam prolata manu esse inuocandam, tanquam oporteat deos tum inuocari, quum quid aggressuri acturiq; sumus, aliter autem nequaquam. Pueris seruos ebrios ostentabant, ut ipsos à multo bibendo uino deterrerent. Moris erat ipsis, ne domorum ianuas pulsarent, sed extrinsecus clamarent. Strigilibus non ferreis, sed arundineis utebantur. Comœdias & tragœdias minime spectabant, ut neque serio neque ioco audirent eos, qui legibus contradicerent. Archilochum poetam quum Spartam uenisset, eadem hora expulere, quia eum acceperant in carminibus scripsisse, nihil esse abijcere arma quam mortuum inquit:

At caruisse armis quam mortem occumbere præstat.

Aspide pro iacta mox melior dabitur.

VIRGINIBVS & pueris communia sacra erant. Sciraphidam condemnauerunt Ephori, quod à multis iniuria foret affectus. Baiulum interemerunt, quod telam quandam uersicolore m sacco inieciisset. Adolescentem exercitationi deditum, quod uiam quæ ad Pylæam ducit sciret,

*Manum admodum
uicini fortuna est
imploranda.*

*Cresiphō quare
Zacedæmonia
cicillus.*

increpuerunt. Ctesiphonem qui iactaret de qualibet re se
 posse totum diem dicere, ciecerunt, quod assererent, bonum
 oratorem oportere parem rebus habere orationem. Pueri
 apud ipsos caesi scuticis per totum diem in ara Orthiae Dia-
 nae usque ad mortem saepe uerbera tolerant hilares ac ge-
 stientes, inuicemq; de uictoria contendentes, quisnam ipso-
 rum diutius ac magis toleret dum uerberatur: & qui super-
 ior fuerit, inter praclaros habetur. Certamen autem ipsum
 flagellatio uocatur, quae per singulos annos celebratur.
 Vnum uero pulcherrimum & felicissimum ciuibus Lycur-
 gus instituisse uidebatur, abundantiam ocij. Nam sordidam
 exercere artem illis prorsus non licebat. Neque uero diffi-
 cili pecuniae congregatione, ac negotiatione opus erat, quia
 diuitias ualde & abiecerat & uiles reddiderat. Helotes au-
 tem ipsis agrum colebant, & prouentum reddebant con-
 stitutum. Execrandus uero putabatur, si quis pluris eo quod
 erat statutum, locaret, quod & illi quidem lucrantes liben-
 ter seruirent, nec hi plus iusto lucrarentur. Iisdem inter-
 dictum quoque erat & nautis esse, & nauali pugna decer-
 tare. Caeterum posterius quidem & in mari pugnarunt,
 & quum mari potiti essent, rursus destiterunt, quum mo-
 res ciuium corrumpi animaduertissent. Sed iterum quoque
 super hoc mutati sunt quemadmodum & in omnibus alijs.
 Etenim qui ad Lacedaemonios pecunias primum inuexe-
 runt, damnati uitam cum morte commutare coacti sunt.
 Nam Alcameni & Theopompo regibus oraculum datum
 erat, fore ut Sparta auaritia perderetur. Sed tamen Lysan-
 der quum Athenas cepisset, multum auri argentiq; intulit.
 Quod quidem non solum acceperunt, sed etiam hominem
 honorarunt. Quandiu igitur Lycurgi legibus usa fuit Spar-
 ta, neque iusurandum a Lycurgo ipso exactum uiolatum,

Gracie

Graec
 quing
 um ill
 bend
 proprie
 habere
 uictori
 declara
 post T
 urbem s
 bella, n
 quam ex
 tes, neq
 simul m
 ingresi
 penius
 ciuibus s
 seruare
 bertatem
 dem, ut a

L A

Rgil
 Adam
 amq; ad
 guate fili
 us, & dic
 bus prae
 am & pr

Græciæ principatu propter legum ipsarum æquitatem
 quingentos per annos potita est. Posteaquam uerò paula-
 tum illas transgressa est, diuitiarumq; studium, & plus ha-
 bendi cupiditas inuasit, tum uires diminutæ sunt, tum socij
 propter illa ipsis facti sunt inimici. Quamuis autem ita se
 haberent, post Philippi tamen Macedonis Chæronensem
 uictoriam, quum omnes ipsum Græci ducem terra mariq;
 declarassent, ac deinceps Alexandrum quoque eius filium
 post Thebanorum euerfionem Lacedæmonij soli, tametsi
 urbem sine muris haberent, ac pauci ualde propter assidua
 bella, multoq; imbecilliores, & capti faciles forent, per-
 quam exiguas tamen Lycurgi institutionis scintillas retinen-
 tes, neque cum ipsis, neque cum alijs Macedonia regibus
 simul militauerunt, neque in commune cum illis concilium
 ingressi sunt, neque tantisper tributum pependerunt, donec
 penitus Lycurgi institutionem negligentes, à suis ipsorum
 iuribus subiugati fuere, quum iam nihil ex patrijs institutis
 seruarent, ac similes alijs facti priorem & gloriam, & li-
 bertatem amiserunt, in seruitutemq; reciderunt. Ac nunc qui-
 dem, ut alij quoq; Græci, Romanis subiecti sunt.

L A C A E N A R V M A P O.

P H T H E G M A T A.

Argileonis Brasidæ mater, quum Amphipolitarum qui-
 dam post Brasidæ ipsius mortem Spartam uenissent,
 ipsamq; adissent, interrogauit an honestè, ac ex Sparta di-
 gnitate filius suus occubisset. Illis uerò maxime laudanti-
 bus, & dicentibus, cum Lacedæmoniorum omnium in ope-
 ribus præstantissimum fuisse: O hospites, inquit, fortis qui-
 dem & probus filius meus erat, sed multos uiros Lacedæ-

non habet longè quàm fuerit ille præstantiores.

DAMATRIA quum audisset filium & timidum, & se indignum aduenisse, necauit. In quam hoc extat epigramma:

Hunc timidum mater Damatrion ipsa peremit,
Nec dignum matre, nec Lacedæmonium.

GORGŌ regis Cleomenis filia, quum Aristagoras illum ad bellum contra Persarum regem pro Ionibus adhortaretur, multumq; pecuniæ polliceretur, & quò magis ille contradiceret, hic eò plus pecuniarum adijceret: Corruptet, inquit, te ò pater peregrinellus iste, nisi ex ædibus ipsum celerius eieceris. Gorgo quum ipsi pater aliquando mandasset, ut cuidam pro mercede frumentum daret, adieciissetq; :nam me docuit uinum melius facere. Igitur ò pater, inquit, & plus uini potabitur, & qui biberint, deliciares peioresq; fient. Gorgo quum Aristagoram à quodam famulorum calcos indui uidisset: Pater, inquit, peregrinus iste manus non habet. Gorgo quum peregrinus quidam uestem molliter traheret, propellens eum: Non abis hinc, inquit, quum ne ea quidem quæ sunt mulierum, possis?

GVRTIAS quum Acrotatas, ipsius ex filia nepos, ex quadam pucrorum pugna multas plagas accepisset, domumq; ut mortuus relatus esset, famulis & amicis flentibus: Non silebitis? inquit. Declarauit enim ex quo sit sanguine. ac, Non, inquit, fortes sunt cum clamore plorandi, sed curandi. Quum autem nuncius ex Creta de Acrotate morte uenisset: Non ne debebat, inquit, quum ad hostes ierit, aut ipse mori, aut illos interimere? Mihi quidem suauis est audire ipsum obiisse ex dignitate & mea, & urbis, & maiorum, quàm si omne tempus uiue-

ret ignauius.

L A C A E N A filium qui ex acie aufugerat, interfecit iniquis: Non est meum hoc germen. In quam hoc epigramma fuit scriptum:

Vade malum tenebras germen pete quenq; perosus,

Eurotas ceruas ne fluat ad timidus.

Sic catulus nequam perrexeris, ito sub umbras,

Nec Sparta dignus, nec generis titulis.

L A C A E N A quum filium in acie occidisse audivisset: timidi, ait, lugeantur, ego uero te fili sine lacrymis, ac leta sepelio & meum, & Lacedaemonium. Quum audivisset quaedam filium & saluum esse, & ab hostibus fugisse, illi scripsit: Mala fama de te uulgata est. Aut igitur eam quam primum elue, aut ne sis. Alia quum filij ex pugna fugissent, ad illamq; uenirent: Quo, inquit, recurritis fugientes mala mancipia? An unde egressi estis reuersuri? sublatis uestibus uentrem illis ostendens. Quaedam aduentantem filium quum uidisset, rogauit quidnam patria ageret. Illo autem respondente: omnes perire, correptam in ipsum testam immisit, & occidit dicens: Ergo te malum nuncium misere nobis? Quodam matri generosam fratris mortem narrante: Et non turpe est, illa inquit, a tali commite aberrasse? Alia quinque filijs ad bellum emissis, in primis suburbij substitit pugnae uentum expectans. Quum igitur quidam uenisset, ipsiq; percontanti nunciaisset, filios omnes perisse: Atqui non hoc, inquit, rogabam malum mancipium, sed quid patria agat: Quam uero is respondisset illam uincere: Libens igitur, inquit, etiam filiorum mortem accipio. Alia sepeliens filium, quum pauper quaedam uetula ad ipsam accessisset dixissetq;: O mulier fortunae. Per Gemellos, inquit, bonae. Nam qua

C * gratia

gratia illum pepereram, ut pro Sparta periret, id mihi euenit. Quum quaedam mulier Ionica sua quadam textura gloriaretur, quod esset sumptuosa, Lacæna quum quatuor ei filios omni uirtute præditos indicasset: Talia, inquit, oportet esse bonæ probæq; mulieris opera, & in his extolli atq; gloriari. Alia quum filium malè apud hospites uersatum esse audisset, ad illum scripsit: Mala de te fama uulgata est, aut illam dilue, aut ne sis. Itidem quum Chiorum exules Spartam profecti, Pædarectum in multis accusarent, illis ad se accersitis, ijsq; auditis quibus accusabatur, mater Teleucia, quod filius delinquere uidebatur, has ad eum literas dedit. Mater filiolo: Aut meliora fac, aut istic mane, abiecta spe, te saluum Sparta esse posse. Alia, quum iniuriarum filius esset accusatus: Fili, inquit, aut crimine, aut uita te ipsum absolue. Alia filium claudum in aciem præmittens: Fili, inquit, uirtutis inter eundem memento. Alia quum filius ex acie uulnerato pede rediret, ualdeq; doleret: Si uirtutis, inquit, fili memineris, & dolore carebis, & fiduciam habebis. Lacon in pugna uulneratus quum ire non posset, quadrupedis more sese agebat. Sed quum ipsum irrideri puderet, mater ad eum: Et quanto est, inquit, fili melius, fortitudine lætari, quam pudore ob stolidum risum affici? Alia scutum filio præbens, ipsumq; exhortans: Fili, inquit, aut hoc, aut in hoc. Alia proficiscenti ad bellum filio scutum tradens: Hoc, inquit, pater tibi seruauit: igitur tu quoq; serua, aut ne sis. Alia ad filium dicentem, se paruum habere ensẽ: adde, inquit, & gressum. Alia quum audisset filium in acie fortiter facientem interisse: Meus, inquit, nimirum erat. Sed alterum ob timiditatem saluum esse accipiens: Non enim meus erat, inquit. Alia quum in pugna filium perisse

perisse accepisset, quo fuerat ordine locatus: Deponite, inquit, eum, ac locum illius supplicat frater. Alia publicam celebrans pompam, audiuit filium in acie quidem uicisse, sed ex uulnerum multitudine mori. Quare coronam minime deposuit, uerum iactabunda ad proximas: Quanto, inquit melius est, o sodales, in acie uincens mori, quam Olympia uincens uiuere? Quum quidam sorori narraret generosam filij eius mortem, ea dixit: Quantum ex ipso gaudij concepti, tanto propter te dolore afficior, qui tam prestantem uirtute comitem reliqueris. Lacenam quidam quum per nuncium tentasset, an secum rem habere consentiret: Quum inquit, puella essem, patri parere didici, itaq; feci. At mulier facta, uiro. Si igiur me iusta rogat, id primo ipsi faciat manifestum. Lacena uirgo paupercula percontata, quam dotem ei qui se ducret uxorem datura esset: patriam pudicitiam, respondit. Alia interrogata, an ad uirum accessisset: Nequaquam ego, inquit, sed uir ad me. Quaedam quum occulte compressa foret, foetumq; corrupisset, abortum faciens, adeo patienter dolores tulit, nullam emittens uocem, ut et parentes, et alios multos qui propinqui erant, latuerit. Nam dolorum magnitudinem turpitudine adiuncta superauit. Lacena quum uenderetur, percontata quid facere sciret: fidelis, inquit, esse. Alia captiua facta, quum interrogaretur quid facere sciret: domum, inquit, bene gubernare. Interrogata quaedam a nescio quo, an bona futura esset si ipsam emerit: etiam si non emeris, inquit. Alia quum uenderetur, praecone percontante, quidnam facere sciret: libera esse, inquit. Ac posteaquam emptor imperauit quaedam liberæ minus conuenientia, quum dixisset: Elebis, qui tibi ipsi talem in uideris possessionem, se interfecit.

F I N I S.

C 5 IOAN

IOANNES REGIVS NICO

lao Franco Pontifici Taruisino, Legato
Apostolico felicitatem.

RLVTARCHI Chæronësis Philosophi cum primis eruditi opusculum, in quo monstrare conatur, bruta quoq; animalia non minus quàm homines ratione uti, nuper exercitationis gratiã è Græco in Latinum transtuli sermonem. Id tametsi minus fortasse dignum grauitate tua uidetur, è tamẽ nomini tuo dicaui, ut aperte cognosceres, me tibi omnia mea propter assiduam in me liberalitatẽ tuam debere. Huc accedit, quòd speraui te non minimum uoluptatis ex huius libelli lectione percepturũ. Nam neq; uulgaris est quæstio, & hic lepidè ad eò tractatur, ut non minus ad delectationẽ, quàm ad cognitionem cõposita uideatur. Nam Vlysses Græcorum astutissimus Circeẽ illam ueneticam nobilissimam rogare fingitur, ut ad socios iã sibi redditos, quotquot alios detineret Græcos in feras mutatos, pristinæ restituat figuræ, quò illos secum incolumes in patriam reducere possit. Contrà Circe se id non effecturam ait, nisi prius eorum aliquem rogarit, utrum uitam brutorum, an humanam uiuere malit. In disputationem igitur descendit Vlysses cum quodam Gryllo, qui in suam fuerat conuersus. Is quum utranque se uitam experitum esse dicat, ualidis ad eò colligit argumentis, bruta quàm homines in multo meliore esse conditione, ut Vlysses illè callidissimus eloquentissimusq; illa nequeat confutare. Si quando igitur per negotia publica tibi hæc legere uacarit, facillè dijudicabis, non sine causa eam quæstionem à præstantissimo Philosopho fuisse tractatam. Vale, Præsulum eximium decus. Patauij pridie Nonas Martias. M. CCCC. LXXXVIII.

MAOL 2 0

PLVT

PLVTARCHI

CHAERONEI DIA-
LOGVS,

QVOD BRVTA ANIMALIA
RATIONE VTANTVR.

Ioanne Regio interprete.

COLLOCVTORES.

VLYSSES, CIRCE, GRVLLVS.

VLYSSES.



HQVIDEM, ô Circe, hæc mihi & didicisse uideor, & in posterum quoque recordaturus. Sed libenter ex te audirè, an quos hic alios detineas Græcos unà cum ijs, quos ex hominibus lupos leonesq; fecisti. **CIR.** Et multos quidem, ô dilecte Vlysses. Sed quorsum hoc rogas? **VLYS.** Quòd Hercule apud Græcos præclaram mihi uideor gloriã adepturus, si hisce socijs benignitate tua mihi redditis, alij rursus humane figuræ meis precibus restituerentur, neq; eos negligere uiderer in ferarum corporibus contra naturam consenscentes, uitamq; adeò miseram & inhonoratam degentes. **CIR.** Iste uir propter stoliditatem non solum sibi ac socijs, sed nihil quoq; attingentibus, ambitionem suam uult esse calamitosam. **VLYS.** Aliam rursus uerborum potionem temperas, ô Circe, atque commiscees, qua me proculdubio feram efficias, si tibi credam, calamitatem esse, ex fera hominem fieri. **CIR.** Quasi uerò dudum his absurdiora in teipsum non commiseris, qui relicta mecum immortali minimeq; senescente uita, ad mortalem foeminam, ac potius, ut ego quidem sentio, iam uetulam

uetulam, per mille adhuc incommoda properes, quò magis conspicuus ex hoc clariorq; etiam quàm nunc sis uidearis, inane bonum, ac potius boni simulacrum neglectò uerò bono secutus. V L Y S. Esto ut ais, ò Circe: Quid enim nos de iisdem sepius altercari oportet? Sed istos mihi Græcos liberatos dona. C I R. Minimè uerò, per Hecaten, tam inconsultè, atque indicta causa: neque enim quilibet sunt è uulgo. Quare prius ipsos interroga, an uelint. Ac si se nolle dixerint, coneris, ò generose Vlysses, eloquentia tua persuadere: sin minus persuaseris, ac potius illi in disputatione superiores fuerint, satis tibi sit, quòd & tibi ipsi, & socijs pessimè consulisti. V L Y S. Quid me, ò dea, illudis? Quonam pacto isti aut reddere, aut accipere sermonem possint, tantisper dum asini sunt, uel sues, uel leones? C I R. Quiesce hominum ambitiosissime: nam ego tibi illos exhibebo & intelligentes & disputantes. Imò uerò unus satis sit, qui pro omnibus uerba & faciat, & accipiat. En cum isto disputa. V L Y S. Et quo nomine hunc, ò Circe, nuncupabimus? aut quis hominum hic erat? C I R. Quendam hoc ad disputationem? Sed si uis, cum nominato Gryllum. Ego autem uobis cedo, ne præter sententiam suam mihi gratificans disputare uideatur. G R Y L. Salue Vlysses. V L Y S. Tu quoque salue Grylle. G R Y L. Quid me uis? V L Y S. Ego uos homines natos esse scio. Cum aliorum igitur sic affectorum misereor, tum quicumque Græci in istiusmodi miseriam inciderunt, ijs maxime par est me commoueri. Circe igitur nuper supplicauit, ut ex uobis quicumque uellet mihi liberaret, pristinaeq; formæ restitueret, quo nobiscum in patriam redeatis. G R Y L. Quiescas Vlysses, ac nihil ulterius dicas: nam te nos omnes æquè despici-

mus,

mus, ut qui & eloquentia & prudentia ceteris hominibus multo præstare falsò iacteris, quum ex peioribus in meliora mutationem timueris, nihil rem ipsam scrutatus. Vi enim pueri & medicorum potiones horrent, & doctorum uerbera fugiunt, quibus ex ualudinarijs & imperitis tum firmiores, tum prudentiores fierent, sic tu alium ex alio fieri metuisti, ac nunc quoque horrescis & trepidas unà cum Circe uiuere, ne te suem lupum uè faciat. Nobis uerò qui infinitis fruimur bonis, simul illa, simul eorum autorem deserere, ac rursus in hominem, animal omnium infelicissimum, reflectos tecum enauigare suadet. VLYS. Tu quidem mihi uideris Grylle non faciem solum, sed etiam mentem illo poculo corruptus amisisse, absurdarumq; opinionum, & prorsus inutilium repletus esse, nisi forte consuetudinis uoluptas, quæ tibi cum isto corpore est, te blanditijs irretiuit. GRYL. Ex istis neutrum est uerum, ô rex Cephallenorum. Sed si disputare mauis quàm conuiciari & mordere, nos qui utranque uitam pulchre sumus experti, è uestigio tibi persuadebimus, hanc magis quàm uestram meritò nobis adamari. VLYS. Id uerò perquam cupio à uobis audire. GRYL. Et nos itaque dicere. Sed principium à uirtutibus est sumendum, quibus uos magnopere gloriari uidemus, perinde ac si multò brutis & iustitia, & fortitudine, & prudentia, & ceteris uirtutibus præstaretis. Velim itaque mihi tu respondeas, uirorum sapientissime: nam te nuper audiui Circe quedam de Cyclopum terra narrantem, quam neque penitus ab ullo aratam, neque cultam, sola bonitate ac generositate ingenita omnes ferre fruges per se ipsam asserebas: non ne igitur illam magis laudas, quàm montosam Ithacam, caprasq; pascentem, quæ uix operis multis, magnis que laboribus

cultâ,

culta, quaedam parua & tenuia, & nullo pretio digna cultoribus rependit? Et quo modo tibi graue non erit, si praeter sententiam charitate patriae responderis? V L Y S. Atqui mentiri non oportet. Sedenim meam ipsius patriam & agrum magis & amo & amplector, Cyclopum uero terram & laudo & admiror. G R Y L. Hoc igitur colligemus, hominum prudentissimum alia quidem laudanda approbandaq; putare, alia uero eligenda & amanda. Ceterum illud idem de anima quoque te arbitror respondisse. Nam in eo cum terra eadem est, quod quae melior est, sine labore uirtutem ut fructum per se nascentem ferre consueuit. V L Y S. Esto hoc quoque ut uis. G R Y L. Iam igitur concedis, brutorum animam ad uirtutis generationem natura aptiorem esse atque perfectiorem: neque enim aut iussa aut edocta, ut terra nec arata nec seminata, fert & alit unicuique natura congruentem uirtutem. V L Y S. Et quam tandem uirtute, o Grylle, bruta sunt praedita? G R Y L. Quanam rogas? Nonne maiore, quam hominum sapientissimus? Scrutare nanque primum, si uis, fortitudinem, qua tu quidem ualde gloriaris, neque perfricas frontem, quum audax, urbiumq; depraedator appellaris. Nam dolis, o callidissime, & fraudibus homines, ingenuum atq; generosum belli morem sequentes, fallendiq; ac mentienti nescios decepisti, uersutiq; nomen uirtutis, a malitia perquam alienae, indidisti. At ferarum certamina inter se, & aduersus uos, ut citra dolos & fraudes ullas, atque cum aperta nudaq; committantur fiducia, spectas. Vcris enim nixae uiribus iniurias propulsant, quum praesertim neque legibus subijciantur, neque poenam timeant desertoris. Sed quum natura caueant ne superentur, ad ultimum usque repugnant, seq; iniuncta conscruant. Nam neque corporibus

detentis

detentis
 immo
 nis, a
 gatur
 cion
 undiq
 absun
 tion
 ob im
 quem.
 formi
 ceper
 do, &
 nunt.
 educat
 & gus
 dum t
 quam
 atque
 igitur a
 las esse
 inesse.
 Nam in
 que ma
 rebus in
 mina. A
 que tan
 affect. S
 facies, a
 tur, nibu
 uiribusq;

detenta domantur, neq; animum despondent, sed prælijs
 immoriuntur. Ac multa tum quum interimuntur
 nis, ac robur simul cum iracundia à reliquo corpore segre-
 gatam, & aliquam circa particulam collectam interfi-
 cienti resistit, insultat, seuit tantisper, dum uelut ignis
 undique extinguitur, & omnino perdatur. Longè uerò
 absunt preces, ac supplices ueniæ misericordiæq; pe-
 titiones, procul quoq; uictoriæ confessiones. Neque enim
 ob imbecillitatem aut leo leoni, aut equus equo seruit
 quem admodum homini homo, timidi cognomen nihil re-
 formidans. Quascunq; autem homines laqueis dolisue
 ceperunt, si grandiores quidem sunt, & cibum aspernan-
 do, & sitim tolerando, mortem seruituti alacriter præpo-
 nunt. Sed earum pulli & catuli quum per ætatem faciles
 educatu atque teneri sint, multis fallacijs blandimentisq;
 & gustu uoluptuosi contra naturam uictus breui admo-
 dum tempore & emasculantur, & corrumpuntur, &
 quam uocant cicurationem ac mansuefactionem, perinde
 atque feritatis effœmationem subire coguntur. Ex his
 igitur aperitè constat, & feras ad fortiter faciendum na-
 tas esse, & hominibus libertatem uel præter naturam
 inesse. Id uerò illinc, ô bone Vlysses, facile percipies.
 Nam in feris ad fortitudinem equaliter se habet natura, ne-
 que maribus foeminae sunt inferiores, & ad tolerandos pro-
 rebus necessarijs labores, & ad suscipienda pro filijs certa-
 mina. Audiisti nimirum puto de Crommyonia quadam sue,
 que tametsi foemina esset, multis tamè Theseum molestijs
 affecit. Sphinga quoq; illâ, quæ omnia circa Phiceû inſta
 faciès, enigmata, gryphosq; et caulla insolubilia cômētaba
 tur, nihil sapiētia iuuisset, nisi Thebanorum plerosq; robore
 uiribusq; superasset. Quid Telmesiâ uulpē, perniciosam il-
 lam

lan & difficile feram commemorem? Quid propinquam serpentem, quæ cū Apolline singulari certamine de oraculo Delphico prōptissime decertare ausa fuisse memoratur? Aethen uerò desertæ militiæ pœnam, ac potius mercedem à Siëyonio Agamemnon rex uester accepit, optimo cōsilio usus: quippe qui timido homini generosam equam pugneq; auīdam prætulcrit. Sed tu quoq; ipse pantheras & leenas sepe numero uidisti, ut nihil maribus neq; animo, neq; robore cedant: uelut uxor tua, quæ dum tibi bella geris, domi ad ignem sedet: ac ne sic quidem ut hirundines eos ulcisci potest, qui in se ac domum tuam impetum faciunt, quum præsertim Lacœna sit, ut nihil tibi de Cariæ Mæoniæq; foemīnis dicam. Ex his igitur manifestum est, fortitudinem hominibus natura non esse. Simul enim & foemīnis ex æquo adesset. Vos itaq; ex legum necessitate, non sponte, neq; uoluntate, sed moribus & uituperationibus, ac uanis opinionibus seruiētes fictam oratione fortitudinem exercetis, laboresq; ac pericula subitis: non quòd aduersus hæc audeatis, sed quia his grauiora timetis. Ut enim ex socijs tuis qui priuatum surgit, is leuiorem occupat remum, minimeq; illum renuit, ueritus ne sibi grauior contingat, sic qui uerbera tolerat, ut uulnera fugiat, & qui hostem ulciscitur, ut supplicium aliquod mortem uel declinet, is non aduersus illa magnanimus, sed ad hæc timidus est iudicandus. Ac sic quidem uobis, quæ cum prudentia timiditas est, fortitudo uidetur. Qui uerò timor est peritus alia ex alijs mala fugiendi, audacia putatur. Quòd si uos omnino feris præstare fortitudine sentitis, cur poëtæ uestri eos qui cum hostibus fortissime pugnant, lupis leonibusq; ac suibus in fortitudine similes uocant? quum præsertim eorū nemo leonē aprum uel homini similem esse dicat? Verum ut ueloces uentis, ac pul-

chros

Chros
Exced
pugna
per re
dinis
mi inap
feræ u
uinum
mittit
omni
seponer
consent
uindict
absurd
aculeos
gues co
me ing
le præsi
quoque
proposi
quoque
quæ tam
rantia,
mine ia
tie dedi
hi. Sed
stus: ne
uerum
generis
miranda
multis r

Chyros dijs similes aiunt esse, ueritatem istis similitudinibus
 excedentes, sic in præstantum fortitudine uirorum inter
 pugnandum ad ea quæ sunt potentiora similitudines sem-
 per referunt. Ac huius quidem rei causa est, quòd fortitu-
 dinis uelut temperatura quædam & consolidatio est ani-
 mi impetus, quo sanè puro atque sincero in certaminibus
 fræ utuntur. Sed uobis cum ratione confusus, perinde atq;
 uinum cum aqua, stupet in periculis, atque omnem præter-
 mittit opportunitatem. Quid? quòd nonnulli uestrum ne
 omnino quidem in prælijs sumendum animi impetum, quin
 seponendum, ac sobria duntaxat ratiocinatione utendum
 censent? ad salutis tutelam rectè, ad fortitudinem uerò &
 uindictam turpissimè præcipientes. Ecquo nanque modo
 absurdum non est, naturam a uobis accusari, quòd neque
 aculeos, neq; exertos ferratos uel dentes, neq; aduncos un-
 gues corporibus uestris ingenerarit, quum ipsi arma ani-
 me ingenita auferatis atq; hebetetis? V L Y S. Papæ Gryl-
 le præstans mihi dicendi magister fuisse uideris, qui nunc
 quoque ex hara tam floride, tamq; uehementer de causa
 proposita dicere cœpisti. Sed cur deinceps de temperantia
 quoque non differuisti? G R Y L. Quia putabam te prius
 quæ iam dicta sunt, refutare uelle. Sed idcirco de tempe-
 rantia, opinor, audire properas, quòd continentissimæ scæ-
 mine lactaris esse maritus, teq; putas magnum continen-
 tiæ dedisse documentum, quia Circes nuptiæ contempsi-
 sti. Sed ne hac re quidem feris quicquam continentia præ-
 stas: neque enim cum dijs scq; melioribus appetunt coire,
 nerum potius & uoluptates & amores cum ijs quæ sui
 generis sunt, conferre inireq; solent. Quare haudquaquam
 mirandum est, si ueluti Mendæsius caper in Aegypto cum
 multis mulieribus formosis conclusus, minus promptè cum
 D illis

illis se miscere, sed ad capras potius cum stupore quodam
ferri memoratur: sic tu quoque consueta gaudens Venere,
quum sis mortalis, cum dea coire noluisti. Penelopes uero
continentiam crocitantés nulle cornices irridendam & con-
temnendam ostendunt, quarum singule mortuo marito,
non exiguo tempore, sed nouem hominum ætatibus uiduæ
perseuerant. Ita speciosa Penelope tua qualibet cornice
gloria continentie nouies inferior est iudicanda. Sed quo-
niam me rhetoricum esse cognouisti, agè quodam sermo-
nis ordine utamur: ac primum temperantiæ definitionem
dispiciamus, deinde generatim cupiditates diuidamus. Tem-
perantia igitur cupiditatum quædam est contractio & dis-
positio, externas quidem ac inuectitias superfluasq; tol-
lens & abiiciens, pro tempore autem necessarias atq; na-
turales exornans. Appetituum uero multiplices differen-
tias esse quis ignorat? Potus nanque & naturalis est & ne-
cessarius. Veneris autem cupiditates, quibus natura prin-
cipium tribuit, quoniam citra has quoque bene quis se ha-
bere potest, naturales quidem, sed non necessariæ sunt ap-
pellatæ. Quod uero genus neq; ex necessarijs, neq; ex na-
turalibus constat, sed propter boni imperitiam ab inani
opinionè ex ijs quæ extraria sunt confusum est, parum ab-
est quin omnes in uobis naturales appetitus multitudine
oppresserit & occularit. Sic autem se gerit, ut turba ho-
spitum aduena, quæ in urbem admissa indigenis ciui-
uum afferre conetur. At feræ haudquaquam locum extrin-
secus inuectis cupiditatibus suis in animis relinquunt, ac
in ipso uictu longè ab inani gloria tanquam à mari se-
motæ laute opipareq; uiuere appetunt nihil, sed ut conti-
nentes sint, ac potius bene, ac ex naturæ lege non multas
quidem cupiditates ingenitas disponant, externas uero

& aliæ

& alienas rixant, maximopere curant. Ac me quoque
 ipsum non minus quam te nunc aurum stupefaciebat: quip-
 pe quod nulli aliarum opum uideretur esse comparandum.
 Sed argentum quoque ac ebur me capiebat. Qui uero istis
 abundasset, is mihi uir & beatus, & dijs esse amicus ui-
 debatur, siue Phryx, siue Car, siue Dolone obscurior ge-
 nere, siue Priamo infortunatior esset. Ita semper à cupidi-
 tatibus pendens, neq; gratia, neq; aliarum rerum uolupta-
 te, quæ sunt copiosæ ac satis superq; faciunt, meam affi-
 ciebam uitam, utpote qui maximorum bonorum mihi in-
 digere expersq; esse uiderer. Etenim quum te olim, ut me-
 mini, in Creta precioso indutum pallio uidissem, neq; pru-
 dentiam, neque uirtutem tuam admirabar, sed tunicæ sub-
 tilliter ac eleganter elaborate, chlamydis que purpureæ
 crispitie ac pulchritudine stupecebam. Nonnihil me fi-
 bula quoque mouebat aurea, ut quæ torno ueluti ludicrum
 quoddam esset fabricata. Te uero sequebar illis stupefa-
 ctus, neque minus quam amans mulier attonitus. Nunc ue-
 ro istis liberatus opinionibus uanis atq; purgatus, aurum
 quidem & argentum uelut alios lapides & despicio &
 conculco: profundo autem ac molli coeno obsitus, in quo
 recumbam quieturus, quam tuis omnibus uestibus & ta-
 petibus magis, per Iouem, letor. Nam earum libidinum
 quæ extrinsecus inuehuntur, nulla in nostris animis in-
 uenitur, sed necessarijs cupiditatibus atque uoluptatibus
 uita nostra plurimum exigitur: his autem quæ necessariæ
 non sunt, sed duntaxat naturales, neque inordinate, neque
 insatiabiliter adhæremus. Ac primum sanè has percurræ-
 mus. Quæ igitur ex bene olentibus, atque ex ijs quæ fracta
 mouent odoratum, habetur uoluptas, præterquæ quod uti-
 litatem simplicem gratis præbet, usum quandam simul ad

cibi cognitionem tribuit. Siquidem lingua & suavis & acris, & austeri dijudicatrix & est & dicitur, quando illius peritia saporibus permixti quandam sumunt confusionem. Sed noster odoratus quum saporum omnium cognitor sit, multoq; diligentius regijs prægustatoribus uniuscuiusque vires præsentiât, id quod nature quidem conueniens est assumit, alienum autem reijcit, neq; gustum ledere tristitia'ue afficere permittit. Quin si quid mali inest, priusquam noceat, deprehendit & damnat. Alijs uerò nequaquam sollicitamur, ut uester olfactus odores & cinamoma, & nardos, & folia, & calamos Arabicos egregia quadam arte, siue pigmentaria, siue medicatoria, siue unguentaria uocetur, in unum confundere, simulq; deuorare cogit, multis emptam pecunijs, effœminatamq; ac puellarem, & penitus inutilem uoluptatem. Quæ quidem licet istiusmodi sit, tamen non foeminas solum omneis, sed etiam uirorum quamplurimos ita corrumpit, ut ne cum uxoribus quidem suis rem habere uelint, nisi pastillis unguentisq; redolentes ad concubitum ueniant. Atqui & apros scrophæ, & hircos capræ, & aliæ foemine sui quæque generis mares proprijs odoribus pelliciunt, nitidumque rorem ac prata, & uirentem herbam redolentes communi beneuolentia ad suas nuptias feruntur. Sed neq; foeminae aut se fucant, aut libidini deceptiones & incantamenta & denegationes prætentant, neque mares Veneris concitati stimulis, mercede labore'ue, aut seruitute uel precibus generationis opus mercantur. Quin potius suo tempore sine dolis ullaq; mercede uoluptati Veneriq; indulgent. Posteaquam autem congruo anni tempore Venus ipsa ut plantarum germina, sic animalum libidinem excitaui, statim extinguitur, quum neque foemina

post
solic
lupta
usque
scen
quam
pluri
ualgo
tulit,
mare
pulch
guere
non n
tarum
dam u
Form
lisset
At si g
combu
petrat
nes qu
iorem
natura
quam
termin
tibus p
bus uer
perpet
ac equ
propte
nuptijs

post conceptionem sequatur marem, neque mas scēminam sollicitet. Tum paruo in honore ac fragili apud nos est uoluptas. Sed naturæ ipsi omnia concedimus. Vnde ad hoc usque tempus in ferarum genere neq; maris cum mare, neq; scēminæ cum scēmina commixtio libidinis gratia nequaquam inuenitur. Vestri autem generis talia sunt quamplurima, eorumq; qui egregij habentur, ut nihil de humili uulgo dicam: Siquidem Agamemnon se in Bœotiam contulit, ut Argæum, qui clam aufugerat, ueniretur. Sed falso mare uentosq; causatus, in Copaida paludem se formosus pulchre iniecit, quod amoris flammam illic saltem extingueret, seq; ab ea cupiditate uindicaret. Quid? Hercules non ne eodem modo imberbem amicum secutus Argonautarum principes prodidit atque sefellit? Quid? non ne quidam uestrum in Pythij Apollinis templi testudine scripsit, Formosus Achilles, quum iam filium Achilles ipse sustulisset? Ac eam quidem inscriptionem adhuc ibi esse audio. At si gallus gallum ineat, quamuis Gallina absit, uiuus comburitur, uatis cuiuspiam aruspicius ue iussu facinus perpetratum magnum & atrox esse denunciantis: ita homines quoq; ipsi confiteantur necesse est, temperantiam maiorem quam sibi feris inesse, neque ab illis per uoluptates naturam uiolari. Sed intemperatam libidinem uestram, quamuis legem habeat adiutricem, natura tamen intra terminos nequaquam potest coercere. Illa uerò cupiditatibus perinde atque torrente impulsæ, sæpenumero in rebus uenereis grandem contumeliam & turbationē naturæ perpetrat & confusionem. Etenim cum capris & suibus, ac equabus se commiscere & uiri tentarunt, & scēminæ propter ferarum mares insanierunt. Ex huiusmodi uerò nuptijs & Minotauri & Aegipanes, & ut ego quidem

puto, Sphinges & Centaury uobis oriuntur. Et canis
 quidem aliquando propter famem aliquid hominis uora-
 re necessitate cogitur, & auis interim gustare. sed ad coi-
 tum homine abuti nulla unquam fera conata est. Homines
 autem & ad ista, & ad complura alia uoluptate ducti fe-
 ras quaminiquissime uiolant. Quum uero sint adeo im-
 probi atque incontinentes circa iam dictas cupiditates, in
 necessarijs quoque multo brutis esse inferiores monst-
 rantur. Ille autem in cibis & potibus consistunt, quorum id
 quod est suauis, nos quidem semper cum quadam sumimus uti-
 litate: at uos magis uoluptatem, quam cibi naturam sequen-
 tes multis & diuerturnis implicamini morbis, qui nimirum
 ex uno repletionis fonte hausti, corpora uestra spiritibus
 uarijs ac perniciosis uentositatibus inflant. Nam primum
 omnium unicuique animalium unus cibus natura conuenit,
 his quidem herba, illis autem radix uel fructus. Quaecumque
 uero sunt carniuora, & nullum aliud cibi genus appe-
 tunt, neque debilioribus alimenta rapiunt: nam & ceruum
 leo pascere sinit, & ouem lupus, quatenus natura permittit-
 titur. At homo fertur ad omnia, uoluptatibus & ingluuie
 ductus, omnia experitur, omnia gustat, & ueluti nondum
 quid sibi proprium conueniensque sit cognoscat, solus ex
 omnibus animantibus omnium uorator est factus. Ac pri-
 mum carnibus uescitur, nulla indigentia difficultate ue-
 coactus: quippe cui a plantis atque seminibus alia & alia
 citra ullum laborem suo quaeque tempore uindemiare sume-
 reque ac decerpere semper liceat, sed propter delicias re-
 rumque necessariorum satietatem epulis incongruis, atque
 immundis animalium iugulationibus, multo crudelibus im-
 manissimis abutitur feris. Nam sanguis & caedes & car-
 nes, niluio lupoque & draconi peculiaris est cibus, homini
 uero

uerò obsonium conuenit. Qui quum in omne genus seuiat, non ut feræ à plurimis abstinet, paucisq; bellum infert propter uictus necessitatem, sed neque uolatile, neque aquatile, neque terrestre mensas, iam à uobis mansuetas hospitalesq; dici coeptas, fugere potest. Enim uero quid opsonia ciborumq; condimenta comemorem? quum ferarum natura nulli inutilium uanarumq; artium tribuat locum. Necessarias autem neque ab alijs importatas, neq; mercede doctas, ex se ipsa ueluti simul natas promit. Neq; enim meditatione aut conglutinat, aut solerter & acutè uniuscuiusq; speculationem compingit. Ac Aegyptios quidem omnes medicos esse audiuius, ferarum autem unaqueq; non sibi modò per se ipsa medendi perita est, uerum ea quoque quæ ad uictum, robur, uenationem, custodiamq; spectant, tantumq; musicæ, quantum cuiusq; naturæ conuenit, pulcherrimè per se tenet. Nam unde nos unquam didicimus, quando ægrota-
mur, ad flumina cancrorum gratia ire? Quis uerò testudines docuit, posteaquam uiperam comederint, origano pasci? Quis Creticas capras sagittis percussas dictamum, quo gustato spicula statim è corporibus excidant, persequi monuit? Etenim si dicas harum optimum naturam esse magistrum, in excellentissimum atque sapientissimum principium ferarum prudentiam refers. Quam quidem si neq; rationem, neque prudentiam nominandam putabis, uide quo modo illi pulchrius & honorificentius nomen excogites, ut re ipsa uim quoq; meliorem admirabilioresq; præ se ferre uideatur. Quæ quum neque indocilis, neq; incrudita, sed per se ipsa potius edocta sit atque perfecta, non impotentia, sed fortitudine, ac naturali uirtutis perfectione uestram discendi sciendi que cupiditatem ualere permittit. Quocunq; igitur ferarum homines in delicijs usibusq; habentes

docent ac exercent, eæ uel præter corporis naturam ingenij solertia quæ traduntur facile percipiunt. Nam ut taccam catulos uestigare, pullos edoctos gressus ad numeros quosdam glomerare, corui loquuntur, canes per rotas circulares exiliunt, equi & boues in theatris discubitus & saltationes, & in pedes monstrosas erectiones motionesq; hominibus quoq; sanè quamdifficiles, edocti atque reminiscentes diligenter effingunt. Ex hoc uerò facile colligitur, nihil utilius docilitate feras habere. Quòd si nos artes discere non credis, eas quoque à nobis doceri perdisce. Et enim perdices pullos fugientes se occultare, ac resupinos iacentes se gleba terræ pedibus apprehensa cooperire docent. Ciconiarum quoque pullis uides in tectis ut periti inexpertis præsto adsint ad uolatum. Luscinia uerò pullos suos cantare prædocent. Ac si qui capiantur adhuc rudes, in hominumq; manibus nutriantur, peius canunt, ut qui ante legitimum tempus à doctore subtracti sint. Ac sanè posteaquàm in hoc corpus descendi, illos sermones perquam miror, quibus doctores me persuadebant, ut omnes animantes præter hominem irracionales ac mentis expertes putarem. VLYS. Nunc igitur tu Grylle mutatus es, ouemq; rationalem & asinum esse demonstras? GRYL. Imò uerò ex ijs ipsis te coniectare maxime decet, optime Vlysses, ferarum naturam esse neque rationis, neq; intellectus expertem. Ac ueluti arbor non est alia magis minus uel inanimata, sed omnes æqualiter se habent ad insensibilitatem, quòd earum nulli anima inest, sic animal non uideretur alio uel tardius, uel indocilius, nisi omnia rationis intellectusq; capacia magis ac minus alijs quidem alia quodam modo forent. Enim uero animaduertere licet, nonnullorum stoliditatem ac torporem aliorum astutijs calliditatibusq;

depre

depre
uel c
uel a
rum
tum
pre
sit, i
est. c
rum

P



tionis
quòd i
rem ue
potius
alit qu
calore
ant, d

deprehendi, si quando uulpi lupo'ue, aut apicula asinum
 uel ouem compares, perinde atq; si tibi ipsi Polyphemum,
 uel auo tuo Autolyco illum Corinthium conferas Home-
 rum. Neq; enim puto seras tantum inter se differre, quan-
 tum homini homo sapientia, ratiocinatione ac memoria
 prestat. V L Y S. At uide Gryllo, ne graue atq; uiolentum
 sit, ijs rationem concedere, quibus dei cognitio ingenia non
 est. G R Y L. Et postea quum sis adeo sapiens ac elegans re-
 rum discriminator, te ex Sisypho natum esse non dicemus.

F I N I S.

P L U T A R C H I

C H A E R O N E I P H I -

L O S O P H I C L A -

R I S S I M I,

P R O B L E M A T A.

Petro Lucensi interprete.



Q U I D est, quod noua nupta quum in ma-
 trimonium datur, ignem & aquam iu-
 betur attingere? An quod in elementis ac
 principijs eorum alter maris, altera fœ-
 minæ locum tenet, & is principium mo-
 tionis iniicit, illa uerò subiecti ac materiæ uim habet? An
 quod ignis purgat, aqua uerò circumfert ac lustrat: uxo-
 rem uerò puram & castam permanere oportet? An aliud
 potius? quod quemadmodum ignis humoris expers, nec
 alit quicquam & ieiunus est atque aridus, aqua uerò sine
 calore sterilis est & ignaua: sic mas & fœmina nisi coe-
 ant, disiuncti languescant & nihil efficiant necesse est?

D 5

Quorum

Quorum coniunctio in matrimonium coeuntibus conui-
 dum perficit, qui deferendus non est, & omnis fortunæ ca-
 sus communiter subeundus, etiamsi nullius boni, nisi ignis
 & aquæ participes inter se futuri sint.

Q V I D est, quod nec plures, nec pauciores, sed
 quinque tantummodo faces in nuptiis accendant, quas Ce-
 reos appellant? An illud est quod Varro prodidit, impera-
 tores tribus uti solitos esse, Aedilibus plures adhiberi? mo-
 ris est autem, ut ab Aedilibus qui uxores ducunt, faces ac-
 cendant. An quod quum plurimis in rebus numeris utan-
 tur, tum cæteris melior ac perfectior sit, & ad nuptias im-
 par numerus conuenientior atque aptior habeatur? Par
 enim numerus & interuallum suscipit, & eius paritas ad-
 uersatur ac pugnat. Impar uerò omnino scindi non potest,
 sed si diuidatur, semper aliquid commune relinquit. Ex om-
 nibus uerò imparibus numeris quinquarius potissimum nu-
 ptialis est. Tria enim primum imparis locum tenent, duo
 uerò paris: ex quibus tanquam ex mare & scæmina quina-
 rius commiscetur numerus. An illud magis, quod quum lux
 generationis signum sit, mulier uerò non plureis, quam
 quinque uno partu natura potest ædere, idcirco totidem
 utuntur facibus? An quod deos quinq; precari eos putant,
 qui matrimonio coniunguntur, Iouem adultum, Iunonem
 adultam, Vencrem, Suadelam, & in primis Dianam, quam
 etiam in partu & doloribus mulieres inuocant?

C V R Romæ quum Diane multe sint ædes, eam so-
 lum quæ in angiportu est, qui Patricius dicitur, uiros ingre-
 di nefas est? An ob eam fabulam, quæ dicitur, quendã quum
 eo in templo mulieri, quæ Dianam salutatum uenisset, uim
 attulisset, à canibus discriptum fuisse? Inde orta superstitio-
 ne homines ingressu abstinuisse?

Q V V R

Q V V R in cæteris Dianæ templis ceruorū cornua planè affigunt, in Auentino bouem tantummodo suspendere consueverunt? Quid ita? an id ueteris casus memoria & recordatione fieri putandum est? Ferunt enim in Sabinis Antroni Coratio bouem insigni specie ac magnitudine natam fuisse. A diuino deinde quodam monitum, si quis eam bouem in Auentino Dianæ immolasset, fatum esse, eius qui rem diuinam fecisset ciuitatem, totius Italiæ imperio potiri. Hominem re credita, ut bouem immolaret statim Romam uenisse. Seruum interim Seruio regi clam rem omnem indicasse, illum è uestigio Cornelio sacerdote imperasse, ut Atroni, antequam is rem diuinam faceret, in Tyberim se ablucere rite præciperet: Sic enim eos qui liare uellent, facere consuesse. Antronem cupide profectum lauuisse. Seruum interim occupasse, ac Dianæ bouem immolasse, & cornua templo affixisse. Hoc Iuba monumentis mandauit, & Varro. Nisi quòd Antronis nomen Varro non prodidit, nec à Cornelio sacerdote, sed ab adituo deceptum fuisse dicit.

C V R eos qui in agro externo diem suum obiisse falso nunciati sunt, si postea reuerterint, ianua in domum non admittuntur, sed per tegulas ascendentes intrò seipsos demittunt? Varro enim omnino causam fabulosam tradit. Dicit enim bello Siculo nauali pugna commissa, quum eo prælio multos occidisse falso nunciatum esset, omnes postea reuersos breui interijisse. Vni autem ianuam ingredi conanti temere clausam obstitisse, nec quum aperire conaretur, potuisse. Hominem ibi pro foribus consopitum in somnis speciem uidisse, qua super tectum per imbrices descendens in domum, ac delapsus ostenderetur. Quo factò felicem fuisse, & ad senectutè peruenisse. Inde posteris morem fuisse



fuisse proditum. Sed uide ne hæc quod immo Græcis ac nostris similia esse uideantur: non enim castos putabant, nec illis omnino admiscebantur, sed procul à templis arcebant, quibus funus tanquam mortuis & exequiæ factæ fuissent. Ferunt autem quendam, qui hac superstitione huic religioni obnoxius teneretur, Aristinum nomine, Delphos misisse, qui Deum suo nomine precarentur, ut eum quibus ob hunc ritum difficultatibus teneretur absolueret: Pythiam illis respondisse, quæcumque purpurea facere consuesset, ubi omnia rite obijisset, tum dijs immortalibus sacrificaret. Aristinum oraculo accepto, ac propè cognito, sese quasi modò in lucem æditum mulieribus lauandum, obligandum, laetandumque præbuisse: sic deinde ceteros omnes Hystropotmos appellatos facere instituisse. Sunt qui dicant morem hunc ante Aristinum fuisse, & antiquum morem esse. Mirari ergo non oportet, si Romani quoque eos, qui semel sepulti mortuorum numerum tenuissent, limen ingredi prohiberent: quippe qui uel egredientes rem diuinam faciunt, & sacrificio facto ingrediuntur, sed desuper per impluuium descendere iubeant. Piacula planè omnia sub diuo obire consueuerunt.

CVR institutum est, ut mulieres cognatos ore osculentur? An, ut multi putant, quòd his uini usus interdictus esset, & idcirco ne bibentes laterent, sed domesticorum congressu redarguerentur, osculandi consuetudo inducta est? An probabilior huius rei causa est quam scripsit Aristoteles: illud enim iam uulgatum, & quod iam pridem heroicis temporibus factum fuisse dicitur, in Italia mulieres Troianæ, ut uidetur, facere ausæ sunt? Nam quum ad Italiæ littus appulissent, & uiri ad unam omnes relictis nauibus in terram descendissent, naues incenderunt, quòd diu-

Maro in Sicilia factum scribit.

turum,

turni, ac longi erroris cas pertæsum esset, & maris tæde-
ret. Metu deinde uirorum pauide, propinquos ac domesti-
cos cõplexæ, osculãdo ac blandè appellãdo, ut cuiq; occur-
rissent, facinoris conscientia salutabant. Hoc pacto mitiga-
tis animis, & inter se conciliatis, mansit postea consuetu-
do, ut hac inter se comitate uterentur. An magis hoc tri-
butum est mulieribus, quò simul & honore & potestate
augerentur, si multos cognatos ac propinquos habere ui-
derentur? An quòd cognatorum connubijs lege prohibitis,
hoc comitatis genus ad osculum usque processit, & hoc so-
lum cognationis signum, & communicatio relicta est? Su-
perioribus enim temporibus, quæ se aliqua necessitudine
attigissent, uxores non ducebant, quemadmodum ne nunc
quidem sorores. Sed non ita pridem factum est, ut neptes
uxores ducere permitterent. Vir quidam sane pauper, cæ-
terum bonus, & in primis popularibus acceptus, quum
neptem cui dos ampla esset relicta, in matrimonium acce-
pisset, locuples ex eo & copiosus factus est. Eius rei accu-
satus, iudicio multitudinis absolutus est: plebiscitum de-
inde factum, ut in ducendis uxoribus ad neptes usq; ascen-
dere liceret: superior enim necessitudo prohiberetur.

Q V I D est, quòd uir ab uxore, uxor à uiro dono
aliquid accipere prohibetur? An quòd, ut Solon scripsit,
morientium donationes ratæ sunt, nisi quis, inquit, necessi-
tate coactus aut ab uxore persuasus: necessitatè enim quasi
nim afferentem* accepit: uoluptatem uerò quasi decipien-
tem. Sic uxorum donationes ac uirorum* suspitione non
caruerūt. An quòd uilissimum beneuolentiæ signum dona-
tio sit? Dant enim & alieni, & qui non amant. Idcirco
hoc dandi lenocinium ex matrimonio sustulerunt, ut non
mercenarium, sed gratuitum & spontaneum sit hoc totum
amare

*excepti.

*intelligendæ
ueniunt.

amare & redamari. An quòd ab alijs accipiendo corruptæ alienos admittunt, grauiſſimum uisum eſt gratis ſuos diligere? An illud potius, quòd uiri & uxoris rem communem eſſe oportet? Nam qui quòd datum eſt accipit, iſ quòd datum non eſt id alienum eſſe cenſere didicit. Quo fit ut exiguum inuicem dando totum perdant.

Q V I D eſt, quòd à genero ac ſocero iſdem aliquid dono capere non licet? An idcirco à genero, ne fortè per parentē munus ad uxorē redire uideatur? à ſocero autem quòd qui nihil dediſſet, cū nihil accipere par eſſe uisum eſt?

C V R ſiue ex agro, ſiue peregre domum redeant, qui uxores domū habent, aduentus ſui nuncios præmittunt? An quòd hoc eius eſſe cenſent, qui ſe abſente uxorem nihil improbè facere ſibi perſuadeat, derepente uerò & inopinatò ſubuenirè inſidiatoris, idcirco uxorū expectationi ac deſiderio, bonis eas nuncijs afficiendo, quantitiſſimè ſatis fieri ſtudent? An illud potius, quòd ſcire nimium auent, ſi ſaluas domi, ac ſui deſiderio affectas ſint offenſuri? An quòd pluribus domi negotijs in adminiſtranda re familiari abſentibus uiris uxores occupentur, & cum domeſticis plerunque diſcordent, ut his omnibus remotis, incundè ac tranquillè ab uxoribus excipiantur, de ſuo eas aduentu prius fieri certiores uolunt?

C V R deos ſalutantes caput operiunt, uiris autem dignitate præditis, & honore dignis, ſi quo caſu occurrerint, caput aperiunt? Hoc enim illam quoq; dubitationem uidetur augere. Nam ſi quæ de Aenea feruntur uera ſunt, ut prætereunte Diomede caput operiens rem diuinam fecerit, rationem habet, nec repugnat, ut quemadmodum in occurſu hoſtium caput uelemus, ſic amicis ac bonis uiris obuiam facti capita detegamus. Nam quòd ad deos pertinet

habet, id proprium non est, sed casu accidit, & ab illo seruatam postea mansit. Quòd si aliud dicendum est, uide ne illud solum querendum sit, quamobrem deos uenerantes capita uelentur. Alterum uerò consentaneum est. Potentioribus enim occurrentes ideirco caput aperiunt, non ut eis aliquid addant, sed ut inuidiam potius detrahant, ne pares dijs immortalibus honores poscere, neue eodem cultu delectari uideantur. Deos uerò ideirco sic adorabant, ut aut operiendo capite seipsos humiliores redderent, aut metu, ne quid ignominiosum ac triste inter precandum aliunde auribus accideret, ideirco uellem ad aures usq; attollebant. Hoc autem eos uehementer uisasse, ex eo facile perspicitur potest, quòd oraculum aduertes era pulsari, & quamaximum strepitum fieri uolunt. Aut illud est quòd Castor dicit, mores Romanos Pythagoricis comparans, Genium qui unicuique nostrum inest, deos qui extra sunt rogare, & caput uelando supplicare, animi scilicet uelamentum ac reuelationem per corpus quoddam enigmatè ostendentem.

Q U I D est, quòd Saturno capite aperto immolant? An quòd uelandi capitis ritum Aencas tradidit, Saturni uerò sacrificium peructustum est? An illud potius, quoniam dijs coelestibus immolantes uelantur, Saturnum uerò subterraneum & terrestrem Deum esse arbitrantur? An quòd ueritas oculi obscurari ue non potest, ueritatis autem parentem ac deum Romani Saturnum habent? Sed quid est, quòd Saturnum ueritatis patrem ducunt? An quòd ut pleriq; Philosophi censent, Saturnum tempus esse existimant, ueritas autem tempore inuenitur? An illud, quòd fabulosa illa Saturni tempora, qui iustissimus omnium fuisse dicitur, ueritatem maximè coluisse uerisimile est?

Q U I D

QVID est, quòd Honori aperto capite rem diuinam faciunt? An quia splendidum quiddam & illustre, & apertum ac late patens gloria? quam ob causam honestis ac bonis uiris caput aperiunt, eadem adduci uidentur, ut eiusdem cultus cognominem Deum eodem more uenerentur.

QVID est, quòd filij quidem tecto capite parentes efferunt, filiae uerò nudo ac sparsis crinibus? An quòd patres tanquam deos à maribus coli conuenit, quos tamen eosdem filias luctu prosequi magis deccat? utrique enim quod suum est lex tribuens, ex ambobus quod oporteret & deceret, efficit. An ea lugenti accommodata sunt quae sunt inusitata? consueuerunt autem magis operto capite mulieres, at uiri contra aperto in publicum prodire. Apud Græcos enim si quid aduersi acciderit, ut mulieres tonderi, sic uiri comas alere consueuerunt, quòd uiri tondere, mulieres uerò promissiores habere crines moris est. An filios ob eam quam diximus causam uelari mos est? Nam ut Varro dixit, filij sic sepulcris parentum obuersantur, quasi deorum templis, pari cultu utrosque uenerantes: Quorum in bustis cum primum in os aliquod inciderint, eum qui mortuus sit, in deorum numerum relatum esse dicunt. Mulieribus autem ne aperto quidem capite omnino licebat. Est enim proditum memoriae, Sp. Carbilium primum Romanorum omnium sterilitatis causa uxorem repudiasse. Hunc secutus Sulpitius Gallus idcirco uxori nuncium remisit, quòd eam in caput uestem deducere animaduertisset. Idem fecit P. Sempronius, quòd eius uxor ludos fanebres spectasset.

CVR Terminum, cui Ternunalia faciunt, Deum putantes, nihil ei animatum sacrificant? An quod terminos Romæ agro statuit, quò progredi, ac uicinos mulctare licitum esset

esset, atq; omnem agrum proprium existimare, quò, ut Lacon dicit, hasta perueniant? Numa uerò Pompilius, uir ciuilibus ac iustus, & in primis sapiens, agri terminos cum finitimis constituit, & ipsis finibus Terminum omnis causa *Terminus deus.* nominans, quasi præsidentem, & amicitiae ac pacis custodem, ab omni cæde, ac sanguine cum incontaminatum conseruari oportere existimauit.

Q V I D est, quòd ancillis ædem Matutæ ingredi fas non est, unam uerò tantum mulieres introducunt, quam alapis cædunt? An quia hanc unam ita pulsari, signum est seruas aditu prohiberi? Reliquas autem propter fabulas repellunt? Ino enim uirum rem cum serua habere suspicata filium deperijsse dicitur. Seruam uerò Græci ex Aetolia orundam fuisse dicunt, nomine Antipheram. Ex quo apud nos in Cherone pro æde Matutæ edituus lorum tenens pronunciat: Non seruam ingredi, non seruum: non Aetolum, non Actolam.

C V R apud hanc ipsam deam suis quidem filijs bona non optant, quum nepotibus id tribuant? An quòd Ino miti quodam & humano ingenio esse, & sororis filio mammam præbuisse, in filijs uerò infelix exitisse uidetur? An aliter potius, quòd moralis & pulchra in primis consuetudo, & multum inter necessarios beneuolentiæ comparans existimata est?

Q V I D causæ est, quòd pleriq; copiosi & locupletes substantiæ suæ decimam Herculi offerebant? An quòd ille quoq; in Palatino bouem, quas Geryoni abstulit, decimam immolauit? An quòd Romanos ab Hetruscis decimari solutos liberauit? An hæc historiam nec omnino ueram, nec uerisimilem habent? Herculi uerò tanquam edaci & splendido prolixè atq; opipare parabant, & sacrificium

E

facieb

faciebant? An illud potius, quasi odiosas ciuibus & molestas nimias diuitias cōminuentes, & ut bonæ corporis habitudi ni ad summum prouectæ aliquid detrahentes, eo pacto maxime coli Herculem existimabant? Quem idcirco luxuriam coercere & comprimere delectaret, quod ipse paucis contentus tenuiter continenterq; uixisset?

*Ianuarius cur
initium anni.*

QV ID est, quod Romani Ianuarium principium anni faciunt? Antiquis enim temporibus Martius primus omnium numerabatur, quod cum multis signis perspicere potest, tum eo maxime, quod quintum à Martio & sextum, & reliquos deinceps usque ad extremum à Martio numerant. Decembrem enim nouissimum appellant, à Martio scilicet recensentes. Ex quo nonnulli opinati sunt, ueteres Romanos non duodecim, sed decem mensibus annum complexisse, & ob eam rem quibusdam mensibus plures quam triginta dies addidisse. Sunt qui monumentis mandauerint, Decembrem à Martio decimum computari, hunc & deinceps subsequi Ianuarium: Februariam esse in quo & purgationibus utuntur, & mortuis parentant anno finiente. Hunc postea ordinem commutatam esse constat, & Ianuarium primum omnium numerari ceptum, quod primo huius mensis die, quem Calendas Ianuarias appellant, primi Consules exactis regibus creati sunt. Verisimilius illud quod quidam dicunt, Martium à Romulo primum omnium fuisse numeratum, quod homo acer ac bellicosus, atque adeo bellandi amore insanus, Marte satum se existimans, parentis sui cognomen cæteris mensibus præponendum esse censuit. Numa Pompilius deinde, uir pacatus, & pacis atque ocij studiosus, quum ciuium animos à bello ad agriculturam traducere cōtēderet, Ianuario inter menses principatum dedit, & Ianum quasi ciuilem & agriculturæ magis quam

quàm rei bellicæ studiosum ad summos honores cultumq; prouexit. Sed uide ne Numa Pompilius magis cōsentaneum naturæ, quantum ad nos attinet, principium anni sumpserit. Omnino enim eorum quæ in circulo circumferuntur, nihil est quod natura aut extremum sit aut primum, sed lege factum, ut aliud alij statuant anni principium, optime uerò qui post hybernum tropicum annum inchoant, quum sol finem ulterius progrediendi faciat, rursus ad nos se recipit: fit enim naturale quodammodo huiusmodi principium, quo & lucis tempus nobis augetur, tenebrarum uerò & noctis diminuitur, princeps denique & totius substantiæ fluxæ autor propius accedit.

QVID est, quòd Floræ, quàm bonam deam nominant, omni florum genere templum exornantes mulieres domum myrtos non importent, præsertim quum ambitiosius cunctis germinum ac florum uarietatibus uti soleant? An illud est quod à fabulatoribus dicitur, Floram Flauij diuinatoris uxorem fuisse, quæ quum uino clanculum uberius ueretur, deprehensam myrticis uirgis, ac flagris à uiro cesam fuisse dicitur, inde factum esse ut myrtus in eius edem non inferatur? Vinum tantum quum mulieres ei libant, lac appellant? An quòd à multis, tum uerò rebus Veneris castæ ac puræ sacrum illud obeunt? non solum enim uiros excludunt, sed quum solenne sacrificium faciunt, quicquid masculum est domo exigunt. Myrtum igitur quasi Veneri dicatam religiosam habent. Nam quam nunc Murciam Venerem nominant, antiquitus, ut uidetur, Myrteam appellare consueuerunt.

QVID est, quòd Latini picum uenerantur, & eo uehementer abstinent? An quòd picum uxoris ueneficio mutatum ferunt, autem deinde factum oracula edere, &

interrogantibus respondere solitum? An hoc cum incredibile, tum monstri plenum existimandum, & altera fabula multò est uerisimilior? Romulo ac Remo quum regis iussu expositi essent, non modò lupam mammis infantibus præbuisse, sed picum quoque ad infantes uentitasse, atque eos aluisse? Nam nunc quoque locis nemorosis ac syluestribus, in quibus crebro picus appareat, lupum uersari animaduersum est. An illud magis, ut aliam alij Deo auctum, sic picum Marti sacrum putauerunt? Est enim natura fidens & elatus atque audax: rostrum quidem adeo firmum habet, ut robora subuertat, quum truncum sepe pulsando ad medullam usque peruenerit.

CVR Ianum bifrontem esse autumant? sic enim eum & fingunt & pingunt. An quòd Græcus Perrhæbus fuit? sic enim monumentis proditum est. Is postea quum in Italiam traiecisset, & apud Barbaros consedisset, linguam simul cum uictu commutauit. An illud potius, quòd Italos aggresses ac barbaros ad humanitatem uitæ cultumq; tractatos, & agros colere, & rempublicam administrare instituit?

QVID causæ est, quòd in æde Libitinæ quæ ad sepulchram pertinet uendere consueuerunt, Libitinam nihil aliud nisi Venerem esse existimantes? An hoc unum ex Numæ Pompilij commentis fuisse putandum est, ut discant homines talia non aspernari, nec tãquã rem pollutam aut sceleratam fugere? An ea re homines fragilitatis & imbecillitatis humanæ admoneri putant, quòd una & eadem dea principium ac finem uitæ in potestate habeat: quippe quæ ingredientibus uitam uel decedentibus præsideat? Delphis enim Epitymbiæ Veneris exigua sanè statua posita ostenditur, ad quam manes ad parentationes & libationes & elicere & euocare consueuerunt.

CVR tria mensis principia, & dies quasi quosdam legibus præstitutos habent, qui dierum idem interuallum in medio capiunt? An illud uerum est quod Iuba in historia scribit, Magistratus Calendis populum uocare, & in quartum diem Nonas indicere solitos esse? Idus enim diem religiosum putabant. An illud magis, quòd lunæ uarietatibus tempora describentes tres omnino singulis mensibus lunæ mutationes fieri animaduertebant? Primam quum Soli congressa penitus occultatur. Deinde quum solis radios ac lumen elapsa, ab occasu incipit apparere. Postremo quum solaribus radijs collustrata plenilunium efficit. Nonnant autem lunæ occultationem, quum scilicet non apparet, *Calenda.* *Calenda.* Quicquid occulte fit, clam fieri & celari latine dicitur. Primam uerò Nonas appellant iustissimo quidem nomine, *Nona.* nouum uocant. Idus autem aut propter speciem & undique *Idus.* collucentis lunæ pulchritudinem, aut cognomen illud Ioui attribuentes. Sed certissimum dierum numerum exequi non oportet, non ex eo quod parum abest calumniari, quandoquidem uel hoc tempore, quo ad summum astrologiæ peruentum est, inæqualitas tamen temporum mathematicorum peritiam uincit, & eorum numeros ac supputationes sepius fallit ac fugit.

QVID est, quòd postridie Calendas, Nonas, Idus, nec quòquam exire, nec peregre proficisci consueuerunt? An quod, ut plurimi censent, & Linius autor est, post Idus Quintiles, quas nunc Iulias uocant, Tribuni militum e ductis copijs ad Alliam fluium à Gallis superatis urbem funditus delcuerunt? quem diem quum postea religiosum habuissent, & procedente tempore, ut sui, mos inoleuisset, eadem superstitio tantum ualuit, ut dies postridie Calendas, ac Nonas similiter religiosi haberentur? An hoc

multis modis absurdum est? Alio enim die apud Alliam
 malè pugnatum est, quem Alliensem à fluuiio nominantes
 infaustum habent Romani. Quumq; multi religiosi sint
 dies, haudquaquam singulis mensibus homonymos obser-
 uant, uerum unumquemque diem, in quo tunc calamitas
 accidit, ei qui postridie Nonas, & Calendas sequitur, adsi-
 stere, ut omnem pari superstitione inuoluant, nullam uerò
 similitudinem habere. Vide igitur ne quemadmodum pri-
 mum mensẽ dijs coelestibus consecrauerunt, secundum ue-
 rò inferis, in quo & purgationibus quibusdam utuntur, &
 mortuis parentant, sic & dies alios quidem quasi autores
 ac principes, ut dictum est, tres scilicet festos & sacros
 posuerint, eos autem qui deinceps sequuntur, dijs manibus
 attributos, religiosos & infaustos habendos existimaue-
 rint. Græci enim Calendis deos uenerantes, cum qui se-
 quitur, semideis, ac demonibus attribucrunt. Secundus
 quoque crater semideis & heroidibus libari solet. Omnino
 numerus quidam tempus est. Principium est enim unitas,
 quam secutus binarius unitati aduersatur, & parum pri-
 mus est numerus, par uerò indigens quidem imperfectum
 & indefinitum, quemadmodum rursus impar terminatus
 est, & terminat ac perfectus est. Quo fit, ut Nonas quin-
 to post Calendas die subijciant, Idus autem Nonis no-
 no post die decimum numerent. Ternant enim princi-
 pia impares numeri, qui uerò principia excipiunt pares
 deinceps numeri nec um habent ullam nec ordinem. Quo
 fit, ut his nihil agere instituant, nusquam exeant, aut
 peregre proficiscantur. Quo loco illud Themistoclis re-
 petere alienum nõ fuerit, diem qui postridie diei festi fuisse
 cum die festo litigasse: illum enim multũ negotij ac laboris
 habuisse, se autem effecisse ut quiete & ociosè rebus paruis
 perfrue

perfruerentur homines. tum dies festus : Ne tu quidem uerum dicis , nisi enim ipse fecissem , tu non fuisses . Hoc Themistocles aduersus eos qui post eum ab Atheniensibus imperatores facti fuerant , dixisse fertur . futurum fuisse ut eorum nemo cognosceretur , nisi ciuitatem ipse conseruasset . Quoniam igitur omnis studiosa peregrinatio atq; actio , apparatus & administrationis indiget , ueteres autem Romani diebus festis nihil omnino negocij agebant , aut prorsus curabant , sed rebus diuinis penitus dediti erant , idq; sic agebant , ut nunc quoq; sacerdotes , rem diuinam facturi proponere & edicere consueuerunt , iure optimo : statim enim peractis festis exhibant uacui omni cura ac negocio , nihil agebant , quippe qui essent imparati , atq; illum diem ea quæ usui essent excogitando in apparatu consumebant . An sicut etiam nunc factis uotis deo , uenerari , in templis sedere , ac permanere consueuerunt , sic non continuo dies operosos diebus sacris & feriatibus subiiciendos putauerunt , & aliquid interualli intercedere uolebant , præsertim quum præter opinionem ac uoluntatem molesta ac grauia persepe in uita accidere soleant ?

Q V I D est , quòd in luctu mulieres albis uestibus induuntur ? An ut magos aiunt aduersum orcum ac tenebras instructos claritati ac luci seipsos comparantes , hoc facere putandum est ? An quemadmodum mortui corpus albis uestibus induant , & propinquos idem facere uolunt ? Corpus autem idcirco sic ornant , quando animum non possunt , quem purum ac splendidum deducere uolunt , quasi iam emeritum , & magno ac uario certamine liberatum ? An tenuitas his in rebus ac simplicitas maximè decet , infectæ autem uestes tum superfluitatem præ se ferunt , tum elegantiæ ac sumptum ? Non enim minus aduersus nigrum

quàm purpureum colorem illa dici possunt: Dolosæ uestes, dolosi uerò etiam colores. Quod autem sua sponte non arte nigrum est, natura tinctum est, & opaco admixtum uincitur. Solum igitur album syncerum ac purum ac minimè inquinatum est. Quare mortuis aptissimus. Defunctus enim simplex quiddam factum est, purum, & omni commixtione uacuum, nihil planè aliud nisi quodam quasi tinctorio ueneno sic corpore liberatus. Argis uerò in luctu uestes albas induunt, ut Socrates dicit, aqua ablutas.

Q V I D est, quòd omnes muros sanctos putant, portas non item? An illud est quod à Varrone scriptum est? Murum quidem sanctum haberi oportere, ut pro tuendis moenibus studiosè propugnent ac mortè oppetant. Sic enim uidetur & Romulus fratrem interfecisse, quòd locum sanctum, & quem transgredi nefas esset, transire non dubitasset, & prophanum reddidisset. Portæ uerò consecrari idcirco non possunt, quòd cum alia multa ad usum necessaria exportare atq; importare, tum uerò mortuos per eas efferre consueuerunt: & quòd qui ab initio urbes condunt, quantumcunq; loci edificaturi sunt aratro attingunt, cui marem bouem ac sceminam subiugant. In murorum uerò descriptione quum portarum spatia metiuntur, uomerem detrahunt, ac aratrum transferunt, quasi quicquid exaratum sit, sacrum & inuiolatum futurum esse uideatur.

Q V I D est, quòd pucros si Herculem iurant, id sub te tecto facere prohibent, & sub dium progredi iubent, quod ut sub dio faciant ideo exire iubent? An ea causa est quam multi afferunt, Herculem non umbra atq; ocio, sed labore ac periculis delectatum, non domi, sed foris ac sub diuo uitam egisse? An illud magis, quòd is deus non indigena, sed externus & aduena est habitus? Nam nec Dionysium iu-

rant

rant s
nysius
hibent
suscip
quasi
ium.
propri
Hercu
primis
num,
leo An
Laced
absq; iu
Q
scenden
puerum
An eò
amissu
domum
quem a
quoq; i
ficante
to quod
Q
beni dic
depacif
nec aliu
mus con
uerbis e
lei C. S
lophi

rant sub tecto externum & ipsum deum, si quidem est Dioscurus. An hæc quidem dicuntur, & ioco apud pueros adhibentur, ut aliud occultius agatur, nec pueri sic temere insuescant deierare? Sic enim Phauorinus aiebat. Hoc enim quasi de industria moram efficit, & deliberandi dat spatium. Phauorinum uerò rectè putasse, nec commune, sed proprium huius dei hoc quod sit existimasse, ex his quæ de Hercule feruntur facile conijci potest. Ferunt enim hunc in primis religiosum fuisse, & ad iurandum uerecundissimum, quippe qui semel in omni uita iurauerit, idq; soli Phyleo Augei filio: quocirca Pythiam hoc iurandi genus Lacedæmonijs proposuisse, Satius ac melius illis fore si absq; iureiurando affirmassent.

Q V I D est, quòd nouam nuptam ipsum limen transcendere non permittunt? An quòd qui primas mulieres raperunt, sic eas domibus intulerunt, non ipsæ ingressæ sunt? An eò inuitæ ingredi uideri uolunt, ubi pudicitiam sunt amissuræ? An quòd potius signum est ipsam non sua sponte domum exituram, nec suos relicturam fuisse, nisi cogeretur, quemadmodum ui coacta ingressa esset? Nam apud nos quoq; in Bœotia currus axem pro foribus comburunt, significantes sponsam intus manere oportere, tanquam eo sublato quod eam asportaturum fuerat.

Q V I D causæ est, quòd sponsam introducetes iurent dicere, Vbi tu Caius, ego Caia? An ita cum uiro quasi de pacificatur, ut omnia communia sint & pariter imperent, nec aliud his uerbis ostenditur, nisi ubi tu dominus ac domus compos, sic ego domus domina atq; hera? His autem uerbis & alijs utuntur communibus, quemadmodum legulei C. Seium & Lucium Titium usurpare solent, & philosophi Dionem, Theonem. An magis propter Caiam Cæ-

*M. Ancis sic
apud Plinium
lib. octauo, ca.
quadragesimo-
octauo.

ciliam, honestam sanè mulierem ac bonam, uni ex Tarquinij liberis collocatam, cuius in * Sanctæ templo statua ex ære posita est? in crant iam pridem & sandalia & colus, pudicitie & industriæ suæ certa monumenta.

QVID est, quòd in nuptijs Talasij nomen crebro iactatur? An propter lanificium quod quasillum uocant Romani, & sponsam introducentes pellem substernunt, ipsa uerò colum secum infert & fusum, uiri autem ianuam lana coronat ac cingit? An illud uerum est quod historici tradiderunt? adolescentem quendam in rebus bellicis strenuum, & in primis præclarum, & alioqui uirum optimum, Talasium nonne, Romæ fuisse. Sed postea quum Romani Sabinorum filias, quæ ad ludos uenerant, de composito rapuissent, uirgo egregia specie Talasio ferebatur à popularibus quibusdam & Talasij clientibus, clamitantibus quòd tutius eam auferrent, nec quisquam accederet qui eam abstraheret uiolaretq; puellam Talasio ferri? Reliqua igitur multitudo Talasij honoris causa bonis omnibus ac uotis puellam prosecuta ad Talasium deduxerunt. Ex illo quoniam nuptiæ felices fuissent, solenne permāsit, ut quemadmodum Græci Hymenæum, ita Latini Talasium omnis causa in nuptijs nominarent.

QVID est, quòd Maij mense circa plenilunium de ponte sublicio simulacra in Tyberim iacentes Argeos quæ deiiciuntur appellant? An quòd antiquis temporibus Barbari ea loca incolentes Græcos quos ceperant, eo pacto interficerent? Herculem uerò postea admirati ab hostium & externorum cæde abstinuerunt, docti ab eodem, ut uetrem morem ac superstitionem imitantes effigies in flumen abijcerent? nam ueteres Græcos omnes Argiuos æqualiter appellabant. Nisi propter uiciniam

tem

tem Argiuos Arcadum hostes Euander existimans, qui patriam fugiens ibi confedit, odium & inimicitias retinuit.

CVR ueteri more nemo foris coenabat præter liberos qui ætate puerili essent? An Lycurgus ut modestè, non intemperanter & beluarum more, hoc pacto quoq; pueros instituit ad phiditia deducens, sed uerecundè, ac prudenter uoluptates attingerent, quum maiores natu spectatores ac magistros haberent? Nec hoc quoque minoris faciendum, quòd in liberorum conspectu uerecundiores multò parentes se exhibent & modestiores. Nam quemadmodum præclare à Platone scriptum est, ubi senes impudètes sint, adolescentescens quoque turpissimos esse necesse est.

QVID est, quòd quum cæteri Romani Februario mortuis inferias nuttere & parentare consueuissent, Decius Brutus, ut Cicero scribit, id Decembri faciebat? hic enim fuit qui primus Lusitaniam inuasit, quippe * Lytham flumen * Lethen primus traiecit. An quemadmodum uesteri et mense exacto multi parentare consueuerunt, sic in fine anni mense nouissimo mortuos honore & inferis prosequerantur? Est autem omnium mensium December extremus. An quòd dijs inferis honor redderetur? quòd tum fieri tempestiue uidetur, quum fructus omnes maturitatem sunt consecuti. An quòd quum sementem instituentes terram subigunt, inferorum meminisse maxime oportet? An aliud potius, quòd is mensis Saturno à Romanis consecratus est, quem inferorū deorum numero habeant? An quòd Saturnalibus, quem diem Romani maxime colunt, quo uoluptati ac genio plurimum uacant, harum rerum nonnullas mortuis primitias impertendas putauerunt? An solum hoc mense Brutum parentare solitum omnino falsum est? Nam Larentiæ mense Decembri ad eius sepulcrum libantes inferias faciunt.

QVID

QVID est, quòd Larentiam uulgatissimum scortum tantopere uenerantur? Alia est enim Acca Larentia, quam Romuli nutricem esse ferunt. Huius enim diem festum mense Aprili agunt Romani, hanc autem Flauiam cognomento appellatam dicunt. Nobilitata est hanc ob causam. Aedituus quidem Hercules, ocio ut uidetur abundans, ludo ac tesserris diem conterere solebat, sed quum fortè ita accidisset, ut quibus cum ludere consueuerat, eorum adesset nemo, ocio sus ac tristis deum ut secum luderet prouocauit, ea lege ut si uicisset, aliquid boni à Deo nancisceretur: sin autem uictus fuisset, ipse Deo coenam præberet, insuper speciosam adolescentulam, qua cum consuetudinem Hercules haberet, Deo compararet. Propositis tesserris quum & suam & Dei uicem iecisset, superatus est. Ex prouocatione igitur opiparam Deo mensam parauit, & Larentiam publicum tum temporis scortum adhibuit, & in templo discumbere iussam clausis foribus reliquit. Ferunt autem noctu cū muliere congressum non humanius, ubi illuxisset, mulierem in forum progredi iussisse, & cuiunque primo occurrisset, huic animum adhibere, & amicum sibi ad ungeri. Larentiam statim surrexisse, homini locupleti occurrisse, natu iam grandi ac coelibis, cui Taurutius nomen est, qui mulieri matrimonio coniunctus, & uiuus rei familiaris potestatem ei fecit, & moriens testamento heredem reliquit.

QVID est, quòd portam unam Fenestram appellant, apud quam Fortunæ thalamus qui dicitur positus est? An quia Seruius rex secundissima fortuna usus cum filia rem habuisse creditus est, quum per fenestrā ad eam penetraret? An hoc fabulosum, illud autem uerum? Tarquinio Prisco Romæ regnante quum à pastoribus occisus esset, Tanaquil eius uxor, mulier sanè prudēs & fortis, per fenestram populum

allocuta

allocu
declat

C

sola st
aut re

gloria

ac rec

deant:

stes sig

sum e

Græc

gnop

Q

factus

nunc

modu

mente

actio

temp

nesce

perfe

quam

sunt e

pter a

C

uerser

erat?

lium

temp

exere

stem p

allocuta, multitudini persuasisse dicitur, ut Seruium regem declararent, ex eo factum est, ut locus ille ita appellaretur?

CVR ex omnibus quæ dijs immortalibus offeruntur, sola spolia negliguntur, nec uetustate consumpta resarciunt aut reficiunt? An idcirco hoc faciunt, ut quum primis illis gloriam antiquatam esse, ac deletam putent, nouum aliquod ac recens uirtutis monumentum consequi ac parare studeant? An istud uerius, quòd quum inimicitie aduersus hostes signa tempore obscurentur, ipsos ea renouare inuidiosum & acerbum esse censent? Non enim qui primi apud Græcos æneum aut lapideum trophæum statuerunt, magnopere probati sunt.

QVID causæ est, quòd Metellus Pontifex maximus factus, alioqui prudens ac ciuilis, post Sextilem mensem, qui nunc Augustus dicitur, uetuit auspicari? An quòd quemadmodum die incipiente aut crescente, sic mēsis initio ac incremento hæc agimus, reliquos autem tanquam ociosos, et omni actione uacuos seruamus: Sic post octauum, reliquum anni tempus quasi uesperam quandam etiam inclinantis & senescentis anni crepusculum putauerunt? An quòd adultis & perfectis auibus auspicandum? Sunt autem huiusmodi antequam æstas aduenerit: autumno enim aues aut imbecilles sunt & morbidæ, aut pulli & imperfectæ. Aliæ uerò propter anni tempus aliò deuolant.

CVR ijs qui sacramento non tenentur, licet in castris uersentur, tamen nec hostes proelio laceffere, nec ferire fas erat? Quod Cato senior in quadam epistola ostendit ad filium scribens. Monet enim si missus factus sit, & militiæ tempus compleuerit, ad urbem ut redeat, aut si remanere in exercitu uelit, ab imperatore impetret, ut sibi aduersus hostem pugnare & eum interficere liceat. An ideo est institu-

tum

tum, quòd nisi necessitate coactum hominem occidere non liceat, quod qui nec legitime, nec iussus faciat, homicida habendus sit? Idcirco Chrysantam laudauit Cyrus, quòd hostem interfectorum quum iam gladium sustulisset, & interim receptui cani audisset, hostem omisit, & quasi prohibitus iustus abstinuit. An qui cum hoste congressus pugnam conseruit, si formidine captus trepidauerit, multandus est? non enim hostem feriendo ac sauciando tantum profuit, quatum fugiendo aut se recipiendo nocuit. Quicumque igitur missus factus, militiæ sacramento amplius non tenetur: qui uero ut ea sibi agere liceat quæ militantium sunt petit, iterum se & legi & imperatori obnoxium facit.

C V R Iouis sacerdoti sub dio ungi fas non est? An quia nec liberos parentibus nudari, nec soceros cum generis lauari, nec honestum nec fas esse existimabant? Pater autem est Iupiter, & sub dio in conspectu esse quodammodo Iouis putandum est? An sicut in templo & sacro corpus aperire nefas est, sic aërem apertum, & qui cælo subiectus est, deorum ac demonum plenum uerebantur? quo fit quum necessitati seruiendum est, multa sub tecto occulte deorum conspectum ueriti homines faciant. Sed alia soli tantum sacerdoti, alia omnibus per sacerdotem lex iussit. Quapropter apud nos quoque coronam gestare, comam prolixiorcm ferre, armatum ingredi, Phocensium agros non inuadere, priuata sunt eius qui magistratum gerit munere & officio: uiam autem ante æquinoctium autumnale non degustare, sicut nec ante uernum æquinoctium uitem incidere, per magistratum cõmuniter omnibus edicitur. Nam utriusque rei tempus illud est. Eodem pacto apud Romanos quoq; sacerdotis proprium est, ut nec equo utatur, nec plus quam tribus noctibus ab urbe absit, nec pileum deponere

deponere, ex quo Flamen dictus est: quanquam & alia per multa sunt quæ per sacerdotem omnibus indicuntur, ut est illud, sub dio non ungi: nam nisi prius lauissent Romani, ungi moris non erat. Nec aliud quicquam Græcis seruitutem ac mollitiem attulisse putant Romani, quàm gymnasia & palastram, quibus relanguescant adolescentium animi, & penitus effæminentur. Hinc puerorum amores gigni, hinc somno & deambulationibus iuuenum corpora corrumpi, hinc saltationibus & motu composito, & certo, ac delicato cibi genere debilitari. Quibus de causis ab armis se delapsos esse non intellexerunt, contentiq; pro strenuis, ac fortibus militibus se bonos palastritas & athletas bonos dici & haberi, ad summam inertiam mollitiemq; defluerunt. Hæc igitur si quis effugere studet, in puluerem prodire, & sub dio manere oportet. At qui domi & in umbra balneisq; & unctionibus molliter se curant, hæc omnia subire necesse est.

Flamen unde dicitur.

QVID est, quòd ueteris numi altera pars Ianum bisfrontem impressum habuit, altera proram nauis aut puppim? An ut multi putant, honoris causa Saturni, qui nauis in Italiam traiecit? An hoc uulgare est, ac de multis dici potest; nam & Ianus, & Euander, & Aeneas nauibus in Italiam profecti sunt: sed illud potius quispiam conijciat, alia esse in ciuitatibus quæ pulchra, alia quæ necessaria, maximum uerò atque omnium pulcherrimum iudicari bonitatem legum, longè uerò ex omnibus necessariam esse copiam & ubertatem. Quoniam uerò Ianus feros homines ad mansuetudinem traducens optimis legibus informauit, necessariam uerò rerum affluentiam fluuius nauigabilis suppeditat, & partim ex agro ac uicinis locis, partim & longinquis, ac mari deuehēs, nihil quod ad usum pertineat, desiderari

desiderari patitur, ideo numus ita signatus est, & ut legislatoris duplicem frontem propter uitæ commutationem, ut dictum est, & imaginem fluij propter nauim præ se ferat. Altero quoq; usi sunt numo ouem bouemq; insignitum habente, quod quidem numi genus erat insigne, & in primis documento, ueteres gregibus & armentis abundasse, quippe quorum omnis substantia in illis esset collocata. Quo fit ut multi apud ueteres Sycllij, Bubulci, Porcij appellati sint, ut Fencstella autor est.

Q V A M causam esse dicemus, quamobrem Saturni ædem pecuniæ publicæ sacrarium esse uoluerūt? Nam ærarium est, & tabulas publicas in eo seruant, & ex eo Tabularium dicunt. An quòd fama obtinuit, Saturni tempore nec auaritiã, nec improbitatem usquam in hominibus fuisse, sed iustitiã & fidem? An quòd fructuum inuentor & agricolationis autor is decus fuisse memoratur? falx enim id significat. Nec illud quod scripsit Antimachus Hesiodum secutus credendum est: Obliqua uerò falce patris Cælij pendenda Saturnus secans contra steterat. Fructuum uerò copia ac uenditio pecuniam gignit, quocirca felicitatis custodem & causam hunc habent deum. Testimonio sunt nundinæ, quæ cum nihil aliud sint nisi conuentus ex agro in urbem nono quoq; die conuenientium, Saturno consecratæ sunt: emendi enim ac uendendi copia fructuum principium attulit. An hæc iam uetustate obsolesuerunt, primus autem omnium Valerius Publicola exactis regibus ædem Saturni ærarium declarauit, loci opportunitate deductus, quem & apertum, & ab insidijs tutum, & in primis munitum animaduertit?

Q V I D est, quòd legati undecunq; Romam uenerint ædem Saturni primò aduenti, deinde à præfectis ærarij ubi
nonina

nomina ediderunt, rescribuntur? An quòd Saturnus ipse externus externis hominibus delectatur? An hoc historia refellit? Antiquitus enim, ut uidetur, *Quæstores legatis mu- nera mittebant, quæ Lautia dicebantur, & egrotos cura- bant. Qui si morbo interissent, sumptu publico sepeliendos curabant. Nunc autem propter multitudinem legatorum sumptus sublatus est, manet autem ut præfectos ærarij adeant, quibus nomina sua edant, ac scribi faciant.*

C V R Flamini Diali iurare non licet? An quòd tor- menti genus quoddam est homini libero iusiurandum? Fla- minis autem corpus & animum intactum inuolatumq; esse oportet? An quòd parua in re ei fidem non habere ab- surdum est, cui diuina ac summa credita sunt? An quòd om- ne iusiurandum in periurij terminat imprecationem, exe- cratio uerò omnis tristis, & abominanda: unde ne alijs quidem imprecari Flamines solent? Laudata est igitur Athe- nis sacerdos illa quæ populi iussu adduci non potuit, ut Alcibiadem execraretur: dixit enim, precandi se causa, non imprecandi sacerdotio præditam fuisse. An commune om- nium periurij periculum est, si homo impius ac periurus uota pro ciuitate suscipiat?

Q V I D est, quòd Veneralibus, qui est dies Veneri *Veneralia,* festus, multum uini ex templo Veneris profundit? An illud est quod multi dicunt, Mezentium Hetruscorum ducem, ad Aeneam misisse, qui cum eo foedus faceret, ut quotannis certum uini numerum ab eo acciperet? Quod postea quum Aeneas poscenti negasset, pollicitum Tyrrhenis ferunt, si prælio uicisset, uinum daturum. Re cognita, Aeneam dijs im- mortalibus uinum consecrasset, post uictoriam deinde colle- ctum templo Veneris effudisse? An hoc quoque signum est, diem festum sobrie agi oportere, quòd dij longè magis

uini effusione quàm ingurgitatione gaudeant?

* Antistichus aperitam esse uoluerūt? An quemadmodum* Antistius La-
 Lacon. beo ait, quum sit hortari incitare, deam quodammodo ad
 Hortā. res pulchras adhortari atque incitare, quæq; Hortā dicere-
 tur, quasi aliquid semper operantem ac nunquam cessan-
 Hora. tem, nunquam clausam esse oportere putauerūt? An potius
 ut nunc eam nominant, Horam, producta priore syllaba,
 circumspectam quandam & prouidam deam, quam quum
 res hominum curare & conseruare existimarunt, secordē
 aut negligentem minime putarunt? An quemadmodum &
 alia, sic & hoc nomen Græcū est, & deam significat que
 rebus humanis præsideat? Vnde tanquam in somnijs ac per
 uigilijs perpetuò patebat eius templum. Et tamen si La-
 beo Horam ἀνορὴς παρορμαῖα, hoc est ab incitando rectē
 dici putat, uide ne orator suasor quidam atque adhortator
 in consilijs atque concione sic appellatus fuisse dicendus,
 non ut nonnulli, à precationibus ac uotis.

CVR ædem Vulcani Romulus extra urbem posuit?
 Vtrum propter Vulcani suspicionem, ut in fabulis est, ad-
 uersus Martem de Venere, Martis filius habitus deum
 eadem domo, & eadem urbe uti prohibuit? An hoc stul-
 tius? Aedificauit autem ab initio curiam & concessum se-
 cretum sibi cum Tatio simul regnante, quò cum seniori-
 bus ac patribus conuenientes, sine ulla molestia & in-
 terpellatione de summis rebus per ocium consultarent. An
 illud potius, quum ad incendia superiori tempore urbs
 exposita esset, Vulcanum quidem colendum, sed tamen ur-
 be excludendum existimauit?

Q. VID est, quòd Consualibus equos & asinos co-
 ronis exornant, & ociari sinūt? An quòd Neptuno eque-
 stri diem

fri diem festum agunt, asinus autem propter equum pari
fruitur licentia? An illud potius, quod instituta naviga-
tione, quum multa nauibus ucherentur, ocium quoddam,
ac remissio iumentis data est?

CVR candidatos moris erat in ueste hoc facere sine
toga? sic enim scribit Cato. An forte ne ciues largiendo
corrumpant argentum sinu ferentes? An illud magis, quod
imperio dignos non genere, non diuitijs, non gloria, sed
uulneribus ac cicatricibus iudicabant? que quidem ut ab
his quos ambiendo prehensabant conspicerentur, sine to-
ga ad petendum descendebant? An quemadmodum in acci-
piendo, rogando, se omnibus submittendo, sic corpus nu-
dando, ac seipsos abijciendo populum captabant?

QVID quod Flamen Dialis mortua uxore sacer-
dotio se abdicat? Sic apud Teium scriptum est? An quod
qui uxorem ducens postquam ipsam amisit, eo qui nun-
quam duxit multo est infelicior? Eius enim qui uxorem
duxit domus integra est, eius autem qui uxorem in matri-
monium acceptam amisit, non solum imperfecta domus est,
sed imminuta prorsus ac manca. An eodem tempore uxor
una cum uiro consecratur, quemadmodum multa sunt in
sacris, que absente uxore agi nequeunt? Priore autem
amissa, alteram statim superducere tum difficile est, tum
uero iniquum atque impium.

QVARE nec uxorem repudiare antea licebat, nec
nunc quidem, ut uidetur, licet? quanquam nostris tempo-
ribus permisit Domitianus, sacerdotes autem diuortio affue-
runt, multa sane horrenda, atrocia, tristia peragentes. Sed
hoc minus mirum uidebitur, si quis hoc quoque ex historia
adiunxerit, altero ex Censoribus mortuo, alterum a magi-
stratu se abdicare oportebat. Mortua enim L. Iulio Druso,

collega eius Scavrus Aemilius magistratu se abdicare minime uolebat, donec Tribunorū iussu in carcerē ductusest.

CVR Laribus, quos proprie praesides uocant, canis assistit, ipsi autē canum pellibus uestiuntur? An quod praesides sunt qui praesunt, hos autem domus custodes esse oportet, & alienis formidolosos, sicut canes uidemus, mites uerò ac lenes mansuetosq; domesticis? An illud uerius est, quod à quibusdam Romanis dicitur, & Chrysippus opinatur, daemonia quaedam mala circumire, quibus dii quasi carnificibus & scelerum ultoribus aduersus iniustos & impios utuntur? Sic lares furiales quidam sunt, & poenarum exactores, uitae & operationum speculatores. Idcirco enim fit ut caninis pellibus induantur. Quibus & canis ideo assistet, quod ad inuestiganda scelera, & ulciscendo improbos sagaces sint.

Turanica. CVR Geneciae mane rem diuinam cane faciunt, & optant neminem domi nascentium bonū euenire? An quod dea est Genecia, quae corruptibilium rerum generationes ac foetus procuret? Fluxum enim quendam nomen ipsum significat & generationem. Vt igitur Proserpine Graeci, sic Romani Geneciae pro ijs qui domi nascuntur, canem immolant. Socrates autem dicit canem apud Argiuos Elioniae propter partus facilitatem immolari, poculum uerò quod in precatione adhibetur, non pro ijs institutum hominibus qui domi nascuntur, ut eorum bonus euadat nemo: asperos enim & formidolosos canes esse oportet. An illud potius, quod inutiles & elati mortui dicuntur, uocis obscurae inuentes petere se, ut nemo domesticus moriatur? Neque hoc admirari oportet. Aristoteles enim in foedere quod cum Lacedaemonijs Arcades percussisse feruntur, scriptum fuisse dicit, neminem bonum facere au-

xilij causa qui Lacedæmonijs studerent, Thegeatarum, quod est neminem occidere.

CVR capitolijs spectacula edentes nostris quoque temporibus pronuntiant, Sardos uenales, & quidam senex producitur puerili cinctus monili, quam uocant bullam? An quòd Veientes Hetriscorū populi diu cū Romulo bellum gesserunt & hanc ultimā urbem expugnauit Romulus, & multos captiuos unā cum rege pronuntiauit, leuitatem eius ac stultitiam cauillatus? Et quoniā Lydi quidem ab initio fuerunt Hetrusci, Lydorū uerò Sardis caput fuit, idcirco Tuscos hoc modo pronuntiauerunt, & in hanc diem ridiculi causa hunc morem pro ioco habent.

QVID est quòd locum ubi carnes uendunt, macellum uocant? An ἀπὸ τῶν καρέων corrupto nomine, ut *Macellū un-*
alia multa, sic & hoc usus obtinuit? Apud Latinos enim de dictum.
 cum γ quadam cognatione coniungitur. Nouissime enim g Romani adhibuerunt, auctore & inuentore Carbilio Spurio: & qui propter hæsitantiam lingue r proferre nō possunt, ad l delapsi balbutiendo proferunt. An & hoc quoque per historiam soluendum? Fertur enim Romæ ferocem quendam hominem ac ferum, quum latrocinium exerceret, multis occisis tandem deprehensum & captum supplicio affectum fuisse: huic nomen fuit Macello, cuius ex pecunia postea ædificatum est macellum, & ab eo nomen inditum.

QVID est quòd Idibus Ianuarijs permissum est, ut tibicines muliebri habitu urbem lustrent? An propter causam quæ dicitur? Magnis enim, ut uidetur, fruebantur honoribus, quos illis Numa Pompilius propter sanctitatem, ac decorum cultum contulerat. His postea per Tribunos consulari potestate spoliati, urbe excesserunt, quos

quum uehementer requirerent, nam religione tangebatur animi, quod sine tibijs rem diuinam facerent, quamprimum reuocandos censuerunt. Sed quum accersiti non apparuissent, ac Tybure, quod se initio contulerant, manere uelle se dicerent, libertus quidam clam magistratus adiit, seq̄ eos reducturum pollicitus est. Conuiuio igitur laute & opipare apparato, quasi rem diuinam fecisset, tibicines inuitauit. Aderant in conuiuio mulieres, nox in somnis ducitur, saltationibus ac iocis omnia perstrepuunt. Tum derepente quum libertus patronum adesse diceret, & uehementer perturbatus uideretur, hominibus persuasit, ut statim currus conscenderent pellibus circumtectos, ac Tybur perucherentur e uestigio. Hoc autem dolo fiebat, nam quum ignaris illis, & per noctem ac uinum nihil cernentibus, currus circumduxisset, omnes antequam illuxisset, Romam praeter opinionem reportauit. Erant autem eorum plerique ornatu muliebri propter comessationem ac uigilias ornati. Sed posteaquam persuasi a magistratibus & plane reconciliati sunt, institutum est eo die, ut eodem habitu ornati per urbem incederent.

QVID est, quod Carmentis aedem matres ab initio aedificasse existimatur, & nunc deam maxime ueneratur? Ferunt enim mulieres senatusconsulto uehiculari uti prohibitas inter sese cōspirasse, ne qua earum conciperet, ne ueraret, atq; ita uiros ulcisceretur, donec coacti sententiam mutauerunt, atq; uti permisissent. Natis deinde pueris, quum & multitudine liberorum & bonitate felices fuisse uidentur, Carmentis aede aedificauerunt, quam puto Euadri matrem fuisse dicunt, & in Italiam uenisse quum Themis uocaretur. Aut quemadmodum aliqui, Nicostratum, quoniam uersibus oracula ederet, Carmentam mutato nomine nocaauerunt

eaueerunt. Nam τὰ ἔπη Romani carmina appellant. Sunt qui μοῖραρ, hoc est sortem & fatum Carmētam putent, & ob eam rem matres rem diuinam facere. Est autem nominis uera ratio, ἐστὶν γὰρ ἡ δὴ τὰς θεοπροφῆσεις, id est mente priuata propter afflationes. Non Carmēti nomen carmina indiderunt, sed ab ea potius acceperunt, diuino nanq; spiritu afflata, uersu ac metro oracula edebat.

Q V I D est, quòd Ruminæ rem diuinam facientes, hostijs lac spargere & libare consueuerunt, uinum autem non adhibent? An quòd Latini rumam mammam nominant, & ficum ruminalem ideo factam ferunt, quòd ibi lupa Romulo mammam præbuit? Quemadmodum eas igitur quæ pueros alunt, à mamma diximus θηλονὰς, sic rumina nutrix quædam, & puerorum alitrix, merum infantibus præcipue noxium prorsus non recipit.

C V R senatores alios Patres conscriptos, alios tantum Patres appellabant? An eos quos ab initio Romulus delegerat patres ac patricios nominabant, quasi bonis parentibus natos, reliquos deinde ex plebe electos & adscriptos in senatum, Conscriptos uocitarunt?

Q V I D est, quòd Herculi ac Musis cōmunem aram statuerunt? An quòd Hercules Euandrum literas docuit, sicut Iuba monumentis tradidit, quòd honestum & honorificum duceretur, amicos ac propinquos docere? Nouissime nanq; institutum est, ut mercede discipulos docerent. Quippe omnium primus Sp. Carbilus ludum aperuit, eius libertus qui & ipse Carbilus appellatus, primus omnium Romanorum uxorem repudiavit.

C V R quum duæ sint Herculis aræ, mulieres non attingunt, nec quicquam degustant quod super aram magna immolatum sit? An quia Carmentis sacrificij tempus

non obiit? Quod quidem Pinariorum generi accidisse dicunt, ex quo quia uescantibus cæteris, dapibus prohibiti sunt, Pinarij sunt appellati. An propter illa potius quæ de ueste ac Deianira fabulose dicuntur?

C V R deum illum, cuius in tutela urbem esse dicunt, siue masculus is est, seu femina, & querere & nominare nefas esset? Hoc enim ita esse, religione confirmant, Valerium Soranum male periisse dicentes, quod numinis nomen efferre ausus est. An quod Latinorum quidam monumentis tradiderunt, euocationes quasdam, ac deorum ueneficia esse putauerunt: quibus quoniam ipsi hostium deos euocare, & ad se traducere consueuissent, ne idem ipsi paterentur, magno pere uerebantur? Quemadmodum igitur Tyrij uincula statuis iniiciunt, alij uerò sponsores petere dicuntur, si quem ad lauacrum aut purgationem aliquam deducunt, sic Romani quod arcanum & incognitum esset, firmissimam ac tutissimam dei custodiam esse crediderunt. An sicut Homerus finxit, Terra uerò communis est hominum, ut homines deos omnes colant ac uerentur terram communiter habentes, sic ueteres Romani deum salutis autorem celauerunt, quod non cum solum, sed omnes deos à suis ciuitatibus honorari uoluerunt?

Pater patratu-
tus.

Q V I D est, quod socialium sacerdotum, qui foederibus faciendis præsent, pater patratu maximus habetur? Est autem is cui pater est, & cui filij sunt: habent enim hunc quoque præcipuam quandam fidem & autoritatem. Imperatores enim quæ propter eximiam pulchritudinē ac speciem pudica & diligenti custodia corpora indigent, his credunt, & apud eos deponunt. An quod utrumque illis adest, & pueros uereri, & patres timere? An ipsum se nomen exponit? Vult enim patratu quasi finitum ac de-
termina

terminatum quiddam significare. Illud cæteris perfectius sit, cui contingit simul ut & pater esset, & patrem haberet. An, ut ait Homerus, qui paci præsit, cum & ante & retro cernere oportet? cuiusmodi profectò is esset cui & filius est de quo deliberat, & pater quem consulit.

Q V I D est quòd regi sacrificulo (is enim est rex sacerorum ac religionum) nec magistratū gerere, nec concionem habere licet? An quòd antiquis temporibus reges plurimā & maxima sacra facere consueuerunt, & sacerdotibus rem diuinam facientibus aderant? Post ubi graues & insolentes esse cœperunt, Græci quidem plerique licentiam regibus ademerunt, ius & potestatem sacrificandi tantummodo reliquerunt, Romani autem regibus penitus exactis alium rebus diuinis præfecerunt, cui nec magistratum habere, nec cum populo agere permiserunt, ut in templis solum consultare uideantur, & regnum propter deos sustinere. Est igitur in comitio quoddam sacrificij genus, quod ubi rex peregit, ex foro se proripit.

Q V I D est, quòd mensam uacuum tolli non sinebant, sed omnino quum aliquid etiam superesset? An illud interpretantes, aliquid semper in futurum de eo quod nunc adest relinqui oportere, & per hodiernum diem crastini meminisse? An quòd urbanum atq; elegans putarent, comprimere atque inhibere appetitum, etiam quum uoluptate perfrui liceret? Minus enim quod abest cupiunt, qui presentibus ac paratis abstinere consueuerunt. An & aduersus seruos humana consuetudo? Non enim tantopere gaudent serui si accipiunt, quàm si participes fiant, quòd mensam sibi cum dominis quodammodo communicatam esse putant. An quòd nihil sacrum, inane, ac uacuum negligere oportet, mensa uerò sacra est?

Q V I D est, quòd maritus primò sponse non in luce, sed in tenebris iungitur? An quia eum pudet, quòd antequam coëat alienam putat? An & ad propriam uerècundè accedere meditans, & assuefaciens? An quemadmodum Solon scripsit, sponfam malo cydonio degustato thalamum ingredi solitam, ut primus complexus nihil triste aut iniucundum haberet: sic Romanus legislator, si quid absurdum ac deforme corpori aderat, occultauit? An calumnia quaedam & accusatio illicitæ Veneris erat, quod fiebat quum legitimis ac iustis connubijs pudor quidam & uerècundia adhibebatur?

Q V I D est, quòd circus Flaminius dictus est? An quòd Flaminius quidam priscus quum ciuitati agrum reliquisset, equestribus ludis eius fructu & uectigalibus utebantur? Nam cum pecunia suppeteret, uiam quoque Flaminiam munierunt.

Lictores unde dicti.

C V R lictores dicti sunt? An quòd petulantes colligabant? Hi enim lora in sinu gestantes Romulum sequebantur. *Ἀεσμέβεσ* autem alligare plerique Latinorum dicunt? qui autem purè loquuntur, ligare. An c interpositum est, quum ante sine c lictores dicerentur, quasi publici quidam ministri? Nam *λῆτορ* nostris etiam temporibus publicum est, multis Græcorum legibus scriptum esse neminem, ut ita dicam, latere puto.

Luperci.

Q V I D est, quòd luperci canem immolant? Luperci autem sunt qui Lupercalibus per lasciuiam discurrentes pellibus obuios cædunt. An quòd genus quoddam lustrandæ ciuitatis est, & quo mense illa fiunt Februarius dicitur, & diem quo pellibus occurrentes uerberant, Februarum & Februarium uocant, quo uerbo purgatio significatur? Cane autem omnino, ut ita dicam, Græci utebantur, & multi

Et multi etiam nunc in purgationibus canem iugulant, Proserpine quoque catulos cum cæteris purgamētis efferrant, & eos qui expiandi sunt, catulis expurgant, hoc piaculi genus περιουλατισμὸν, id est circuncatulationem appellantes. An quòd lycos lupus Latine dicitur, λυκαία uerò Lupercalia, & lupo canis est hostis, & idcirco Lupercalibus cæditur? An quòd Lupercis canes oblatrantes molesti sunt? An quia Pani sacrificium facit, Pani autem propter greges amicus est canis?

Q U I D est, quòd Septimonito uehiculis iunctis uti cauebant, & nunc etiã qui uetera nō contemnunt cauent? Septimontium uerò diem festum agunt Romani, quòd quum septimus collis urbi attributus est, septicollis Roma facta est. An ut quidam Latini accipiunt, quòd urbs nondum suis partibus penitus coniuncta erat? An hoc quidem ad Dionysium est? Magna uerò re effecta, constituta ciuitate, quòd urbem iam augeri, & quasi ulterius progredi desisse existimarent, cum seipsas, tum uerò iumenta quibus fuerant usi quiete affecerunt, & communis festi ocio frui uoluerunt? An quòd quum omnes dies festos ciuium presentia ornari ac celebrari semper uoluerunt, tum illum præcipue qui propter ciuitatis habitationem ageretur? Quapropter ne urbem cuius dies festus ageretur, relinquerent, eo die uehiculis uti permissum non est?

C V R in furto, aut eiusmodi aliquo flagitio deprehensos, furciferos appellat? An hoc quoq; maiorū nostrorum diligentie certissimū signū est? Nam qui seruum alicuius sceleris aut improbitatis conuicisset, duplex lignum quod currui subijciunt attollere iubebat, & ut conspiceretur uiciniam obire, ut fidem in postremum ei non haberent, & ab eo cauerēt. Hoc lignum Græci *σαυρόν*, Latini furcam

Furciferi.

furcam nominant, à qua furcifer denominatus est.

Q V I D est, quòd boui qui cornu petat, foenum in cornu apponunt, ut occurrentes cauant? An quia propter repletionem ac satietatē insolefcūt & boues, & equi, & asini, & homines, ut ait Sophocles? Tu uerò ferues quasi pullus cibi copia: Venter etenim tuus & malè insolefcit. Ex quo Romani M. Crassum foenum in cornu habere dictitauerunt, & qui cæteros in Repub. lacerabant, hunc tanquam munitum ac prouidum & iniuriarum persequentissimum fugiebant: quanquam postea rursus dictum est, Cæsarem Crasso foenum detraxisse. Primus enim illi in Republica restitit Cæsar, & eum contempfit.

Q V I D est, quòd in captandis augurijs sacerdotes prius auspices, nunc augures appellant, luminaria semper aperta habere uoluerūt, nec operculo imposito claudī? An sicut Pythagorici parua magnarū rerum signa faciebant, qui super modio sedere prohibebant, & ignem gladio seu machæra fodere, sic ueteres obscuris quibusdam rationibus utebantur, & maxime in sacerdotijs, quale hoc est de lucerna, quam corpori animā continenti similem esse dicunt. Lux enim est is qui intus est animus. Oportet autem quòd intelligens est ac prudens in eo, id semper apertū esse, nec unquam clausum esse. Flantibus enim uentis aues non consistunt, & propter instabilitatem & errorem nihil certi significant. Docent igitur hoc pacto, ut non spirantibus uentis, sed quum omnia tranquilla sunt, tunc augures auspicia captent, quum lychnis apertis uti nequeunt.

C V R augures, si ulcus haberent, inaugurandi causa sedere prohibebantur? An & hoc signum est, non oportere qui morsum aliquē, aut ulcus, & perturbationē in animo haberent, res diuinas tractare, sed tum deorū mentem
hominibus

hominibus prodere, quum & liquido & integro animo essent? An illud rationem habet, si neque uictiman sanandi ulceris causa quiscquam adhiberet, nec aures ulceratis ad auspicandum uteretur, ea multò magis in seipsis seruanda existimasse, ut ad ea quæ à dijs significarentur, puri & integri accederent? Vlcus enim diminutio quædam & pollutio corporis uidetur.

Q V I D est, quòd parue fortunæ edem, quam breuè uocant Romani, ædificauit Seruius Tullius, qui tertius Romæ regnauit? An quòd ipse paruus initio & abiectus, qui quippe ex captiua matre natus esset, fortunæ beneficio Romæ regnauit? An hæc ipsa commutatio magnitudinem potius fortunæ ostendit, quàm paruitatem? Videtur autem Seruius maximè omnium fortunæ uim extulisse, & diuinam indicasse: quippe qui omnibus actionibus ac negotijs eius nomen adscripserit. Non solum enim fortis fortunæ, & mala auertentis, & blandæ, & primogeniæ, & mascule templa ædificauit, sed est unum propriæ fortunæ templum, aliud conuertentis, aliud bene sperantis, uirginis aliud. Quorum cognomenta quis persequi posset? quum fortunæ uiscatæ templum sit, quasi ab ea nos procul capiamur, & negotijs ac rebus inheremus? Sed uide ne Seruius casuum momenta perspicens, & ad ea plurimum posse cognoscens, quippe quum multi seque quòd paruū quiddā uel accidit, uel nō accidit, maximas res uel assecuti sunt, uel assequi nō potuerūt, idcirco parue fortunæ templū statuit, docens homines diligenter attendere, nec ea quæ accidunt quamuis parua sint, contemnere.

C V R lychnum non exstinguebant, sed per se languescere & deficere permittebant? An quasi inextinguibilis & immortalis illius ignis cognatum & affinem colentes?

An

*Fortunæ uariæ
cognomina.*

Ignis animal. An & hoc quoque signi est, non oportere quod animatum sit, nisi noceat, corrumpere, ne ue interficere, quasi animal ignis sit? nec immerito: nam & alimēto indiget, & per se mouetur, & quum extinguitur uelut occidatur uocem emittit? An hoc more docemur, non oportere nec ignem, nec aquam, nec eorum quicquam quæ ad usum pertinent, etsi abunde suppetant, corrumpere aut consumere, sed indigentibus utenda relinquere quum ipsi iam illis opus non habeamus?

Προσέλωσι. QUID est, quod qui nobilitate prestare uidentur, lunulas in calceis ferunt? An, ut dicit Castor, signū est eius quæ in luna esse dicitur habitationis, & quod post mortem animi rursus lunam sub pedibus habebunt? An quod antiquissimis præcipuum fuit, qui fuerunt Arcades, ab Euandro Profeleni appellati? An sicut alia multa, sic & hoc elatos homines ac superbos admonentes rerum humanarum instabilitatis, cuius rei luna exemplo sit, quæ ab obscuro primum prodit, tum progrediens luce ac splendore os suum complet, & quum clarissima facta sit, rursus deflorescit & ad nihilum redit? An hoc potius modestiæ & obedientiæ disciplina quædam erat, ut dicto audientes esse, & imperium æquo animo ferre condiscerent? & quemadmodum luna meliori obsequi, & solem, ut inquit Parmenides, semper intueri solet, sic homines secundū locum tenere contenti, duci primas partes relinquere, ut honore ac potestate per illum fruerentur?

QVID est, quod annum Iouis esse putant, menses Iunonis? An quod deorum, qui mente intelliguntur, Iupiter & Iuno imperium gerunt, eorum uerò qui oculis cernuntur Sol & Luna? Sol enim annum conficit, Luna uerò menses. Oportet autem non has illorum simpliciter

imagines

imagines putare, sed ipsam in materia Iunonem Lunam. Quocirca Iunonem eam nominant Romani, quod nouum aut nouius significatur, à Luna scilicet, quam eandem & Lucinam uocant: quasi ipsam lucidam, ut lucem præbentem: & in partu ac doloribus adesse opinantur tanquã Lunam, ut est apud poëtam: Per nigrum poli & astrorum, per Lunam celerem partum præstantem. Nam plenilunio facile partu leuari mulieres uidentur.

Q V I D est, quòd auspicioꝝ quod sinistrum dicitur, prosperum ac fœcundum putatur? An hoc falsum est, & multos decipit? an hoc sermonis est ac lingue? ἀριστερόν enim sinistrum uocant Latini, ἀπεῖναι autem sinere, & Sine tum dicunt, quum ut aliquid missum fiat & dimittatur, hortantur. Augurium igitur, quo aliquid agi permittitur, sinistrum non rectè accipiūt multi ac nominant. An quemadmodum à Dionysio scriptum est, Ascanium Acneæ filium auspiciatò aduersus Mezentium aciem instruxisse, & in eo prælio superiorem fuisse, ex illo obseruatum, ut quoties leuum intonuiisset, auspiciū susciperetur? An quòd alij putant, hoc Acneæ accidit? Nam Thebani Lacedæmonijs apud Leuctra sinistro cornu superatis uictoria potiti, in omnibus prælijs postea obseruarunt, ut sinistro cornu principatum assignarent. An illud potius asserendum est, quod Iuba in historia dicit, Orientem prospicientibus sinistra parte Boream esse, quam mundi partem multi dextram ac superiorem faciunt? Sed uide ne quum sinistra partes natura infirmiores sint, augurijs ac signis quasi corroborentur, atque his mire suppletis uiribus adæquentur. An terrena ac mortalia diuinis ac cœlestibus contraria & opposita iudicantes existimauerunt, quæ nobis sinistra essent deos à dextra dimittere?

Quid

Pyrrho Liparæus.

Q V I D est, quòd eius qui triumphasset, deinde combustus esset, licebat os capere, & in urbem deferre ac deponere, ut Pyrrho Liparæus scriptum reliquit? An hoc mortui honoris causa factum est? Nam & alijs ducibus, & qui bene rem gessissent, idem tribuerunt, ut non ipsi solū, sed posterius quoq; in foro sepelirentur, sicut Valerio & Fabricio. Ferunt autem horum posteris mortuis & in forum delatis, ardentem facem subijci, & statim attolli, ut sine inuidia honore utantur, & tantummodo sibi licere confirmet.

Q V I D est, quòd triumphantes in publico Romanis conuiuium exhibentes Consules inuitatos ne in conuiuium accederent, rogabant? An locum honestissimum triumphanti assignari, & post cœnam ab omnibus deduci oportebat, quæ presentibus consulibus alij tribui non possent?

Q V I D est, quòd Tribunus purpuram non portat, quum cæteri magistratus purpurati incedant? An quòd Tribunus omnino magistratus non est? nam nec lictores habet, nec in sella curuli sedentes ius dicunt, nec in initio omnino, sicut cæteri magistratus, magistratum ineunt, nec creato Dictatore potestatem deponunt: sed quum omnis potestas & imperium ad Dictatorem redeat, soli omnium magistratum retinent, quasi imperium nullum gerentes, & alium quendam in Republica locum obtinentes? Quemadmodum autem præscriptionem quidam rectores statum esse nolunt, quippe quæ non iudicium constituat, sed dissoluat & euertat, sic Tribunum magistratus & imperio potius opponi quàm ipsum tribunatum esse. Nam potentie magistratus obsistere, & nimiam licentiam comprimere, tribunitie potestatis ac licentie fuerat. An hæc & his similia ab eo dicantur, qui rebus inueniendis studeat?

Tribun

Tribunatus autem quum à populo originem ducat, populare in primis uideatur, reliquis ciuibus parem se gerere, & in omni cultu ac uictu infimis ciuium comparari? Magnitudo enim ac moles Consulem decet & imperatorem, Tribunalum uerò, quemadmodum C. Curio dicere solebat, abiectū esse, nec aspectu grauem, nec aditu difficilem, sed facilem, ac multitudini commodum & tractabilem. Vnde nec domus tribunitiæ ianuam claudi mos erat, sed noctu & interdum semper tanquam portus quidam ac profugium, quibus opitulandum esset. Verum quo humiliore corporis habitu deprimitur, eo magis ui ac potestate augetur. Communem enim Tribuni usum ac nemini clausum sicut aram postulant, honore autem sacrosanctum.

Q V I D est, quòd Prætorum uirgæ securibus alligatæ præferuntur? An signum est, non oportere magistratus iracundiam promptam, ac dissolutam esse? An uirgarum dissolutio mora & tarditate iram frangit, & impetum moderatur? sed malitia quoniam partim medicabilis est, partim curari non potest, uirgæ quod mutari potest corrigunt, secures autem quod emendari non potest abscindunt.

Q V I D est, quòd quum Romani Barbaros quosdam dijs immortalibus hominem immolasse accepissent, magistratus eorum accersendos ac puniendos putauerunt, quos postea, quum id consuetudine quadam ac lege fecisse accepissent, eos dimiserunt, aliàs id facere prohibuerunt, quum ipsi non multis annis antè duos uiros, & duas mulieres in foro boario uiuos obruerunt? Non enim uidetur conuenire, ipsos hæc facere, & Barbaros qui talia commisissent, reprehendere. An dijs immortalibus hominem immolare impium ducebatur, demonibus autem necessarium? An qui more & lege id agerent, peccare arbi-

trabantur, se uerò libris Sibyllinis iussos eodem teneri seelere non putabant? Ferunt autem Elbiam quandam uirginem quum equo ueheretur, fulmine ictam fuisse. Inde nudum equum ac iacentem inuentum esse, nudam & ipsam ueste quasi de industria à pudendis subracta, calceis, anulo & reticulo passim disiectis, & ore lingua proiecta. At re ad diuinatores delata, quum sacris uirginibus maximum dedecus impendere, & eius rei ignominiam ad equites redudaturam prædixissent, barbari cuiusdam equitis seruus indicium fecit, tres Vestales, Aemiliam, Liciniam, Martiam sub idem tempus corruptas, diutissime cum uiris rem habuisse: quorum unus esset * Vetusius barbarus, eius qui indicium fecisset dominus. Vestales igitur redargutæ supplicia sunt affectæ. Sed quum res atrocior uisa esset, decreuerunt ut sacerdotes Sibyllinos libros inspicerent. In quibus inuentum fuisse dicunt, hæc magno Reipublicæ malo futura, & iubere, ut absurdis quibusdam deis & externis auertendæ rei causa Græcos duos, ac totidem Gallos immolarent, & in loco eodem defoderent.

C V R diei principium de media nocte numerant? An quòd R. P. ab initio militari more & instituto constituta est? In re militari autem multa noctu utiliter occupantur? An diei ortum agendi principium esse uoluerunt, noctem uerò consilij & apparationis? Oportet autem præparatos rem aggredi, non agentes præparari, ut ad Chilonem unum ex septem dixisse fertur Myson, dum per hyemem uannum conficeret. An quemadmodum meridies finis est multis Reipublicæ gerendæ, sic noctem intempestam actionum omnium inuium oportere stauerunt? Cuius rei maximum argumentum, magistratum Romanum post meridiem fœdus facere non solere. An occasu quidè &

* Vetusius

ortu

ortu principium & finem diei capere licet? Nam si multitudinis iudicio principium diei quum sol emergere coeperit incipit, noctis uero initium quum penitus occiderit terminauerimus, æqualitatem diei, ac noctis, quod æquinoctium dicimus, non habebimus. Quam enim noctem diei parem maximè uidemus, ea die cui comparatur solis spatio ac magnitudine breuior reperietur. Nam quod mathematici afferunt, & huic rei medicinam afferentes, diei ac noctis uerissimam rationem constituunt centrum solis cum finientem attingat, omnem euidentiã & claritatem funditus tollit. Necesse est enim accidere, quum multum lucis etiam sub terra sit, & nos radijs suis iam sol undique collustret, ut diem nondum esse fateamur. Quare quum ob dictas causas ortus diei & occasus principium difficilimè capi possit, relinquatur aut ut medium diem, aut mediam noctem principium diei statuamus: potius autem secundum. Fertur enim à nobis à meridie ad occasum, à media uero nocte ad orientem ad nos redit.

Q V I D est, quòd ueteri more uxores nec molere nec coquere permittebant? An ueteris aduersus Sabinos fœderis memoriam colentes? Nam post filias Sabinis raptas, facta pace, & societate inita, in fœdere nominatim exceptum est, uxorem uiro Romano nec molere, nec coquinariam facere.

C V R mense Maio uxores non ducunt? An quòd inter Aprilem & Iunium medius interiectus est? Quorum quum alter Veneri, Iunoni alter dieatus sit, deabus scilicet quæ nuptijs præsent, aut parum antè capiunt, aut parum expectant? An quòd hoc mense maximo piaculo utuntur, effigies modò de ponte abijciantes, quum prius homines consueuissent? Vnde flamnicam Iunonis sacerdotem

tristem esse eo tempore, quippe quæ eo mense nullo cultu utitur moris est? An quod plerique Latinorum hoc mense mortuis parentant, & ob eam causam Mercurium quoque eodem mense uenerantur, qui Maiæ cognomine est? An ut quidam dicunt, Maius à maioribus natu appellatus est, Iunius à iunioribus? Nuptijs uerò accommodatior est iunior, ut inquit Euripides. Nam senectus Venere[m] ualere sinit, ipsaq; Venus senibus insensa est. Abstinet igitur nuptijs Iunium expectantes, qui Maium deinceps excipit.

CVR eorum qui uxores ducunt comam hastæ cuspidē discernunt ac discriminant? An signum est, prima connubia uiolenta fuisse? An statim discunt uxores uiris fortibus & bellicosus coniunctæ, seuerum & minimè effœminatū, & tenuem cultum ac uirilem ornatum probare: quemadmodum Lycurgus in foribus & tectis parietem facientes terebra tantum ac securi utendam, alijs instrumentis abstinentiam ratus, omnem intemperantiam, & superfluos sumptus funditus sustulit? An diuortium eare significatur, quòd solo ferro nuptiæ dirimendæ sint? An illud magis, quòd pleraque ad connubium pertinentia Iunoni attribuebant? Nam & hastam Iunoni consecratam esse existimant, & eius statuæ ut plurimum hastæ innixæ cernuntur. Quippe quam Curim appellant ueteres: Nam curis antiquo nomine hasta dicebatur. Hinc & Curim Martem nominatum esse dicunt.

CVR quod in spectacula impenditur, Lucar uocāt? An quòd alia multa quoq; circa urbem sunt loca dijs attributa, quæ appellant Lucos, quorū prouentus in ludos conferunt?

QVID est, quòd Quirinalia stultorum ferias, nominant? An quòd hunc diem, ut Iuba dicit, ijs assignauerunt, qui cuius essent tribus ignorarent? An ijs qui, ut nonnulli, tributim

tribus
impe
diem
testat
C
appel
urbe
quòd
inter
nam f
set qu
berus.
coont
cis int
Q
tare l
regnu
est, n
antiqu
calum
ita muc
mz v
euerit
C
nabatu
cum in
re put
mos ac
tio? V
prima
Q

tributum Fornacalibus rem diuinam fecerunt, quòd aut impediti fuissent, aut aliquò peregrè profecti aut denique diem ignorassent, hoc tempore recuperandi illius festi potestas data esset?

CVR rem diuinam Herculi facientes alium deorum appellant neminem, nec canis, ut à Varrone scriptum est, in urbe apparet? An idcirco alium deum appellant neminem, quòd hunc semideum putant? Ut alij tradunt, quum etiam inter homines ageret, Euander ei aram statuit, & rem diuinam fecit: nihil autem omnino fuit, cui Herrules infestior esset quàm canis, qui ei sæpe molestus fuisset, et in primis Cerberus. Denique Licinio puero per canem occiso, ab Hippocoontidis coactus prælio decertare, multis ea pugna ex amicis interfectis, Iphielum fratrem quoq; amisit.

QVID est, quòd circa Capuolium patricio habitare licet nemini? An quòd Marcus Manlius ibi habitans regnum affectasse deprehensus? Ex quo lege interdictum est, ne quis postea ex ea familia Manlius diceretur? An antiquus fuit hic metus? Publicolam enim ut nobiliorem calumniari, hominem in primis popularem, non desistebat, ita multitudo tandiu timuit, donec eandem, quam in summa Velta edificabat, quòd nimis foro immueneret, funditus euertit?

CVR qui ciuem in prælio seruasset, corona querna donabatur? An quòd ubique in expeditionibus facile sit quercum inuenire? An quòd Ioui & Iunoni, quos urbi præsidere putant, corona consecrata est? An uetus ab Arcadibus mos acceptus est, quibus est quedam cum hac arbore cognatio? Ut enim primi homines ex terra Arcades, sic quercus prima ex omnibus plantis nata.

QVID est, quòd in augurijs uulture potissimum

utuntur? An quia Romulo in condenda urbe duodecim uultures apparuerunt? An quò uultur rarissimè conspicitur? Non enim facìle quispiam uulturis nidum offendat. sed porrò derepente & inopinatò aduolant: quo fit ut eorum aspectu aliquid significet semper. An & hoc ab Hercule didicerunt, si uerum est quod dicit Herodotus, in omnibus rebus gerendis Herculem primo uulturis aspectu in re incipienda delectatum fuisse, quem ex omnibus quæ carnibus uescerentur uolatilibus iustissimum esse iudicaret? Primum enim nihil quod uiuat attingit, nec animatum quicquam interficit, quemadmodum accipitres, aquilam, omnes denique noctuargas aues uidemus. Vescitur autem cadaueribus, in quibus à sui generis abstinet. Vulturem enim qui aui uescatur adhuc uidit nemo. Accipitres enim & aquilæ sui generis aues consectantur ac feriunt: quanquam, ut ait Aeschylus, auis aum comedens quo pacto pura esset? Præterea quæ minus detrimenti, ut ita dicam, hominibus afferat, auis prorsus nulla reperitur: quippe quæ nec fructus deleat, nec plantam lædat, nec mansueto cuiquam noceat animali. Quòd si, ut Aegyptij fabulantur, uultures omnes foeminae sunt, & quemadmodum Zephyro arbores, sic uultures Euro grauidæ fiant, certa nimirum & firma uulturibus signa fieri uerissimum est. In alijs autem uolandi impetus, & alarum in cœuundo agitationes ac uerbera, rapinae, fugæ, insectiones, multum inconstantiae perturbatae afferunt.

C V R Aesculapij ædes extra urbem posita est? An quòd foris salubrius quàm in urbe habitare crediderunt? Nam Graeci quoque in excelsis ac puris locis Aesculapij templa planè collocant. An quòd deum ex Epidauro accersitum in urbem commigrasse opinantur? In Græcia enim non in urbe, sed procul ab Epidauro Aesculapij templum est.

est. An quòd dum draco ex nauì in insulam descendisset, & ex oculis euanuisset, ipsum eo in loco ædis ponendæ auctorem ac præmonstratorem fuisse putauerunt?

C V R moris est, ut qui castimoniam colunt, leguminibus abstineant? An quemadmodum Pythagorici fabas, ob eas quæ uulgo dicuntur causas abominabantur, quasi Leibes & Hærebi cognominis? An quòd ad concoctiones, & manes prouocandos leguminibus maximè utuntur? An illud magis, quòd ad sanctitatem ac castimoniam pura ac tenuia corpora habere oportet? Sunt autem legumina maximè uentosa. & ea gignunt quæ quum superflua sint, multæ purgationis indigent. An quòd quum uentosissima sint legumina, ad res uenereas maximè incitent?

Q V I D est, quòd Vestales incesti conuictas alia pœna non afficiunt, sed uiuas tantummodo defodiunt? An quòd mortuos urunt, quòd illis tribuere iniustum iudicarent, quæ non diligenter ac sanctè igni sacrum custodissent? An quòd corpus maximis ac sanctissimis religionibus consecratum interficere, & mulieri sacræ manus asserre nefas putauerunt? Rationem igitur inierunt qua subteritaneo specu defosso obruta sua sponte morerentur. Ibi enim & lucerna accensa inerat, & nonnihil panis, exiguum & aquæ ac lactis, inde specum de super terra operibant. Sed ne hoc quidem modo scelus detestantes religionem fugerunt? Nam & nunc quoque sacerdotes eum locum aduenies parentant.

*Vestales incesti
r. c. quare &
quomodo uiuas
defoderentur.*

C V R Idibus Decembris in cursu equorum uictor dexter sacer Marti immolatur, & caudam statim decissam ad Reginam qui dicitur locus deportat, & aram cruore spargit, de capite uerò inter se decertant, alij de sacra uia descendentes, alij de Suburra aduersus eos impetum faciunt.

cientes? An quòd Troiã equo captam putant, idcirco equum supplicio afficiunt, quòd Troianorum clara pignora fuerint mixta pueris Latinorum? An quòd iracundum, ferox & bellicosum animal est equus? dijs autem grata & accommodata in primis immolant? Victoria autem idcirco immolatur, quòd uictorie Mars autor est, & qui ordinem in arcto tenent, ceteros uincunt qui locum deserunt, & celeritas quasi uiaticum fugæ poena afficitur. Deniq; signis quibusdam occulte admonentur, fugientes salutem inuenire non posse.

Q V I D est, quòd Censores magistratum incutes nihil agunt, quàm ut sacrorum anserum alimenta locent, & imaginis splendorem? An à uilioribus incipientes, quæ nec multo sumptu, nec magna opera egent? An uetus quædam huic animati gratia refertur, à bello usque Gallico repetita, quòd dormientibus canibus primi omnium ansæres Gallorum in Capitolium ascensum persenserunt, & clangore uigiles excitarunt? An quum sint maximarum rerum, & quæ summa cura indigent, custodes Censores, ut ædium sacrarum ac publicarum, morum deniq; & uitæ uniuscuiusq; diligentissimi & custodientissimi, omnium animantium rationem habendam sibi esse putauerunt? Simul enim anseribus curandis ciues admonent, ne deorum cultum negligant. Anseris uerò absterfi & splendor necessarius est: cito enim rubrica defluit ac deflorescit: ea enim ueteres statuas obducere & illinere consueuerunt.

Q V I D est, quòd cæteris sacerdotibus simulac in iudicium ducti ac damnati sunt, alium substituunt, augurum uerò donec uita suppetat, licet maximorum criminum conuictum, sacerdotio non mutant? Augures autem uocant qui auspicijs præsent. An quod quidam dicunt sacrorum

arcana

arcana neminem cognoscere uolunt, qui ipse augur non sit? An iurciurando adactum res augurum nemini enunciaturum, priuatum postea factum sacramento liberari nolunt? An non honoris nec magistratus, sed scientiæ atque artis cuiusdam potius nomen est augur? Simile igitur est, ac si quis musicum musicum non esse iudicet, & medicum medicum esse prohibeat, & diuino diuinationem adimat. His enim omnibus appellatio detrahi potest, uis ac facultas non potest. Alium uerò idcirco non instituunt, quòd sacerdotum numerum ab initio constitutum meritò tuentur.

C V R Idibus Sextilis diem festum agunt serui omnes ac seruæ, uxores autem capita purgare ac lauare consueuerunt? An propter Seruium regem, quem eo die seruatum & in lucem editum serunt, uacationem ab opere habent serui? Capitis autem lauatio ab ancillis coëpta propter diem festum ad liberat quoq; processit?

C V R pueros monilibus, quas uocant bullas, exornant? An honoris raptarum causa, ut alia multa, sic & hoc constitutum esse uoluerunt his quos ex eis suscepissent? An Tarquinij uirtutem honorandam putauerunt? Ferunt enim Tarquinius quum puer adhuc esset, in prælio aduersus Latinos & Hetruscos in hostes impetum fecisse. Quumq; ex equo defluxisset, excepto hostium impetu Romanos confirmasse, hostibus in fugam conuersis, quum plus quàm sexaginta nullia hostium eo prælio cecidissent, hoc à patre & rege decoris insigne accepisse. An apud maiores nostros speciosum seruum* amare turpe non existimabatur, quemadmodum nunc quoque comœdiæ testimonio sunt? Pueris autem liberis uehementius abstinebant: ac si fortè accideret, ut in pueros nudos incidrent, ne ambigerent, hoc insigne liberi ferre consueuerunt. An uel

ad modestiam conseruandam hoc etiam pertinet, & intem-
 * à uiro subigi perantia ac flagitij frenum est, quum* uirum agere eos pu-
 deat, antequam pueritiæ insignia deponant? Nam quod
 Varro scribit uerisimile non est, quum Acoles bullam bol-
 lam proferant, hoc consilij insigne pueros indui solere. Sed
 uide ne hoc quoq; propter lunam ferant. Nam lunæ figura
 quum plenilunium est, non globosa est, sed lentis formam
 ostendit, & quemadmodum opinatur Empedocles, illud
 etiam quod subiectum est non modò quod apparet.

Q V I D est, quòd maribus nono die foeminas octauo
 nomina imponere consueuerunt? An si prius foeminas nomi-
 na imponunt, causam sustinet natura, & augetur foemina,
 & crescit, & adulta perficitur antequam masculus? Dies
 autem eos potissimum capiunt, qui septimum narium subsequeun-
 tur. Septimus enim dies cum in cæteris, tum ad umbilicum
 infantibus nuper editis periculosus esse consueuit. Nam se-
 ptimo die plerisque resoluitur: donec autem dissolutus, plan-
 tæ longè sinulior est infans quàm animal. An sicut Pytha-
 gorici numerum parem foeminam uocant, marem impa-
 rem, foecundus est, & compositus parem uincit, & si in
 unitates diuidatur, par numerus quasi foemina locum in
 medio uacuum præbet, imparis uerò numeri pars aliqua
 plena semper relinquatur: quo fit ut alterum foeminam, ma-
 rem alterum esse putent? An quòd in numeris nouenarius
 primus est tetragonus ab impari et perfecto ternario, octo-
 narius autem primus cubus à binario numero, quem pa-
 rem esse constat? Oportet autem quadrangulum esse &
 impari & perfectum. Vxorem autem sicut cubum sta-
 bilem, & domuservantem & immobilem. Illud & adiuu-
 gendum, octonarium numerum cubum esse, qui à binario
 componatur, nouenarium uerò quadrangulū esse, qui de ter-
 nario

nario conficiatur. Utuntur autem duobus nominibus *fœminæ*, mares uerò tribus.

QVID est, quòd eos quorum patres ignorantur, Spurius uocant? Non enim quod Græci opinantur, & in causis oratores dicunt, quòd ex colluione quadam, & seminis communionem progenerati sunt, sed uidelicet est Spurius inter prima nomina, ut Sex. D. C. Prænomena uerò Latini integra non scribunt, sed aut una litera, ut T. L. M. aut duabus, ut Cn. aut tribus, ut Sex. & Ser. Est igitur Spurius inter ea prænomena, quæ duabus literis notantur, s & P. quibus etiam orbos parentibus scribunt, quum sine patre esse dicunt: per s. sine, per p. patrem significantes. Hoc igitur errorem fecit, quòd Sine patre, & Spurius eisdem literis annotatur. Sed alia quoque ratio afferenda est, quæ multò est absurdior: Dicunt enim Sabinos uxoris pudenda Sporion appellare. Item qui legitime natus non sit, sed ex concubina aut scortio, contumeliæ causa spurium appellari solitum.

CVR Dionysium Patrem Liberum? An quòd bibentibus libertatis causa sit? Fiunt enim pleriq; ebrietate petulantiores. An quòd libationem præbuit? An sicut Alexander dicit, quòd pro Bœotia libertate pugnavit, Dionysium Liberum dictum fuisse putandum est?

QVID est, quòd publicis festis ueteri more uirgines non nubunt, uiduæ nubunt? An ut Varro dicit, quòd uirgines quum in matrimonium dantur doleant, mulieres uerò letentur? Die autem festo omnem tristitiam ac necessitatem abesse oportere? An quòd uirginibus decorum, uiduis uerò multis presentibus fœdum nubere? Felices enim ac faustæ primæ nuptiæ, secundæ uerò tristes ac detestandæ. Pudet enim uiuis adhuc eis, quibus antea nupsent, alios

alios accipere, mortuos autem lugēt. Quo fit ut magis quiete, quam streptu & deducentium multitudine delectentur. Dies uerò festi multitudinem adeò distrahunt, ut his rebus per ocium interesse non possit. An quòd Sabinorum filias uirgines inter ludicrum die festo rapientes bellum excitauerunt, idcirco filias diebus festis nuptum dare omni causa noluerunt?

Q V I D est, quòd Romani fortunam primigeniam colunt? An quòd Seruio ex serua nato Romæ summa cum laude & claritudine imperare contigit? sic enim Romanorum plerique suspicantur. An illud magis, quòd fortuna urbi & imperium & originem præstitit? An aliorum quædam ratio, & magis à natura ex media philosophia repeti potest, fortunam scilicet rerum omnium principium esse, naturam uerò casu consistere, quum quibusdam temere repositis ordo accesserit?

Q V I D est, quòd artifices scenæ deditos histriones uocant? An ob eam causam quam Rufus scriptam reliquit? Dicit enim præcis illis temporibus, C. Sulpitio, & L. Stolo-
ne o o s. quum pestilentia urbem inuasisset, omnes qui in scenam procederent, interijisse, ob eam rem multos & bonos artifices ex Hetruria Romam uenisse. In his qui arte et gloria cæteris antiret, & in theatro ac scenâ diuissime florisset, Histrum fuisse nominatum, à quo omnes deinde scenicos histriones nominatos esse.

Q V I D est, quòd propinquis & cognatis non nubunt? An quòd nuptijs necessitudines augeri uolunt, & ultro citroq; filias dando & accipiendo multos sibi propinquos adiungere? An quòd cognatorum dissidia inter se uerentur, quibus nature iura unâ cum propinquitate tollantur? An quòd mulieres propter imbecillitatem
multorum

multorum ope & auxilio egentes propinquis idcirco adiungere noluerunt, ut si quã à suis uiris iniuria afficerentur, cognati opem ferrent.

C V R Iouis sacerdoti, quem flaminem Dialem uocant, farinam fermentum ue attingere non licet? An quòd farina cibus imperfectus & indigestus sit? non enim aut id quòd erat triticum mansit, nec quem fieri oportet factus est panis, sed uim seminis simul amisit, & cibi usum non præstitit. Qua ratione poëta Myliphaton farinam dixit per translationem, quasi molendo occisam & confectam. Fermentum uerò quoque & per corruptionem factum est, & admixtum omne illud quicquid est quòd pinsitur, corrumpit: remittitur enim quodãmodo ac dissoluitur. Et omnino fermentatio ipsa nihil aliud est, nisi putrefactio quædam. Quæ quidem si abundantius adhibeatur, farinam acidam reddit, & prorsus corrumpit.

Q V I D est, quòd sacerdos carnem crudam tangere prohibetur? An à uisceratione huiusmodi consuetudine repellitur? An ea de causa caro quoque qua & farina prohibetur? neque enim iam est animal, neque obsonium factum est. Nam quum & transforma elixatio & assatio, alteratio quædam sit & transformatio, nimium formam delet. Quòd autem recens & crudum est, aspectum nequaquam purum & impollutum habet, sed ulcerosum, & uehementer odiosum ac molestum.

Q V I D est, quòd canes & capella sacerdotem adeò abstinere uoluerunt, ut non modò attingere, sed ne appellare quidem liceret? An quòd caprã quasi luxuriosam atq; olidam abhorrent? An quòd tanquam morbidã timerent? Videtur enim præter cætera animalia comitiali morbo tentari, & qui gustarint aut attigerint, huius morbi aliquid inurere

inurere. Huius rei causam assignant poros angustos, quibus clausis etiam spiritus sæpiissime includitur: quod arguit uocis tenuitas. Quicumque enim hoc morbi genere tentantur, similem capellæ uocem edunt. Canis uerò est minus quidem luxuriosus ac scetidus, quanquam sunt qui dicant, ne canem quidem in Atheniensium arcem admitti fas esse, nec Delum insulam attingere, quòd in propatulo & passim coëtat, qua in re aliorum animalium dissimilis sit: nam boues, equi, sues, non in propatulo incunt. Sed ueram causam penitus ignorant. Canis enim templis omnibus idcirco arcetur, quòd pugnax est animal, & in primis ferox, ut tutum supplicibus per fugium præbeat. Verisimile igitur est, Iouis sacerdotem tanquam animatam & sacram quandam effigiem ac simulacrum, ad quod omnibus tanquam ad aram confugere liceat, egenis ac supplicibus repositum esse, unde nec deterreri, nec arceri omnino possint. Quocirca in ipso ianue uestibulo ac limine, eidem posita erat lectica. Qui uerò pedibus sacerdotis se prouoluisset, eo die ab omnibus plagis ac poena tutus erat. Qui si prius uinctus fuisset, ac ad eum accessisset, è uestigio soluebatur. Vincula uerò non per ianuam, sed per tectum sublata foras abijciebant. Erat igitur inutile, si quum sacerdos adeò se mutem & humanum exhiberet, canis pro templo sedens supplices oblatrando propelleret, etsi ueteres hoc animal omnino purum esse putauerunt. Cælestium enim deorum nulli prorsus consecratus est canis, sed Proserpinæ cœna demissus in truiua piaculi locum obtinet. Lacedæmone uerò deorum omnium crudelissimo Marti catulos cædunt. Apud Bœotios autem publicè piaculum est, eane in duas partes dissecto per medium exire. Latini uerò Lupercalibus mense Februario canem immolant. Quare alienum

non

non
nera
sticu

C

con

arbu

citur

trans

sed q

ingre

fieri

& de

ipsam

ram

pter

bra se

ed: b

plexa

fit ut

nonis

heder

adeft.

ut à T

que b

deram

dentib

deante

mente

absq; u

procli

CV

non est, qui supremum & purissimum deorum omnium uenerandum sibi desumpserunt, eos quò familiarem ac domesticam habeant, canem prohibere.

C V R hederam Flamen Dialis si attigisset, piaculum commississet, nec iter ea facere poterat, ubi umbraculum aut arbutum desuper promitteret? An hoc simile ei est quod dicitur, de curru non esse, chœnici non insidere, scopam non transcendere. Non quò hæc Pythagorici uitent aut metuât, sed quòd per hæc ab alijs deterreant. Nam quòd sub uitem ingredi prohibent, ad uinũ referebant, quòd sacerdoti ebrĩũ fieri nefas esset. Temulentis enim uinum super caput est, & deprimuntur omnes ebrij & humiles fiunt, quum hanc ipsam uoluptatem uincere oporteat, non ab ea uinci. Hederam uerò tanquam sterilem & hominibus inutilem, & propter fragilitatem aduinculo alterius semper egentem, umbra solum ac uiriditate oculos capientem, non temere in ædibus aliis atq; nasci permiserũt: quippe quæ plantas complexa maximè noceret, nec solo extirpari facile possit. Quo fit ut cœlestium templis penitus amoueat, nec in æde Iunonis Athenis, ac Thebis in æde Veneris quisquam facile hederam uideat. Nocturnis uerò sacris & Bacchanalibus adest. An & hoc quoq; mysticum quoddam signum erat, ut à Thyasis ac reliquis debacchationibus abstinerēt? Nam quæ bacchicis furoribus mulieres correptæ fuerint, ad hederam statim feruntur, & abreptam manibus diuellunt, dentibus lacrant, ut non omnino incredibilia dicere uideantur, qui asserunt hederam, quòd spiritum habeat, quomentes in furorem concitet, & loco moueat, ebrietatem absq; uino inducere, & hilares eos reddere, qui in furorem procliuēs fuerint.

C V R ijs sacerdotibus nec magistratũ capere, nec petere permit

**ἡ δὲ τιμὴ ἡγεῖ
καὶ ἀπομύθια*

Sacerdos magi-
stratum nec ge-
rat, nec petat.

permittebatur, & tamen liſtore utuntur & ſella curuli
*ob honoris cauſam et conſolationē, quò minus egrè ferrēt,
ſi à magiſtratibus arcerentur? An quòd in nonnullis Græ-
ciæ ciuitatibus ſacerdotij dignitas regiæ maiſtati par habe-
batur, non uulgares aut ignobiles homines ſacerdotes de-
clarabantur? An illud magis, quòd quum certum eſſet &
ſtatutum tempus ſacrificij, regum uerò opera & actiones
incertæ, ac minimè præſinitæ, fieri non poterat, ut quum
in idem ſepenumero tempus incidere, idem utriq; adeſ-
ſet, ſed utriſq; urgentibus ſæpe oportebat ut altero relicto
nunc deos coleret, nunc ciuibus noceret? Qui quum in homi-
num magiſtratibus non minus neceſſitatis quàm licentiæ
ineſſe animaduertent, & magiſtratum populi, ut Hippo-
crates ait, medicum triſtitiæ cernere, triſtitiæ attingere,
& in alienis malis proprium dolorem percipere, neſis eſ-
ſe putauerunt, dijs rem diuinam facere, & primitias, & ci-
uium cruciatus quotidie uerſantem, interdum etiam propin-
quorum & cognatorum, quod Bruto accidit.

Q V I ſunt quos Epidauri & Conipedes & Artynos
appellant? Centum enim & octoginta Remp. adminiſtra-
bant, ex quibus ſenatores deligebant, quos Artynos appel-
labant: plebs autem magna ex parte in agro agebat. Voca-
bantur autem Conipedes à pedibus, ut conijcere datur pul-
uerulentis, & ob id quum ad urbē accēderent facile agniti.

Q V A M nam Onobatim apud Cumæos fuiſſe dice-
mus? Si qua in adulterio mulier deprehēſa fuiſſet, hanc in
forum deductam, & ſaxo impositam ſpectandam omnibus
proponebant. Inde ſuper aſino collocatam, & circa urbem
peruectam in eundem locum reſtitui oportebat. Ex illo in-
ſamia notatam Onobatim appellandam cenſuerunt, & ab
eo tempore lapidem tanquam impurum ac deteſtabilem
uitabant.

Ad alterij apud
Cumæos poena.

uitabant. Erat apud illos quoque magistratus, Phylactum appellabant, quem qui obtineret, reliquum quidem tempus carcerem seruabat, nocturno autem conuentu in senatum ueniens reges manu apprehensos e curia educbat. Quos tandiu detinebat, donec de eorum imperio senatus occulte sententiam tulisset suffragijs, an iuste facerent, uel non.

QVI sunt quos Cnidij Annemones appellant, & qui Aphester apud eosdem dicitur? Sexaginta delectis iuris ex optimatibus quasi procuratoribus utebantur, ad quos de maximis rebus referebant. Dicebantur autem Annemones, ut coniectura percipi potest, quia ad disquisitionem non adducebantur, nisi forte quia multum memoria ualerent, & multa meminissent. Qui autem sententias rogabat, Aphester dicebatur.

QVID apud Solos Hypeccaustria Palladi sacrificantem sic uocant? Quod multa sacra & mysteria ad auertendum mala faciat.

QVI sunt apud Arcades & Laconas Chrestii? Lacedaemonij facta Tegeatibus pace foedere icto comunem apud Alpheum columnam statuerunt, in qua cum alia multa tum illud in primis scriptum erat, Messenios ex agro eijcerent, nec Chrestos facere liceret. Aristoteles igitur hoc exponens, his uerbis hoc significari dicit, non occidere autilij gratia, si qui Tegeate Lacedaemonijs studerent.

QVIS apud Opontios Crithologus? Plerique Graecorum ciuibus primitias offerentibus in uetustissimis sacrificijs hordeo uti solebant. Magistratum igitur, qui huiusmodi sacrificijs praerat, & primitias colligebat, Crithologum nominabant. Duo autem erant apud eos sacerdotes, quorum alter deorum, alter demonum sacrificia curabat.

QVAE sunt Ploiades? Nubes imbriferas maxime,

H quaeq;

quæq; arcum ferrent Ploiadas nominabant, quemadmodum Theophrastus in quarto Meteororum ad uerbum scripsit. Nam & Ploiades ipsæ nubes & quæ constat. Immobiles autem & coloribus obalbæ ostendunt differentiam quandam materiæ, quæ neque in aquam, neque in uentum redacta sit.

QVIS est apud Bœotios Platychea? Qui aut domum uicinam, aut agrum habuissent, Aeolicè sic uocabant, quasi propè habentes. Apponam autem uerbum unum ex Themophylacia lege, quum plura sint.

QVIS est apud Delphos Osioter, & quare mensium quendam Bysium uocant? Osiotera quidem eum uocant qui hostiam immolat, quum sacer declaratus est. Quinque autem sacri sunt per omnem uitam, hi autem multa unà cum prophetis agunt. Hi simul in iisdem sacris operantur. Quippe qui à Deucalione originem ducere se arbitrantur. Bysius autem, ut multi putant, Phisius est. Multa enim tunc temporis nascuntur & germinant. Verum non ita est: non enim loco φ τῶ β̄ utuntur Delphi, sicut Macedones β̄ λιππορ, & β̄ ἀλακρορ, & β̄ ερογλυκρ̄ dicentes, sed loco π. nam τὸ πατρῶν β̄ ἀτῆρ, & τὸ μικρὸν βικρὸν planè dicunt. Est igitur Phisius Bysius, in quo Deum interrogant: nam subintelligere patrium est: hoc enim mense oraculum edebatur. Septimum quoque huius diem Apollinis habent natalem, & πολὺφθορορ appellant, non quòd eo die φθοῖς, id est liba, seu placentas coquerent, sed quòd multi ad oraculum accederent, multis oracula ederentur: nuperrimè enim oracula singulis mensibus rogantibus concessa sunt ac remissa: An semel omnino Pythia hoc ipso die in anno respondebat? Sic enim Callisthenes & Anaxandrides scriptum reliquerunt.

QVID

QVID est Phyximelum? Planta quædam est humilis ac parua, cuius surculos pecora appetitæ comminuunt ac uiolant, & quo minus crescant impediunt. Hæc ubi eò magnitudinis excreuit, ut ei nocere non possit, Phyximelum dicitur. Testis est Aeschylus.

QVI sunt Apopsphlendoneti? Corcyram insulam Eretrienses tenebant, quo Charicrates cum classe Corintho profectus prælio commisso Eretrienses superauit: illi statim naues conscendentes domum reuigauerunt. Quod quum ciues præsensissent, descendere conantes fundis propulsarunt: denique quum nec uerbis persuadere, nec multos & inexorabiles cogere potuissent, Thraciam tenuerunt agro ibi occupato, quem Methonem Orphæo progenitum quondam habitasse memoriæ proditum est. Urbem quidem Methonam nominarunt, ipsi uerò ab accolis Apopsphlendoneti uocitati sunt.

QVAENAM est apud Delphos Charila? Tres agunt Delphi Ennateridas & deinceps: quarum unam Stepterium uocant, alteram Heroidem, tertiam Charilam. Stepterium quidem eius pugnae imitatio uidetur esse, quam Deus aduersus Pythonem pugnare dicitur. Hunc enim post pugnam usque ad Tempe insectatus fuisse dicitur. Sunt enim qui Deum metu fugisse dicant, qui mihi expiandi uidentur. Alij Pythonem saucium ac fugientem in eam quam nunc sacram uiam dicimus, priusquam Apollo eum consecutus esset, occubuisse, ita sepultum à filio, cui nomen Capra fuerat, ab Apolline inuentum. Harum omnium rerum, aut similiū Stepterium imitatio quædam est. Herois autem arcanam quædam continet rationem Thyadibus non incognitam, & tamen ex his quæ aguntur, Semeles anagogen esse facile quiuis conijcere ualeat.

De Charila uerò huiusmodi quædam fabulantur. Fames ex siccatate Delphos inuasit: quare cum liberis & uxoribus ad regias fores accedere & supplicare cogebantur, qui farinam & chedropas nobilioribus, non enim omnibus suppetebat, in summa inopia distribuebat. Sed quum puella parentibus orba supplex uenisset, & farinam rogasset, calceo malam cecidit, & in os abiicit. Puella inops ac pauper, sed generoso animo prædita, quum inde sese proripuisset, ac zonam dissoluisset, se suspendit. Inualecente indies fame, & superuenientibus morbis, Pythia regi oraculum petenti respondit, Charilam uirginem, quæ sibi mortem consciuisset, placari oportere. Vix tandem reperta huius nominis ratione, sacrificium quoddam piaculo mixtum peregerunt, quod nunc quoque est nonum post annum, quibus annis peragunt. Præsides enim rex, farinamq; & chedropas omnibus impariit & ciuibus & externis. Portatur Charilæ puellaris statua. Sed ubi omnes farinam acceperunt, res effigiem calceo cædit, Thyiadum uerò antiistes in abruptum quendam locum simulacrum defert, ibiq; sine ad collum alligato defodiunt, ubi Charilam, quæ zona se suspenderat, ante humauerunt.

QVÆ nam est apud Aenianas caro emedicata? Cōplures sunt Aenianarum commigrationes. Primum quidem campum Dotium coluerunt, inde à Lapithis expulsi ad Aethicas primo agri Moloysi, quam Arauam uocant, se contulerunt, ex quo Parauæ dicti sunt. Deinde Cirrham occupauerunt, & ex eo loco rege Oenoclo depulso Apollinis iussu in agrum circa Inachum descenderunt, quem Inachieses & Achei tum habebāt. Oraculo autem edito, si in agro eos recepissent, fore ut ueteres incolæ pellerentur, noui autem si à uolentibus accepissent, agrum retinerent

nerent, Temo uir inter Aenianas sapiens, sumpta peramendici habitu ad Inachiensis uenit: ubi quum per risum & contumeliam rex petenti cespitem dedisset, in peram coniecit, & quasi eo contentus statim e conspectu abiit, nec amplius quicquam petijt. Maiores natu admirati, & oraculum recordati, quum regem adijisset, hominem non contemnendum, sed prodendum esse dixerunt. Quod quū sensisset Temo, fugam arripuit, & Apollinem precatus quum hecatombam uouisset effugit. Ex illo conserunt pugnam reges. Quumq; Inachiensium regem Hyperochum Aenianum rex Phemius unā cum canē in se ineptum facere animaduertisset, dixit illum iniuste facere, qui secundum pugnatorem & alterum hostem substitueret. Abigente autem canem Hyperochus, seq; ac hostem euertente, lapide ictus à Phemio est interfectus. Agro recepto, Inachiensibus unā cum Achiuis cicctis, lapidem illum quidem tanquam sacrum colunt, & uictimæ adipe inuolutū uenerantur, & ei tanquam deo immolant. Apollini uerò diuinā rem facientes, & hecatombam ex uoto reddentes, bouis immolatæ partem rite exceptam Temonis posteris tribuunt, & emendicatam carnē appellāt.

QVI sunt apud Ithacesios Coliadæ? quis est Phægilus? Vlyssi procis interfectis eorum necessarij bellū susci-
tauerunt. Accersitus autem ab utrisq; , & arbiter adhibitus Neoptolemus sententiam tulit, ut Cephallenia, Zacyntho, & Ithaca cædis nomine Vlysses decederet. Procorum uerò socij ac familiares pro iniurijs quas in domum intulerant, Vlyssi quotannis multæ nomine aliquid penderent. Vlysses igitur in Italiam concessit: multam uerò ut liberis suis Ithacenses redderent, iurciurando ac religione astringendos putauit. Erat autem farina, uinum,

φάγαντες *cera, oleum, sal, uictimæ grãdiore Phagilorum. Phagilum autem agnum esse dicit Aristoteles. Sed Eumæum manu- missum Telemachus ciuitate donauit, à quo Coliadarum familia, sicut à Philetio Bucoliarum.*

QUIS est apud Locros ligneus canis? physcij, Amphictionis filius fuit Locrus, ex eo & Cabya Locrus nascitur, qui cum patre orta discordia multis ciuium acceptis, de sedibus Apollinem consuluit. Oraculo edito, ut ibi urbem conderet, ubi canis eum ligneus momordisset, in alterum maris littus transgressus spinam calcauit. Ea plaga uexatus complures ibi dies commoratus est, quibus percepto loco urbes condidit Physcos, Hyanthiam, & alias omnes, quas Locri Ozole coluerunt. Ozolas autem Locros, alij à Nesso, alij à Pythone serpente uocatos dicunt, quòd ad Locrensiu littus eiecti, in eorum agro putruerunt. Nonnulli autem homines pellibus caprinis & hircinis indutos, & plerunq; inter greges & ouilia conuersantes olidos fieri, & ob eam rem quòd Locri pasto-
 res sint, Ozolas appellatos putant. Alij contra quòd ager floribus abundet, ob odoris bonitatem nomen inditum arbitrantur. Hanc opinionem tuetur Archytas Amphysseus, scripsit enim in hunc modum: Botryonum sertis redimitam, unguenta redolentem, macynam amabilem.

QUID est, quòd à Megarensibus Apharoma dicitur? Nifus à quò Nisea appellata est, quum regnum obtineret, Abrotam Oecheſti filiam ex Bœotia uxorem duxit. Quæ quum Megarei soror eſſet, ſingulari prudentia ac modeſtia prædita erat. Mortuam deinde Megarenses ſponte luxerunt, & Nifus immortalẽ uxoris memoriã efficere uolens, iuſſit oſſa ferre, quã illa ueſtem ferre conſueuerat, & ueſtem Apharoma propter illam appellauit.

pellauit. Videtur autem mulicris gloriæ & Deus fauisse. Nam quum Megarenses mulieres uestem mutare instituerent, oraculo sepe prohibuit.

Q V I D est, quòd Doryxenus Megarensis ager antiquitus per uicos colebatur? Ciuitate in quinque partes distributa, alij enim Haræi dicebantur, alij Pyræi, Megarenses alij, alij Cynosuræi, Tripodiscæi denique, partim agrum tuebantur. Sed Corinthij quum inter eos bellum excitassent, semper enim Megaram subigere studuerunt, tum leniter & cognatum, ut ita dicam, bellum inter se gerebant. Agricolas enim nemo prorsus uiolabat. Et si quis captus esset, certo se pretio redimebat, quo accepto statim dimittebant: nam antè nihil exigebant: sed qui hominem cepisset, domum deductum, & comiter acceptum domum remittebat. Qui ergo quo se redimeret pretium retulisset, laudabatur, & eius qui recepisset amicitiam perpetuò colebat, & ex captiuo Doryxenus, hoc est bello amicus atque hospes factus appellabatur. Qui uerò nihil retulisset, & hostem sefellisset, non solum apud hostes, sed apud ciues quoq; ut perfidus & iniustus, & infamis erat.

Q V A E N A M est Palintocia? Megarenses Παλιντοκία.
Theagene tyranno cieccto, parum diu in administranda republica modestos se & temperatos præstituerunt. Inde multam, ut ait Plato, & intemperantem libertatem popularibus ipsis propinantibus penitus corrupti cum cæteris in rebus in locupletes & copiosos insolenter se gerere cœperunt, tum uerò eorum domos inuadentes homines pauperes splendide & effuse conuiuari ac coenare uolebant, idque si negaretur, omni uiolentia & petulantia utebantur. Deniq; facto plebiscito

usuras à creditoribus, quas antea soluissent reposcebant, idēq; Palintociam appellauerunt.

Q V A E nam est Anthedon, de qua Pythias dicit, Bibe uini fecem, quoniam nō Anthedonem habitas? nam quæ in Bœotia est, uino non abundat? Calabriam Irenem antiquitus nominabant à muliere quæ Irene dicebatur, quam ex Neptuno & Melantia Alphei filia natam fuisse fabulantur. Inde quum Anthes & Hyperes ibidem consediissent, Anthedoniam & Hyperream insulam uocauerunt. Oraculum uerò hoc modo se habebat, ut dicit Aristoteles: Bibe uinum feculentum, quoniam non Anthedonem habitas, nec sacram Hyperam, quoniam & fecem uini bibisses. Hæc Aristoteles. Mnasegeton autem dicit Hyperæ fratrem Anthon infantem adhuc periisse. Hyperam autem quum diu fratrem quæsiisset, errantem ad Acastum seu Adrastum Pheras uenisse, ubi casu Anthos uinum seruiens propinabat. Vbi cœnati sunt, puerum fratri poculum porrigentem agnouisse, ac dixisse fertur: Bibe uinum feculentum, quoniam non Anthedonem habitas.

Σκότος.

Q V I S est qui apud Prienem iuxta quercum dicitur Scotos? Samij & Prienenses bellum inter se gerentes mediocribus mutuò se damnis afficiebant: magno prælio commisso mille Samios Prienenses occiderunt. Septimo post anno cum Milesijs ad quercum quæ dicitur congressi, optimos ciuium ac primos uno prælio amiserunt. Quo tempore Bias ille sapiens, Samum à Priensibus cum legatione nissus, magnam gloriam est adeptus. Ex illo Priensium mulieres post eam calamitatem tristem sanè ac miserabilem imprecatione ac iureiurando maximis de rebus usæ sunt, quum testarentur ac dicerent: Apud quercum tenebræ, quòd filios & patres ac uiros eo in loco ab hostibus

bus concisos amisissent.

• Q V I sunt apud Cretenses qui Catacautæ dicuntur? κατὰναῦται
 Tyrrhenos ferunt, quum Atheniensium filias & uxores
 ex Braurone rapuissent, quo tempore scilicet Lemnum &
 Imbrum incolebant, postea eiectos in agrum Laconicum
 peruenisse, & tandiu cum indigenis mulieribus consueta-
 dinem habuisse, quoad liberos suscepissent. Calumnijs de-
 inde ac suspicionibus Laconicam rursus relinquere coactos
 in Cretam cum liberis & uxoribus traiecisse. Ibi bellum
 cum his qui tunc temporis Cretam tenebant gerentes, mul-
 tos qui in prælio mortem oppetissent insepultos reliquis-
 se: primò quidem quòd propter bellum & periculum socios
 per otium humare non poterant, deinde fugientes cada-
 uera iam corrupta & marcida attingere coepisse. Polin
 igitur, quem ducem secuti fuerunt, honores quosdam & im-
 munitates excogitasse, partim deorum sacerdotibus attri-
 buisse, partim qui mortuos sepelissent, & dijs terrestribus,
 hoc est manibus consecrassse, ne quando auferretur, & per-
 petuò permanerent. Postea cum fratre sortitum, & alios
 Sacerdotes appellatos fuisse, alios Catacautas, & separa-
 tim suis legibus uti. Esse autem illis unà cum cæteris quæ hu-
 maniter concessa sunt, earum iniuriarum licentiam, quibus
 cæteri Cretenses uti consueverunt, quum furtim res suas in-
 ter se agunt, feruntq;. Illos uerò nulla iniuria afficere, nihil
 furari, nihil deniq; auferre.

Q U O D est apud Chalcidenses puerorum sepulcrum?
 Cothus & Arclus Xuthi pueri in Eubœam habitatum
 concesserunt, quo tempore Aeoles insulam maiore ex par-
 te obtinebant. Editum uerò antea Cotho oraculum fue-
 rat, bene successurum, & hostes superaturum, si agrum
 coemisset. Cum paucis igitur descendens incidit in pue-

ros, qui fortè iuxta mare colludebant, quibus cum & ipse comiter ludere aggressus multos ludos pueris ignotos ostendit. Quod ubi auide accipere uelle intellexit, haud aliter traditurum se dixit, nisi aliquid terræ prius ab ipsis accepisset: illi è uestigio sublatam dederunt, & acceptis ludis abierunt. Aeoles re cognita quum hostium classem aduentare intelligerent, ira & dolore perturbati pueros interfecerunt. Sepulti uerò sunt in uia quæ ad Euripum ex urbe ducit, quem locum postea sepulcrum puorum uocauerunt.

QVIS est Mixarchageua apud Argiuos? Qui ue sunt Elasi? Mixarchageuam Castorem uocant, & apud se humatum arbitrantur. Pollucem uerò tanquam unum celestium uenerantur. Eos autem qui comitalcm morbum auertere putantur, Elasio nominant, eosq; ex Alexia Amphirai filia progenitos fuisse autumant.

QVID est, quod apud Argiuos Encnisma dicitur? Qui familiarium aut cognatorum quempiam amiserunt, mos est ut statim post luctum Apollini sacrificent, sic & trigesimo post die Mercurio. Nam ut à terra mortuorum cadauera, sic animos à Mercurio suscipi putant. Apollinis autem sacerdoti hordeum dantes carnem pro eodem accipiunt, ignemq; quasi pollutum extinguentes, & rursus ab alijs accendentes carnem coquunt, & Encnisma appellant.

QVID est Alastor, Aliterius, Palamneus? Non enim illis credendum est, Aliterios uocari qui in fame molentem obseruantes farinam diripiunt. Verum is Alastor uocitatur, qui ea egit quæ neque facile obliterari possunt, & diuturna omnium memoria celebrantur. Aliterius autem is est, quem si quis uitare ac fugere potest

test propter improbitatem, bene actum secum existimare debet. Hæc, inquit Socrates, in æreis pellibus conscripserunt.

Q V A M habent sententiam, eos qui in Castiopæam bouem abigant ex Aeno, à uirginibus comitantibus ad ipsos usque fines continenter audire: Nunquam redibitis in patriam terram? Aenianes à Lapithis scdibus expulsi Aethaciam primo, deinde Moloßidem, & Castiopæam incoluerunt, ubi nihil boni ex agro nacti, malis contrà usi uicinis in agrum Cirrheum transierunt, Onoclum regem secuti. Ibiq; magna siccitate & magnis squaloribus excepti, oraculo, ut fertur, quum lapidibus Onoclum obruissent, rursus uagi post longum errorem in eum agrum peruenerunt, quem bonum & fertilissimum nunc habent. Quo fit ut meritò exoptent, in antiquam patriam non redire, sed illic beatissime ac diutissime permanere.

C V R apud Rhodios præconi Ocridionis templum ingredi non licet? An quòd Ochimus filiam Cydippen Ocridioni collocauit? Cercaphus autem frater Ochimi puellam amans præconi persuasit (moris enim fuerat, ut sponse per præconem accerferentur) quum Cydippen accepisset, eam ad se deduceret: quo factò Cercaphus puellam habens aufugit. Qui postea quum frater ad senectutem peruenisset reuertitur. Mansit autem Rhodijs consuetudo, ne præco Ocridionis templum ingrederetur, ob iniuriæ ac flagitij illius memoriam.

Q V I D est quòd tibicini apud Tenedum in ædem Tenæ intrare non licet, nec in templo Achillis mentionem facere? An quòd nouerca Tenem insimulante quòd ei stuprum inferre uoluisset, Molpus tibicen falsum aduersus eum testimonium dixit? Quamobrè Tenæ accidit cum sorore

sorore Tenedum fugeret? Achilli autem serunt matrem
 Thetim magnopere interdixisse, Tenem ne interficeret,
 quòd is ab Apolline uehementer coleretur. Vni etiam ex
 seruis imperasse, ut diligenter attenderet, & Achillem mo-
 neret, ne fortè per imprudentiam Tenem occideret. Sed
 quum Tenedum Achilles popularetur, & sororem Te-
 nis forma captus insectaretur, Tencs obuiam factus &
 sororè defendere conatus, ab Achille interfectus est. Achil-
 les Tenem à se interfectum animaduertens, seruum qui-
 dem quòd ab eo monitus non fuisset occidit: Tenem uerò
 ubi nunc templum est, sepeliuit. Ex eo nec tibicen illud in-
 greditur, nec Achilles in eo nominatur.

Πολίτης. Q V I S est apud Epidamnios Polites? Epidamnij Illy-
 ricorum uicini, ciues suos qui cum Illyricis consuetudinem
 haberent, improbos fieri animaduertent, & res nouas
 ueriti ad res contrabendas ac permutandas unum quotan-
 nis potissimum delegerunt quem maxime probarent. Is ad
 Barbaros accedens forum ciuibus suis & contrahendi ra-
 tionem præscribebat. Et ex eo Polites est appellatus.

Q V O D est in Thracia Aræni litus? Andrij &
 Chalcidenses, habitandi causa in Thraciam profecti, Sa-
 nem urbem proditione communiter occuparunt, sed quum
 Barbaros Acanthum reliquisse accepissent, duos specu-
 latorum ad urbem miserunt: qui quum eò uenissent, &
 Acanthios relicta urbe fugam animaduertissent arripuis-
 se, Chalcidensis quidem speculator præcucurrit, quasi
 urbem Chalcidensibus præoccupaturus, Andrius uerò re-
 lictus hastam coniecit: quæ cum portæ inhæsisset, Andrio-
 rum pueris urbem se hasta præcepisse exclamauit. Inde
 orta dissensione, sine bello inter se conuenerunt, ut Ery-
 thræis, Samijs, & Parijs omnibus de rebus arbitris ute-
 rentur.

uterentur. Quumq; Erythraei & Samij suffragijs suis rem Andrijs adiudicassent, Parij contra pro Chalcidensibus sententiam dedissent, quibusdam se circa eum locum imprecationibus deuouerunt, si aut ipsi Parijs uxorem dedissent, aut ab illis accepissent: & ob eam rem Arani litus appellauerunt, quum Dracontis antea diceretur.

Q V I D est, quod Cerealibus Eretriensium mulieres non ad ignem, sed ad solem carnem concoquunt, & Calligentiam non uocant? An quòd ita cecidit, ut captiuae, quas ex Troia Agamemnon abduxit, hoc in loco Cerealia facerent: quumq; inopinatò nauigandi tempus extitisset, imperfecto sacrificio discesserunt?

Q V I sunt Ainautæ apud Milesios? Damasenore & ἀεινάουται. Thoante, tyrannis exactis, sed sodalitates duæ urbem obtinuerunt: harum altera Plutis, altera Cheromacha dicebatur. Sed quum potentes dominarentur, & sodalitates suæ res adsciuisent, conscensis nauibus procul à terra progressi maximis de rebus consultabant, & ob eam rem Ainautæ appellati sunt.

Q V I D est, quòd Chalcidenses locum circa Pyrsophium ἀναμάωρ λέσχην, id est uigentium & uiribus ualentium stationem uocant? Nauplium ferunt ab Achiuuis insectatum supplicem ad Chalcidenses confugisse, ibiq; partim crimina purgasse, partim recriminando Achiuuis obiecisse. Chalcidenses igitur Nauplium nullo modo dedituri uidebantur, sed ueriti ne dolo interficeretur, præsidium ei dederunt, adolescentes ætate ac uiribus uigentes, & eos ibi collocauerunt, ubi & unà uersarentur, & Nauplium asseruarent.

Q V I S est benefactori bouem immolans? Nauis piratica circa Ithacesiam in ancoris stabat: in quam cum fœtibus

fictilibus ac pice senex quidam erat. Huc igitur quum fortè portitor Ithacensis, nomine Pyrrhias, oculos attentius conuertisset, & senem liberauit, nihil quidem postulans, sed ab eo persuasus, misericordiâq; commotus, & hortatu senis de fictilibus quæ ibi iacebant pauca quædam sumpsit. Postea quum prædones abscèssissent, securus iam senex Pyrrhiam fictilibus admouit, in quibus magnam uim auri pice admixti ostendit, ita ut repente diues factus Pyrrhias cum cæteris in rebus senem optimè tractasset, tum illud adiunxit, ut ei bouem immolaret. Ex eo res in prouerbium uenit, benefactori bouem extra Pyrrhiam immolasse neminem.

Bottici popu-
li, pinguis Ma-
ccdonibus He-
rod. lib. 7.

QVID ita morem hunc habent Botticorum puelle saltantes, ut dicant, eamus Athenas? Cretas ferunt, quum uoluissent, hominum primitias Delphos misisse, eos autem qui miseri essent ubi nullam facultatem aut copiam uidissent, inde profectos primum Iapygiam incoluisse, deinde mixtis Atheniensibus hunc in Thracia quem nunc habent locum occupasse. Non enim uerisimile, Minoem Atheniensium iuuenes tributi nomine quotannis ad se missos occidisse, sed in ministerio potius & seruitio habere maluisset. Ex his igitur nati quidam, & Cretenses habiti, Delphos missi sunt. Ex quo Botticorum filie generis sui memoriam colentes diebus festis canebant, Eamus Athenas.

QVID est, quod Blicorum mulieres Dionysium celebrantes precantur, ut bouino pede ad se ueniat? Hymnus enim hoc modo se habet: Veni heros Dionysie maritimum ad templum castum, cum Gratijs bouino pede sacrificans. Inde bis inferunt: Digne taure. An quia Bougenam appellant & taurum nonnulli hunc Deum: An magnum pedem bouinum intelligunt, quemadmodum

poëta

poëta βούπιυ magnos habentem oculos, & βογαίου magna iactantem? An magis quia bouis pes innoxius est? Cornigerum autem Deum sic rogant, ut lenis letusq; ueniat? An quòd aratri ac sementis principem hunc ipsum Deum & inuentorem fuisse putant?

QVID est, quòd Tanagræi ante urbem Achilleum habent locum sic appellatum? Inimicitias enim magis cum ea urbe exercuisse dicitur Achilles quàm amicitiam. Quippe qui & Pœmandri matrem Stratoniceam rapuerat, & Ephippi filium Acestora occidisset. Pœmandrus igitur pater Ephippi quum ager Tanagricus etiam per uicos habitaretur, apud Stephontem, id loci nomen est, quòd cum Achiuis in expeditionem ire nolisset, ab illis circumfessus nocte locum illum deseruit, & Pœmandriam communiuit. Polycritus autem architectus, quum adesset, & opus floccifaceret, atque irrideret, fossam transendit. Iratus Pœmandrus ingens in illum saxum coniecit, quòd sorte ibidem occultatum Nyctelijs templis iam pridem incumbibat: hoc reuulsum per imprudentiam Pœmandrus coniecit, & Polycritum quidem assequi non potuit, Leucippum uerò filium interfecit. Oportebat igitur domesticum ex agro Bœotio lege discedere, & supplicem ad alios migrare. Id autem facile non erat, quòd in agrum Tanagricum Achiui irruptionem facerant. Misit igitur Ephippum filium qui Achillem rogaret, à quo persuasus & illum inducit, & Tlepoleum Herculis filium, & Peneleum Hippalemi, omnes sibi sanguine coniunctos. A quibus Pœmandrus Chalcidem emissus, & ab Elephenore cædis crimine expiatus, homines honore affecit, & lucos omnibus consecrauit, quorum qui Achilli dicatus est, nomen seruaui.

QVI sunt apud Bœotios Psoloës, quiq; Aeoleæ? Minyi cuiusdam filias Leucippā, Arfinoën, & Alcatheon furore percitas carnibus humanis uesci concupisse, & de filijs inter se sortitas esse, Leucippam quòd ei sorte ceci-
disset, Hipassum filium laniendum exhibuisse, & illarum uiros, quòd lugubri ueste uterentur præ dolore ac luctu, Psoloës, Aeoleas, Oconolias appellatas fuisse serunt. Hodie quoq; eiusdem gentis omnes mulieres eodem nomine appellant, & quotannis festis diebus, quæ Agrionia dicuntur, à Dionysij sacerdote stricto gladio fugantur, & si quam consecutus est, interficere licet. Nostra quidem memoria Zoilus sacerdos mulierem occidit, quod tamen infelix ac triste ipsis accidit. Nam Zoilus ex leui sanè ulcere quum in morbum incidisset, diuturna tabe consumptus est: Orchomeni uerò publicis damnis ac damnationibus affecti sacerdotium ab ea familia ad eum transtulerunt, quem ex omnibus optimum delegissent.

CVR eos qui sponte Lyceum ingrediuntur, lapidibus obruunt Arcades, qui si per ignorantiam intrauerint ad Eleutheras eos mittunt? An quòd quasi absoluti libertatem adepti uiderentur, hæc ratio fidem habuit, & tale est ad Eleutheras, ac si in locum curæ uacuum, & illud, uenies in libentis solum? An fabule potius credendum est? Soli enim Lycaonis liberi Eleuther & Lebeadus sceleris in Iouem paterni expertes fuerunt, & in Bœotiam aufugerunt. Lebadenses autem iisdem legibus, & eodem iure atq; Arcades utuntur. Eos igitur ad Eleutheras mittunt qui Iouis adyta ignorantes intrauerint. An illud probabilius quod Archytimus dicit? Arcadicis festi sunt dies, quosdam per inscitiam ingressos ab Arcadibus Phliasijs traditos fuisse, à Phliasijs deinde Megarensi

garenſibus, à quibus porro quum Thebas deucherentur, umbre ac tonitribus & alijs tempeſtatibus oppreſſos ac detentos fuiſſe: hinc locum nonnulli Elcuberas appellatum fuiſſe dicunt. Quòd autem dicitur, ab eo qui Lycæum ingreſſus fuerit, umbram non cadere, licet falſum, tamen magnopere creditum eſt. An quòd aër ingredientibus in nubem conuerſus obducitur? An quòd templum ingreſſus omnibus modis excruciatuſ morte mulctetur, mortuorum uerò animas Pythagorici neq; umbram facere, neq; conuiuere? An illud potius, quòd ſol quidem umbram facit, ſolem autem aufert * nomen Embantis, & hoc obſcure intelligentes dicant? Ceruus enim Embas dicitur. Quapropter Cantharionem Arcadem, quòd is ad Eleos cum Arcadibus bellum gerentes profugiſſet, & cum præda Abatum traieciſſet, composito poſtea bello quum Spartam profugiſſet, Lacedæmonij Arcadibus reddiderunt edito oraculo, ut ceruum redderent.

Q V E M N A M in Tanagra Eunostum heroëm fuiſſe dicemus, quid ue cauſe eſſe, quamobrem mulieres eius lucum non ingrediuntur? Eunostus Eliei Cephisti & Sciadis filius fuit, cui nomen inditum ab Eunoste nympha eſt, à qua educatum ferunt. Specioſus igitur ac iuſtus non minus ex modeſtia & ſeueritate laudis tulit. Hunc ab Ochna Coloni filia & propinqua ſua amatum fuiſſe ferunt. Sed quum eius libidinem conuicio retudiſſet, remq; ad fratres deferre ſtatuiffet, mulier occupauit, & fratres Ochemum, Leonem, Bucolum ad Eunosti necem concitauerat, quòd cum ſibi per uim ſtuprum intuliſſe inſimulauerat. Illi quum ſorori fidem adhibuiſſent, adoleſcentem inſidijs de medio ſuſtulerunt. Quo factò Elieus illos in carcerem coniecit, Ochna pœnitentia ducta, & uehementer per

* τὸ ἔμβαντον
ὁ βουκός.



Myrtis uouit
spira.

ter perturbata, simul & dolore, quem ex amore capiebat, liberari cupiens, simul fratrum misericordia commota, rem omnem ut gesta fuerat Elico indicauit, quam è uestigio Eli-eus ad Cololum detulit. Eius iudicio ac sententia fratres liberati sunt, Ochna uerò seipsam præcipitem dedit, ut Myrtis Anthedonia canticorum poëria scriptum reliquit. Eunosti uerò templum & lucus mulieribus admodò inaccessus fuit, ut quum se penumero terræ motus, aut siccitates, aut imbres, aliæ deniq; tempestates ingruiſſent, Tanagræi accurate ac diligenter exquirerent, nunquid mulier clanculum aut per imprudèciam templo appropinquasset. Quanquam nonnullos dicere constat, inter quos est Cleدامus uir insignis, occurriſſe sibi Eunostum lauandi causa mare petentem, quòd mulier templum inuasisset. Refert enim Diocles in libro de Semideis, Tanagræorum decretum, de quibus Cleدامus renunciauerat.

V N D E in agro Bœotio circa Eleonem Scamandrus fluuius est appellatus? Deimachus Eleonis filius, Herculis socius, expeditionis ad Troiam particeps fuit. Sed quum bellum traheretur, Glauciam Scamandri filiam compressit & grauidam reddidit. Quo à Troianis in pugna interfecto, Glaucia, ne stupro comperto ab Hercule poena afficeretur, sponte ad eum confugit, & amorem suum indicauit, seq; cum Deimacho consuetudinem habuisse confessa est. Hercules re cognita, & amoris misericordia commotus, & quòd uiri fortis ac sibi in prunis familiaris stirpem relinqui magnopere cupiebat, Glauciam in nauem recipit, quam postea quum peperisset, in Bœotiam reductam, & ipsam & stirpem Eleoni reddidit. Appellatus est autem puer Scamandrus, qui postea regnum adeptus Inachum fluuium de suo nomine Scamandrum appellauit.

appellauit, sicut uicinum fluuium Glauciam de matris nomine uocitauit. Nec uerò uxoris oblitus ipsius nomine Acidusam fonti nomen indidit, ex qua tres filias suscepit, quas hoc quoque tempore in honore habent, & uirgines appellant.

V N D E factum est illud tritum sermone prouerbum, *Hæc præcipua?* Dino Tarentinus ductor exercitus, uir fortissimus, & in primis rei militaris peritissimus, quum sententiam eius ciues improbarent, & præco aduersariorum sententiam proposuisset, sublata dextera, hæc melior, inquit. *Huius rei autor est Theophrastus. Sed Apollodorus in historia sua illud adiunxit: quum præco, Plures hæ numero sunt, dixisset. Itaque inquit, sed hæ meliores, ita paucorum.*

Hæc præcipua, aut hæc domina, aut ut apud Eras. hæc potior.

V N D E dicta est urbs Ithacensium, quam Alalcomenas appellat. Quòd Anticlia adhuc uirgo Sisyphi compressu, qui ei stuprum obtulerat, Ulysses concepit, complures dixere. Istrus uerò Alexandrus in monumentis suis illud adiunxit, Anticliam Laerti in matrimonium datam quum ad Laertem duceretur, apud Alalcomencum in Bœotia Ulysses peperisse, & ob eam rem ille quasi mediæ urbis nomen referens, eam quæ in agro Ithacensi est urbem eodem nomine appellatam fuisse memorat.

Q V I sunt Aeginæ Monophagi? Multi ad bellum Troianum Aeginenses profecti pugnando ceciderunt, complures tempestate demersi sunt. Paucos igitur à bello reuersos propinqui suscipientes, quum reliquos ciues in luctu ac dolore uersari animaduertent, nec aperte letandum existimauerunt, nec pro suorū reditu dijs immortalibus sacrificandum, uerum clam domi quisq; suæ comiter excipientes ipsi in conuiujs ministrabant, nec alienum quenquam admittebant. Hoc igitur imitantes Neptuno rem diuinam faciunt, & Thiasos

exercent sexdecim dies silentio inter se cōiuiua celebrantes, nec seruum quempiam interesse licet. Inde Veneri facientes solenne festum dirimunt, et ex eo Monophagi appellantur.

Q V I D est, quòd in Caria Labradei Iouis simulacrum bipennem, non sceptrum aut fulmen sustinet? Quia Hercules interfecta Hippolyte, quum præter alia bipennem quoque illi eripuisset, Omphale dono dedit, quam Lydorum postea reges per manus accipientes sicut alia sacra ferre consueuerunt, donec Candaules indignum censens, uni ex socijs ferendam tradidit. Sed postquam Gyges ab eo desciscens bellum Candaule intulit, Arselis Myleis auxilia Gygi adduxit, et Candaulem sociumq; eius occidit, & unà cum reliquis spolijs securim in Cariam detulit, ibiq; extracto Iouis simulacro bipennem in manu dedit, & Labradeum Iouem appellauit, nam Lydi bipennem Labrem appellare consueuerunt.

ὄγοβθ. Q V I D est, quòd purgatorem ὄγοβθ uocant Tralliani, eoq; in libationibus ac piaculis potissimum utuntur? An quia Leleges & Minyæ antiquitus Trallianis expulsis urbem atque agros occupauerunt, postea reuersi Tralliani superatis Lelegibus quicumque neque in prælio ceciderunt nec fugerunt, sed aut imbecillitate aut inopia ibidem remanserunt, his omnibus contentis legem posuerunt, ut quicumque Minyam aut Lelegem occidisset, ita purus & expiatus esset, si eius quem interfecisset cognatis leguminum modium emensus esset?

Sambico grauiora pati.

C V R apud Eleos in prouerbio est, Grauiora Sambico pati? Ferunt Eleum quendam, Sambicum nomine, multis socijs & coadiutoribus usum, complures apud Olympiam æreas statuas & simulacra concidisse ac uendidisse: deniq; Diane præsulis templum diripuiffe. Est enim Elide

Elide templum Dianæ, quod Aristarchium nominant. Illum uerò statim post sacrilegium comprehensum toto anno excruciatum fuisse, dum tormentis de conscijs ac socijs ab eo quaereretur, atque ita mortuum fuisse, & eius cruciatibus prouerbum additum esse.

Q V I D est, quòd Lacedæmone iuxta Leucippidarum templum posita est Vlyssis ædes? Ergiæus unus ex his qui à Diomede originem ducunt, à Temeno quodam persuasus palladium Argis surripuit, cuius rei conscium habuit Leagrū: erat enim Temeni sanè familiaris. Leagrū postea Temeno iratus Lacedæmonem concessit, palladium secum deferens. Quod quum reges studiosè accepissent, iuxta Leucippidarum templum collocauerunt, ac missis qui de conseruando & custodiendo palladio Apollinis sententiam sciscitarentur, oraculo edito, ut unum ex his qui palladium surripuissent custodem facerent, Vlyssis ædem ibidem posuerunt, heroëm ipsum alioqui propter Penelopes nuptias ad se pertinere, & ciuitatem affinitate attingere existimantes.

Q V I D est causæ, quòd Chalcidoniæ mulieres morem hunc habent, ut si in alienos uiros & magistratus potissimum incidant, alteram maxillã aperiãt? Chalcidonijs aduersus Bithynios bellum gerebãt: hi cum Zepoëtum regem haberent, omnibus suis copijs additis, etiam Thracum auxilijs facta incursione agros populabãtur. Sed quum Zepoëtus circa Phieum, id enim loci nomen est, palantes ac perturbatos inuasisset, superati octo nullia militum desiderauerunt, nec tamè penitus deleti sunt. Composito autem bello, quum ea clade ciuitas ad uirorũ solitudinem propemodum reducta esset, complures mulieres necessitate compulsæ libertis & externis nupsērunt, nonnullæ uiduitatem talibus nuptijs anteponentem sole agebant: ac si quid opus esset,

ad magistratus ac iudices confugientes alteram oris partem aperiebant. Harum pudorem quæ nupserant imitate, & meliores fuisse ratæ, eundem morem retinuerunt.

QVID est cause, quòd oves ad Agenoris lucum abigentes Argiui ut ibidem incantur efficiunt? An quòd egregie præter cæteros Agenor oves curauit, & plures greges habuerit?

CVR se Argiuorum pueri quodam festo per iocum Ballachradas uocitant? An quòd primos ab Inacho ex agris in campos, ac plana deductos Achradibus altos fuisse commemorant? Ferunt enim Achradas primum Grecis in Peloponneso fuisse cognitæ, quum ea regio Apia etiam diceretur. Vnde Apij Achrades mutato nomine appellati sunt.

QVID cause est, quamobrem Elei equas finibus eductas iniri faciunt? An quòd regum omnium equorum studiosissimus Oenomaus, quum animal illud præcipue adamasset, multa & horrenda eis imprecatus esset, qui equam apud Elidem inissent, & idcirco ueriti execrationem illam abominantur ac uitant?

CVR apud Gnostos moris fuit mutuantiibus argentum rapere? An ne hi qui arripissent, de ui tenerentur, & magis plecterentur?

QVAE causa est quamobrem Sami Dexicreontis Venerem uocent? An quòd eorum uxores luxu ac petulantia perditas, Dexicreon homo mendicus quibusdam peculiaribus sacris expiauit? An quia nauclerus quum esset Dexicreon, negociandi causa in Cypram nauigauit? Cui onus in nauim imposituro Venerem iussisse ferunt, aquam tantum in nauim imponeret, ac statim solueret? Eum dicto audientem fuisse, & aqua in nauim comportata profectum
summa

summa tranquillitate, & in alto deprehensam sitientibus reliquis & mercatoribus & nautis aqua singulis uenundata multum argentum collegisse, ex eo statua deæ posita deam suo de nomine appellasse? Quod si uerum est, non unum ditasse, sed per unum multos seruasse Venus existimanda est.

Q V I D est, quòd Sami Mercurio Charidotæ rem diuinam facientes, uolenti & furari & latrocinari permittunt? Quia oraculo relicta insula Mycalen quum migrassent, præda ac rapinis decem annis uitam duxerunt, deinde in insulam reuersi Samij hostes superauerunt.

V N D E ei loco nomen inditum esse dicimus, quem Samij Panema? An quòd Dionysium fugientes Amazones ex agro Ephesio Samum perfugerunt? Dionysius cõfestim ædificatis nauibus transmissio mari, prælio commisso eo in loco multas occidit, quem defluentis sanguinis flumine spectantes admirati Panema postea nominauerunt? Earum autem quæ occiderunt circa Phleum ossa ostenduntur. Sũt qui dicant Phleum earum clamoribus abruptum fuisse, quum magno quodam inter pugnandum & contento clamore usæ fuissent.

Q V I D est cause, quòd Andron Sami Pedetes uocitatur? Mortuo Dometele quum plebs Rempublicam occupasset, Megarenses aduersus Perinthios Samiorum colonos exercitum duxerunt, compedes, ut dicitur, quasi aduersus seruos secum portantes. Quod quum plebi renunciatum esset, celeriter auxilia submisit: nouem declarati sunt qui triginta nauium classi præessent, harum unam portu egredientem fulmine ictam ac deprehensam fuisse dicunt. Duces tamẽ cum reliquis profecti Megarenses prælio uicerunt, & sexcentos captiuos ceperunt. Qua uictoria elati

popularem statum euertere cogitabant, cui rei plebs occasionem praeiuit. Misit enim literas, quibus imperabat, ut Megarenses compedibus uinctos adducerent. Illi Megarensibus literas quum ostendissent, facile persuaserunt, ut communi consilio secum ciuitatem liberarent. Rationem ineuntibus uisum, puerorum* Cricos detractos Megarensium turribus circumponere, & ne defluerent loris quibusdam ad zonas alligare. Erat enim timendum quum laxi essent, ac facile defluerent, soluti uiderentur. His in hunc modum ornatis, quum singulis enses dedissent, ad Samum appulsi medio foro Megarenses in curiam deduxerunt: ubi dato signo Megarenses impetu facto plebcios omnes qui rerum potiebantur, interfecerunt. Hoc pacto recuperata libertate Megarenses quicumque uoluerunt ciuitate donarunt, & bonae magnitudinis domo aedificata compedes quasi templo suspensas obtulerunt, ab eo Pedetes domus appellata est.

C V R apud Coos sacerdos Herculis muliebri ueste indutus, & mitra caput ornatus apud Antimachiam rem diuinam facit? Hercules quum ex agro Troiano sex nauibus profectus esset, tempestate deprehensus nauibus amissis ad insulam Coum delatus, ad Laceterem eiectus est, omnibus rebus praeter arma & socios penitus amissis. Ibi natus ouium greges, a pastore unam sibi ut daret petijt. Is Antagoras uocabatur. Qui quum robore ac uiribus corporis praestaret, Herculem ad luctandum prouocauit, ea lege, ut si uinceret arietem auferret. Hercules cupidum cum Antagora congressus, quum hominem ita agitaret, ut facile superaturus uideretur, Meropes Antagorae auxilium tulerunt, & Graecos ut Herculi opem ferrent concitauerunt. Praelio commisso Hercules pugnando defessus ad mulierem* Thracem confugisse dicitur, & muliebri ueste opertus apud eam detulisse.

Sed post

* $\xi\alpha\tau\lambda\alpha\upsilon$.



gnatu
uerun
ad sed

Sed postquam Meropibus superatis expiatus Alciopi filiam in matrimonium duxit, floream uestem induit. Quam obrem sacerdos ubi praelium factum est, rem diuinam facit, & sponsi muliebri ueste induti sponfas suscipiunt.

V N D E apud Megaram genus est Hamaxocylistarum? Qua tempestate intemperans ille ac dissolutus popularis status Megaris fuit, qui & sacrilegium effecit, proficiscerantur Peloponnesiorum nomine Delphos solenes spectatores, qui quum per agrum Megarensium iter facerent, apud Aegeram ad paludem cum liberis & uxoribus subuerso curru in terram prouoluti sunt, ibi Megaresium quidam petulantissimi atq; ebrii, per insolentiam & crudelitatem currus in paludem contruserunt, multos ex his qui uenerant obruerunt. Quod in illa status perturbatione & confusione rerum omnium Megareses neglexerunt, Amphictyones autem quod ea res ad religionem pertinere uidebatur, grauitur commoti tanquam sceleratos & impios exilio nonnullos, plerosq; morte afficiendos censuerunt, qui postea à genere Hamaxocylistarum nominati sunt.

F I N I S.

STEPHANVS NIGER IL-

lustrissimo uiro, Antonio Prato, utriusq;
Gallie Magno Cancellario S. P.



Heronensis Plutarchus, uir illustrissime, quum Apollonium amicum filij sibi charissimu immaturum obitum lugentem animaduertisset, ita cum sua est solatus oratione, ut non modò gnatum fato sibi intercercceptum non amplius egrefferet, uerum optime potius sibi ac filio consultum duceret. Nam ad sedandum eius moerore ijs utitur rationibus, cuiusmodi ni

I 5 titur

titur autoritatibus atq; exemplis, ut mortem etiam celerri-
 mam non solum haud esse hominibus malum, sed & bono-
 rum optimum facile persuadeat. Quam utique orationem
 assidua lectione ac scitu dignam, quum à Plutarcho Græcè
 conscripta sit, nos in Latinum cōuertimus sermonem, tibiq;
 propterea nuncupauimus, ac sub nomine tuo imprimendam
 curauimus, ut & tuorum erga nos officiorum apud omnes
 gratissimum esset indicium, & qui huiusmodi traductiones
 uix inspiciere dignantur, tua saltem autoritate ducti sepius
 perlegerent, quæ profectò apud inuictissimum regem tanta
 est, ut Antipatro apud Philippum Mæcedoniæ regem non
 maior fuerit: nec me hercle immeritò. ea enim in ijs, quæ tibi
 ab inelyto rege iniunguntur administrandis, uteris consi-
 lij grauitate ac prudentia, ut quantum ad ea pertinet sapi-
 enter expedienda, rex in utraq; aurem dormire possit.
 Quocirca ut Aeneas ille, unde Romanus populus originè
 traxit, Troianorum mens à Græcis Ilium obsidentibus di-
 cebatur, ita tu & mens, & oculus tam magnanimi regis,
 quàm utriusq; Galliæ meritò appellari potes. Neq; enim
 Aeneas maiorem suo consilio rebus Troianis attulit utilita-
 tem, quàm tu tuo Gallicis adferas. Nam in dissipandis re-
 bus Lynceis uteris oculis, summo in prouidendis consilio, in
 iudicandis, quid utilitas ciuitatum, quid communis imperij
 salus, quid res, tempora poscant, semper cogitas. Quo fit, ut
 rex licet iuuenis, senili tamen prudentia præditus propter-
 ca etiam ab omnibus dicatur, quia ad imperium optimè ad-
 ministrandum pertinentes prudentissimis committat uiris.
 Cæterum si Plutarchi opusculum, per nos Latinū factum,
 tibi non admodum elegans uidebitur, tuum erit nobis igno-
 scere, qui Atticum illum lepòrem nostra consequi oratione
 nequaquam ualuimus. Vale.

Plutarchi

507

PLVTARCHI
CHAERONEI AD
APOLLONIVM,
ORATIO CONSOLA-
TORIA.

Stephano Nigro interprete.

NON potui iandiu, Apolloni, non maxi-
mo tecū grauiſſimoq; affici dolore, quum
filij tui, æque nobis ac tibi chariſſimi, im-
maturam uitæ cum morte mutationem
percepſſem, adoleſcentis modeſti ſimul
ac temperantis, pietatemq; erga deos ac parentes, necnon
et in amicos iura oppidò quàm egregiè colentis: uiſus ſum
tamen mihi opere præcium minime facturus, ſi ſtatim ſub
obitus tempus te conueniſſem, idq; quod accidit, ut æquo fer-
res animo eſſem exhortatus: quum præſertim et tu animo
ac corpore ob inopinatam conſternatus eſſes calamitatem,
et ego neceſſariò tua angerer ſolicitudine. Neque enim
medicorum præſtantiſſimi ad repentinos fluxuum impe-
tus medicinarum conſeſtim adferunt remedia, uerum in-
flammationis grauedinem, abſque ulla externa unguento-
rum impoſitione ad maturitatem peruenire patiuntur.
Poſtea uerò quàm et tempus, omnia ad maturitatem
perducere ſolium, calamitati acceſſit, et tua ſolicitudo
amicorum auxilia iam exigere uidetur, bene habere
ſum arbitratus, ſi ad relaxandum ac remittendum dolo-
rem, flebilesq; atque inanes ſedandos luſtus, conſola-
toriæ te participem orationis facerem: animo nanque ma-
lè affecto medici ſunt, ſermones, quum præſertim quiſ-
piam

piam opportunè cor molliat. Nam autore sapiente Euripide, alia alij adhibeatur medicina morbo: dolore quidem affecto, beneuolus amicorum sermo: fatue uerò se gerenti, admonitiones. Etenim quum multæ sint animi perturbationes, omnium quam grauissima est dolor: multi enim dolore in furorem, nonnulli in incurabiles ægritudines redacti memorantur, sibijpsis quidam præ dolore manum consciuere. Dolere igitur atq; angere ob defunctum filium, naturalem quidem habet doloris originem, nec in manu nostra positam. Neq; enim illorum accedo sententiæ, qui feram asperamq; laudibus extollunt indolentiam, supra quàm quod possibile utileq; sit existente. Hæc enim tolleret ex mutua dilectione beneuolentiam, quam omnium maxime conseruare necesse est. Supra modum uerò differri, luctumq; adaugere, præter naturam esse censeo, & ex quadam in nobis insulsa fieri opinione. Quocirca hoc quidem ut noxium ac uile, & quod minimè deceat studiosos, omittendum est, mediocris uerò haud reijciendus est dolor. Vtinam minimè ægrotaremus, inquit, Academicus Crantor, ægrotantibus uerò aliquis sensus adsit, siue aliquid fecerit, siue auellatur à corpore: nam istud nihil dolere non sine magna mercede contingit, immanitatis in animo, stuporis in corpore. Neq; enim ut in huiusmodi calamitatibus sapientes uiri doloris omnino sint expertes, neq; ut supra modum uexentur ratio permittit: illud enim durum penitus ac ferum, hoc uerò eneruatum atque effoeminatum. Prudentissimus ille, qui & modum in rebus tenet, & in legenda uita non minus quæ eueniunt aduersa, quàm quæ secunda æquo ferre animo potest. Præmeditatusq; fuerit, quòd quemadmodum in populari statu magistratuam habetur fors, & qui sortitus fuerit, cum imperium administrare oportet, qui uerò repulsam passus

passus fuerit, fortunam æquo animo ferre, ita & rerum par-
 titionem citra ullam accusationem obsequēter sequi: nam qui
 hoc nequit præstare, ne secundā quidem prudenter, ac mo-
 destè ferre poterit fortunam. In ijs enim quæ rectè dicta
 sunt, hoc quoq; documenti loco habetur: nulla sit tanta fe-
 licitas, quæ te adeò extollat, ut tibi plus quàm oporteat,
 placeas, nec si quid aduersi acciderit, rursus deprimaris, in
 seruitutemq; redigaris, sed idem perpetuò mancas, tuum (ut
 in igne aurum) solidè ingenū seruans. Est enim eruditorum
 simul ac temperantium uirorū, & aduersus eas, quæ felici-
 tates putantur, eundem esse, & contra infortunia deco-
 rum seruare: rationis nanque bene compositæ officium est,
 uel quum infertur malum declinare, uel illatum corrige-
 re, uel ad minimum redigere, uel patientiam suam fortem
 ac generosam præstare. Nam circa bonum prudentia qua-
 drupliciter se gerit, quum aut adipiscitur bona, aut tue-
 tur, aut adauget, aut prudenter utitur: hi prudentiæ aliarūq;
 uirtutum sunt canones, quibus ad utranq; utendum est for-
 tunam. Nullus est enim uir, qui usquequaq; felicitate frua-
 tur, & per louem parendum est fati. Nam ut in plantis
 nonnunquam maxima est fertilitas, interdum sterilitas, & in
 animantibus quandoq; numerosa proles, quandoq; nulla,
 & in mari tempestates, ac tranquillitates, ita & in uita mul-
 ti ac uarij casus, in aduersas circumagunt homines fortu-
 nas, ad quas prospiciens quispiam haud immerito diceret:
 Non in omnibus genuit bonis Agamemnonem Atreus, ne-
 cesse est autem ut & lætitia, & dolore afficiaris. Natus
 es enim mortalis. Et te quoque inuito, dijs ita uolentibus,
 erit. Et illud à Menandro dictum: Nam si omnium solus
 natus es Trophime, quum te mater pariebat, ea lege, ut
 quæ uelis agas, felicitate perpetuò fruaris, & deorum ali-
 quis

Prudentia qua-
 druplex.

quis hoc tibi pollicitus est, meruò indignaris: mentitus enim est, atque iniquè fecit: sin autem iisdem, quibus nos legibus uitalem hunc, ac communem hausisti aerem, ut tibi magis tragice loquar, hæc melius & ferenda, & cogitanda sunt. Quod autem rationum caput, homo es, quo ad summa, rursusq; ad ima, nullum animal mutationem celerius accipit: nec id immerito. Nam quum natura infirmisimum sit animal, maximas res administrat. Quum autem cadit, multa conterit bona. Tu autem Trophime haudquaquam egregia amisisti bona, & in præsentia mediocria tibi insunt mala. Quare modeste reliqua feras. His tamen ita se habentibus, nonnulli ob nimiam imprudentiam usque adeo sunt stolidi ac dementes, ut paululum uel nimia pecuniarum copia, uel magistratus magnitudine, uel ciuili aliqua gloria honorq; elati alijs nuntentur, ac conuicijs afficiant, fortunæ inconstantiam uolubilitatemq; minime recordati, nec quòd perquam facile quæ sublimia sunt, deprimuntur, quæq; humilia sunt, rursus quamcelerrimis fortunæ mutationibus extolluntur. Est igitur uiri haud rectè res ipsas cogitantis, in re nequaquam stabili ac firma constantiam quærere. Rotæ enim circumactæ nonnunquam altera pars superne extat, nonnunquam altera. Itaq; ad indolentiam optimū est remediū ratio, & per hanc quoddam aduersus fortunæ mutationes munimentū: oportet enim nō tantū seipsum natura mortalem nosse, uerū et mortalis consortē uiuere, rerumq; perquam facile in contrariū se mutantium. Hominū enim uero mortalia et caduca sunt corpora, mortales fortunæ ac perturbationes, cæteraq; uitæ accidentia, quæ mortalibus effugere non licet. Sed* malleo ductis necessitatibus, Tartari premis ima tenebrosi, ut inquit Pindarus. Vnde Demetrius Phalareus, dicente Euripide

*Σφρηλά
Τοισ'ἀνάγκαις

diuitias esse instabiles, ut caducas, unamq; diem hæc quidem ad una deprimere, hæc uerò ad summa tollere, alia quidem rectè eum dicere inquit, melius uerò fuisset, si non unam diem, sed temporis punctum dixisset. Idem enim circulus frugiferis est terræ plantis, & mortalium generi: his quidem augetur uita, horum uerò deficit, rursusq; metitur. At Pindarus in alijs: Quid autem quis, quid autem non quis, * umbra somnium homo: expresse euidenterq; atq; artificiosè hyperbole usus, hominum uitam aperuit. Quid enim umbra imbecillius, huius autem somnium nemo utiq; exprimere planè posset. Hæc secutus & Crantor, quum in filiorum decessu Hippoclem solaretur, inquit: Hæc uniuersa uetus pholosophia & loquitur, & hortatur, quorum si nihil aliud approbamus, uitam saltem multifariam, & operosam, & difficilem esse, haudquaquam inficiabimur. Nam etiam si à natura hunc minimè habeat morem, nostra saltem causa ad hanc perniciem deuenit, & incerta hæc fortuna nos à prima origine secuta est, ne in una quidem re sana, nascentibusq; miscetur aliquis in omni malorum sorte. Semina enim statim mortalia existentia, eius cause partem assequuntur, ex qua & mala animi indoles, & morbi, ac dolores, & mortaliū fors nobis adserpsit. Sed quorsum hæc? ut sciremus nihil omnino esse noui, quum quis malignam experitur fortunam, uerum omnes eadem pati. * Inconsiderata nanq; est fortuna, ut inquit Theophrastus, & ad ea quæ elaboraueris auferenda uehemens, nullumq; habens ad perturbandum existimatam felicitatem constitutum tempus. Hæc enim & huiusmodi alia, cum per te considerare, tum ex alijs ueteribus ac sapientibus uiris audire, unicuiq; est facillimum. Quorum primus diuinus est Homerus, dicens: Nil homine imbecillius nutrit terra

* σκιάς ὄναρ
ἀνθρώπων.

* ἀσύνετον ἔστι
τύχη.

terra : non enim se unquam mali quicquam in posterum
 passurum ait , dum uirtutem præbeant dij , & genua sint
 ualida . Sed quando iam mala peragunt dij , & hæc fert
 inuitus toleranti animo , talis enim est mens terrestrium
 hominum , qualem quotidie agit hominum pater atque
 deorum . Et in alijs : Tydide magnanime , quid genus per
 contaris ? cuiusmodi est foliorum genus , huiusmodi & ho-
 minum . Foliorum alia quidem uentus decuit , alia pullu-
 lans fert sylua , uerno autem nascuntur tempore : sic uiro-
 rum genus hoc quidem nascitur , hoc uerò desinit . Quòd
 autem hac humanæ uitæ similitudine bene usus sit , ex ijs
 constat quæ alibi idem dicit : Mortalium autem miserorum
 causa bellum gerere , qui foliorum similes aliàs quidem ualde
 uigent , terræ fructum edentes , aliàs uerò deficiunt exa-
 nimes , nec ulla inest uis . Simonides autem poëta , quum
 Pausanias Lacedæmoniorum rex , rebus à se gestis quam-
 sepiissime gloriaretur , & quadam irrisione iuberet , ut sibi
 aliquid sapienter præciperet , eius cognitio fastu , ne se homi-
 nem esse obliuisceretur , consuluit . At Philippus Macedo-
 num rex , quum tria sibi feliciter euenisse sub idem tempus
 nunciatum fuisset , quòd scilicet quadrigis Olympia uicisset ,
 & Parmenio imperator exercitus Dardanes prælio super-
 rasset , præterea quòd Olympias uxor masculum sibi filium
 peperisset , sublatis ad cœlum manibus : * O dæmon , in-
 quit , mediocri hæc aliqua rependas clade : natura compa-
 ratum esse haudquaquam ignorans , ut ingentibus fortuna
 inuideat felicitatibus . Theramienes , qui unus Athenis de
 triginta tyrannis fuit , quum domus ruinam , in qua cum mul-
 tis coenabat , solus euasisset , ac propterea ab omnibus bea-
 tus prædicaretur , magna uoce clamās : O fortuna , inquit , ad
 quam me igitur seruas occasione ? paulò autē post à reliquis
 contor

nov

* ὡς δὲ λέγουσιν ἡ-
 γέρων τι τούτοις
 ἀντιβῆς ἰδέσθω
 μῶν.

contortus tyrannus uitam finiuit. Perquam egregie autem Poëta circa consolationem probandus uidetur, quum Achillem hæc Priamo, ad redimendum Hectorem profecto, dicentem inducit: Quare age iam, sede super throno, doloresq; in animo iacere permittamus, licet dolore affecti: nihil enim conferunt horridis luctus, sic nanque destinarunt dii miseris mortalibus, ut tristes uiuant, quum ipsi nullum patientur dolorem. Duo etenim dolia in Iouis pauimento sita sunt, donorum unum malorum, qualia præbet mortalibus: alterum uerò bonorum. Cui quidem bona malis immiscens dederit fulmine gaudens Iupiter, quandoq; is malum, quandoque bonum sortitur. Cui uerò de perniciosis dederit, hunc contumelijs obnoxium reddit, ipsumq; mala atque ingens fames per diuinam tellurem exagitat, incedit autem nec à dijs, nec à mortalibus honoratus. At Hesiodus, Homero & existimatione, & tempore posterior, qui se Musarum discipulum prædicat, in dolio & ipse mala coercens, Pandoram indicat dolium aperientem, per omnem terram ac mare malorum copiam dispersisse, sic dicens: At mulier manibus magnum auferens operculum, dispersit, hominibus autem curas suo consilio præbuit perniciosas, sola uerò Spes in ædibus infrangibilibus intra dolium sub labris permansit, nec foras euolauit, dolio enim prius opposiat operculum: ast alia innumera in homines exilierunt mala: plena enim malis tellus, refertum mare, morbi autem hominibus quotidiani, hi noctu sponte accedunt, mala mortalibus tacite adferentes, quandoquidem uocem abstulit consultor Iupiter. Ab his se iunctus comicus, in eos qui huiusmodi calamitates egre-

Hesiodus.

Menander.

K lacrymas

lacrymas permutaremus : nunc autem , non aduertunt
 perturbationes , nec respiciunt in istas here , sed eandem
 uiam , siue fleueris , siue non , ibunt : quid igitur proficiunt ?
 nihil : uerum dolor habet , ut arbores fructum , lacry-
 mas . Et qui Danaen uehementer lugentem solatur Di-
 ctys ait : Putas ne Orcum tuas quicquam curare lacry-
 mas , filiumq; remissurum tuum , si ingenascerere uolueris ?
 desine . Quod si uicinorum mala spectaueris , tua facilius
 feres , praesertim si cogitare uolueris , & quot mortales in
 uinculis laborarunt , & quot liberis orbi consenscunt ,
 eosq; qui ex maxima atque opulentissima tyrannide ad
 nihilum rediguntur : haec te considerare oportet . Iubet
 enim ipsam animo uolutare , quinam minori , quiq; maiori
 infortunio agitentur , quod suum facilius ferat . Huc illud
 quoque Socratis dictum merito quis traheret , quo conse-
 bat , oportere ut infelicitates in commune conferrentur ,
 ut unusquisque ex aequo partiretur : futurum autem , ut plu-
 res suas libenter capientes discederent . Vsus est huiusmo-
 di inductione & Antimachus poeta . Lyde enim uxore sua
 defuncta , quam uehementer diligebat , doloris solamen sibi
 fecit Elegiam Lyden denominatam . Nam quum heroicis
 calamitates recensisset , alienis malis suum sibi minorem
 reddidit dolorem , ut maxime constet , eum longe minorem
 merentis reddere opinionem , efficereq; ut sibi persuadeat
 quod sibi accidit , multo esse minus , quam quantum ar-
 bitratur , si quis dolore affectum solari cupiens , ex alio-
 rum euentis commune esse multorum , quod accidit , osten-
 derit . Aeschylus autem eos belle increpare uidetur , qui
 mortem malum esse opinantur , sic dicens : Quam inique
 mortem odio prosequuntur mortales , quippe quae ma-
 xima multorum est malorum medela . Hunc imitatus est
 & qui

noy
 belle dicitur
 aso care
 tollat cu
 carnquam
 Antimachi
 Lyde.

noy

Et qui dixit: O mors Pæan, medicus accedas: portus enim *Mors, medicus.*
 proculdubio Orcus est per terrarum orbem: magnum
 enim est, more eius qui rudente se à tempestate tuetur,
 audenter dixisse: quis autem seruius est moriendi sine cu-
 ris existens? Et Orcum habens adiutorem, non metuo
 umbras? nam quæ spectant ad mortem, nunquid quum
 nobis ualde assueta & ingenita sint, rursus nescio quo
 pacto difficilem afferre dolorem uidentur? nam quid mi-
 rum si fissile fissum est, si quod liquefcere potest, deliuit,
 si quod exuri potest, combustum est, si corruptibile, cor-
 ruptum? quando enim in nobis ipsis non est mors? Et,
 ut inquit Heracletus, idem uiuens & mortuus, uigilans &
 dormiens, nouum & uetus: quæ enim cecidere, illa sunt:
 & illa rursus quæ cecidere, hæc. Nam ut ex eodem lu-
 to potest quispiam animalia fingens confundere, & rur-
 sus fingere ac confundere, atque hoc uicissim incessanter
 facere, sic et natura ex eadē materia iandiu quidē nostros
 ædidit auos, & continuò post eos genuit parentes, mox
 nos, deinde alios ad alios circulari quodā modo produ-
 cet, & hic nascēdi fluuius perpetuò fluens nunquā quies-
 cet, & rursus qui huic opponitur, moriendi, siue Acheron
 à poëtis, siue Cocytus appellatus. Prima igitur causa quæ
 solis lucē nobis ostendit, eadem & tenebricosum ducit Or-
 cum, & nunquid huiusce rei esset imago, qui circa nos est
 aër, diē & noctē per uices faciens, uitæ ac mortis, somniq;
 ac uigiliæ inductiones? Quocirca nostrū* hoc uiuere, fa-
 * Μορσιδιον
 χερος τὸ ζῆν
 tale quoddā debitū esse dicitur, utpote reddendum à pro-
 uis nostris mutuo acceptū, quod facile ac citra gemitū re-
 stituendū est, quum à quo accepimus, exigitur: hoc enim pa-
 cto uideri gratissimi poterimus. Existimo autem naturam
 ipsam, quum tantam uitæ breuitatem nullo ordine uidisset,

quare dies
mortis no-
bis ignotus

ut mortis terminus lateret, uoluisse: hoc enim fuit melius,
Nam si praeuidissemus, nonnulli mororibus contabuissemus,
& ante mortem deceissemus. Aduerte autem uitam ipsam
cum doloribus refertam, tum multis sollicitudinibus exhau-
stam, quas si recensere uellemus, uehementer ipsam con-
demnaremus, & quae apud quosdam obtinuit ueram opi-
nionem redderemus, quod scilicet longè sit melius mori,
quàm uiuere. Itaque Simonides, hominum, inquit, modicæ
quidem uires, inanes uerò curæ, uitæq; breui labor supra
laborem, & mors crudelis atque incuitabilis imminet. Il-
lius enim æqualem sortiti sunt portionem & boni, &
quicumque est malus. At Pindarus, unum, inquit, ad bo-
num duobus simul detrimentis uescuntur mortales, im-
mortalesq; manere nequeunt, inepti ad modeste ferendum.
Sophocles: Tu quod uir mortalis perierit, ingemiscis,
quum tibi incertum sit, an quod futurum est, quicquam
lucri afferat. At Euripides: Cuiusmodi mortalia naturam
habeant nostin? non utique, ut puto. Vndenam? Quare
audi me: omnibus est hominibus moriendum, nec inter
eos quispiam est, qui utrum sit cras uicturus, nouerit:
neque enim exploratum est, quò fortuna tendet. Huius-
modi autem existente hominum uita, cuiusmodi hi asse-
runt, cur non eos potius beatos ducere cõuenit, qui ea quæ
in ipsa uita est, scrupute soluti sunt, quàm miserari ac lu-
gere: quod multi per ignorantiam faciunt. Socrates similem
esse mortem dicebat, aut profundissimo somno, aut peregrina-
tioni longæ ac diuturnæ, aut euidam corporis atq; animi
interitui: proptereaq; nihil mali esse in morte. Singula sic
I percurrens ostendebat: Si enim somnus est aliquis mors, &
dormientibus nullum est malum, cõstat, ne mortuis quidam ullum
esse malum. Atq; quod suauissimus sit somnus profundissimus,
quid

Mors quibus
rebus similis.

quid opus est dicere? cunctis enim hoc exploratum est: testatur & Homerus de ipso somno dicens: profundus dulcissimus morti assimilatus. Multis autem in locis & hæc dicit: ibi somno occurrerunt mortis fratri, somno & morti gemellis, facie atq; aspectu, eorum similitudinem indicans. Gemella enim similitudinem maxime ostendunt. Est rursus ubi dicit mortem esse æneum somnum, nullum esse in morte sensum nos docere conatus. Non incongrue de finisse uideatur & qui dixit* somnum parua esse mortis mysteria. Somnus enim certa est mortis imitatio. Oppidò autem quam sapienter & Cynicus Diogenes somno deditus, uitamq; relicurus excitanti ipsum medico, & num molestiæ quicquã ipsi inesset, percontanti: nihil, respondit, molestiæ mihi inest:

* fratrem enim frater præuenit, somnus uidelicet mortem. Quòd si peregrinationi assimiletur mors, ne sic quidẽ malum est: nunquid autem e contrario bonum? nam corpori inferuire, atque ipsius affectibus degere, ex quibus auulsa mens mortalibus adimpletur nugis, felix ne quid, ac beatũ? Immensa nanq; nobis, inquit Plato, ob necessarium alimentum præbet negotia corpus: præterea si qui morbi inciderint, ne perspiciamus, ut sese res habent, impedimento sunt, sed amoribus ac cupiditatibus, terroribusq; ac uarijs imaginibus fatuitatibusq; nos refertos reddunt, ut quod planè dici solet, nihil omnino nobis ab ipso corpore sapere contingat: neque enim quicquam aliud præter bella, & seditiones, pugnasq; corpus continet, & quæ ab ipso proueniunt cupiditates. Nam propter pecuniarum possessionem omnia excitantur bella: pecunias autem corporis causa cogimur comparare, huius obsequijs inseruietes, & ex hoc nullum ob hæc omnia philosophiæ ocium datur. Quod autem omnium est postremũ, si quid nobis ab ipso ocij

* ὅτι τὰ
μικρὰ τῆς θανάτου
μυστήρια.

* ὅτι ἀδελφὸς ἀδελφῶν
προλαμβάνει.

11

fuerit, conuertamurq; ad id considerandum, quod ubiq; in
 questionibus incidit, tumultum nobis ac perturbationem
 praebet, & usque adeo percellit, ut uerum cernere nequea-
 mus. Quare re ipsa nobis indicatum est, carendū esse cor-
 pore, animoq; ipso respectandas, si quid unquam liquidō
 ac syncerē cognituri simus, & tunc, ut uidetur, nobis erit
 quod exoptamus, & quod dicimus diligere: nam post mor-
 tem aderit prudentia, ut ratio indicat, quae uiuentibus
 nulla est. Si autem fieri non potest, ut cum corpore quic-
 quam dilucide cognoscamus, de duobus est alterum, aut
 nusquam scientiam consequi licet, aut defunctis tantum:
 tunc enim ipse per se a corpore seiuinctus erit animus,
 prius uerō nequaquam: & tantisper dum uiuimus hoc pa-
 cto, ut uidetur, proxime ad scientiam, ac rerum cognitio-
 nem accedemus, si cum corpore minimē uersati fuerimus,
 nec quicquam cum eo, nisi urgente necessitate communi-
 cauerimus, nec huius natura expleamur, sed ab ipso puri
 fuerimus, donec deus ipse nos absoluerit, Itaq; corpo-
 ris quidem insipientia syncerē liberati, ut par est, cum tali-
 bus erimus, per nosmetipsos omne syncerum cernentes,
 hoc autem est uerum: nec enim polluto purum attinge-
 re fas sit. Quare etiam si mors ipsa in quempiam alium
 traducere locum uidetur, non est propterea malum. Nun-
 quid & inter bona esse ostenditur, ut Plato indicauit?
 Quocirca oppidō quā diuinē h. ec. Socrates coram iudi-
 cibus dixit: Mortem timere, ô uiri, nil aliud est, quā
 cum minime sis, uideri sapiens: est enim id uideri scire,
 quod nescias: nam nemo nouit mortē: ipsa autem est homi-
 ni omnium bonorum maximum. Formidant uerō ipsam,
 perinde ac si cunctorum esse malorum maximum non
 ignorarent. His ad stipulari uidetur & qui dixit: Nemo
 formidet

formidet mortem, non modò laborum, uerum & maximo-
rum malorum solutionem. Hæc uidetur & numen testari:
multos enim accepimus pietatis causa hoc donum à dijs
consecutos, quorum alios quidem, ne supra modum ora-
tio protrahatur, omittam, eos uerò memorabo, qui maxi-
mè sunt insignes, atque in omnium ore uersantur. Primum
itaque tibi quæ ad Cleobim ac Bitonem adolescentes Argi-
uos pertinent, enarrabo: aiunt enim quum ipsorum mater
Iunonis esset sacerdos, tempus ut templum ascenderet ad-
uentasset, mulis qui uehiculum traherent cessantibus, ho-
raq; instante, eos currum subiisse, matremq; ad Iunonis
ædem aduexisse. Matrem autem filiorum pietate summo-
pere gauisam precibus petiisse, ut quod optimum homini
esset, ipsis à deo daretur: hos autem somno traditos non
amplius surrexisse, quum dea pietatis præmiùm mortem
donasset. Agamedem uerò ac Trophonium ait Pindarus,
quum templum Delphis condidissent, laboris mercedem
ab Apolline petiisse, eum autem septimo pòst die, se ipsis
redditurum pollicitum fuisse, & ut interea epulis uacarent
præcepisse. Qui quum mandatis obsecuti fuissent, se-
ptima nocte somno oppressi, uitam finire. Fama est, &
ijs qui à Bæotijs ad Apollinem missi fuerant, ex Pindari
mandato, quid homini optimum esset sciscitantibus, Pro-
mantim, hoc est Pythiam respondisse, quod & ipse mini-
mè ignorat, si eorum quæ de Trophonio atque Agamede
literarum monumentis mandata sunt, ipse est auctor, quod
si periculum facere uult, haud multò pòst ipsi exploratum
fore. Quæ quum audiuisset Pindarus, ad obitum spe-
ctantia cœpit considerare, nec multò pòst decessit. Quæ
uero ad Italum Euthynoum spectant, huiusmodi fuisse au-
tumant. Geniũ quidem ipsum Elisio patre Terinensi, opi-
bus ac

Promantis.

aparijor
Palam...

bus, ac gloria inter suos ciues primario, sed quum ipse nulla euidente morbi causa deceßisset, suspicari coepisse Eliseum, quod & alius pariter fecisset, nunquid ueniens esset sublatus, quum præsertim sibi in tanta pecuniarum affluentia esset unicus. Ambigentem itaque, quonam pacto huiusce rei periculum faceret, * Psychomantion adijisse: ubi quum de more sacrificasset, somno se tradidisse, atque huiusmodi spectasse uisionem, existimasse scilicet patrem suum ad se accessisse, quem quum uidisset, enarrasse illi quæ ad filij animam pertinerent, rogasseq; ut mortis autorem inueniret, ipsum autem, huius rei causa ad te ueni, respondisse: uerum ab hoc accipe, quæ tibi adfero, ex ijs enim ea omnia percipies, à quibus sollicitudine afficeris. Fuisse autem quem significabat adolescentulum ipsum sequentem, qui suum sibi filium usquequaque referebat. Percontatum itaque fuisse, quisnam esset, ipsumq; respondisse, Dæmon tui filij, statimq; literulas porrexisse: quibus apertis, hæc tria inerat scripta: perscrutaberis stulte Elisi uirorum mentes, Euthynous iacet fatali leto, nam ne parentibus quidem conferebat ut uiueret. Sic itaque tibi se habent, quæ à

111 ueteribus literarum monumentis mandata sunt. Quod si mors penitus est interitus, corporisq; atque animi solutio, (hoc enim Socraticæ coniecturæ tertium erat) ne sic quidem malum est mors: nullus est enim in ipsa sensus, quinimo omnis est doloris ac sollicitudinis liberatio. Nam ut nihil boni nobis inest, ita nihil mali: haud secus enim bonum, ac malum circa id quod existit ac subsistit, fieri solet: ei uerò quod è medio sublatum sit, horum neutrum inesse potest: eodem itaque statu defuncti consistunt, quo fuerant priusquam nascerentur. Vt igitur nobis antequam nasceremur, nec boni nec mali quicquam erat, ita ne post mortem

ab, uiuens

Λυχομα-
τῶν

ab, eo

mortem quidem. Et quemadmodum quæ ante nos erant, nihil ad nos pertinebant, sic quæ post nos erunt, nostra nihil intererunt: dolor etenim non attingit defunctum: Idem enim dico esse mori, ac si nunquam natus esses: quandoquidem idem est, circa obitum status, qui priusquam oriremur fuit. Quare putas ne interesse non nasci, uel natum occidere? nisi & domus & uestis nostræ post perniciem ac corruptionem aliquid esse discriminis suspicaris, ab eo quod erant prius quam perficerentur. Quod si in ijs nihil omnino est, constat ne in morte quidem, si ad eum qui ante ortum fuerat, statum respexeris, ullam esse differentiam. Scitum est enim illud Archelai: hoc, inquit, quod malum dicitur mors, solum ex ijs, quæ putantur mala, præsens quidem neminem unquam dolore afficit, absens uerò atque expectatum mærorem affert. Nam proculdubio nonnulli propter imbecillitatem, & eam quæ morti inferitur calumniam, ne moriantur, obeunt. Pulchre igitur Epicharmus: Concretus, inquit, est ac discretus, & rursus abiit unde uenerat, terra quidem in terram, spiritus ad supera: quid horum graue, ac difficile? nihil. Cressphontes uerò apud Euripidem de Hercule loquens: Si, inquit, sub ima habitat tellure inter eos, qui non amplius sunt, nihil utique poterit. Hoc mutans dicere poteris: si sub inferna habitat tellure inter eos, qui decessere, nihil utique patietur. Nobile est & Laconicum illud: Nunc nos, antea alij uigebant, mox alij, quorum nos genus non amplius cerneamus. Et rursus: Hi autem obierunt, nec uiuere, nec mori: honestum reputantes, uerum utraque hæc honestè finire. Valde pulchre & Euripides de ijs, qui diuturnas patiuntur ægritudines, ait: Odi quicumque uitam cupiunt producere esculentis, ac poculentis, nec non & magicis artibus

perennem abducentes fluxum, ne moriantur, quos oportebat quum nihil profint terrarum orbi, interire, & à uiuentium conspectu abesse. At Merope uiriles sermones profrens mouet theatra, talia dicens: Decefferunt mihi liberi non uni mortalium, nec uiro sole priuata sumus, uerum innumera eandem quam ego exegerunt uitam. His meritò quissiam hæc adderet, ubinam ueneranda illa? ubi magnus Lydiæ rex Cræsus, aut Xerxes, qui grauem Hellepontici maris ceruicem iunxit ponte? omnes Plutonem atque obliuionis domos adierunt, pecunijs unà cum corporibus absumptis. At per Iouem multos ad luctus ac fletus immatura mors excitat, uerum & hæc tam facili indiget consolatione, ut à poëtarum obuiò quoque excogitatam consequi ualeas. Nam uide quid de hac Comitorum quidam ei dicat, qui intempestiuam ægrè ferebat mortem: Postea si utique nosses uitam, quam non uixit, feliciter uicturum, mors minimè opportuna: sin autem incurabile aliquid attulisset uita, te fortasse beneuolentior ipsa extitit. Quum autem minimè constet utrum uita decedens, & maioribus solutus malis, ex usu suo quieuerit, an non, oportet non perinde ægrè ferre, ac si ea omnia amisissimus, quæ nos ab eo consecuturos opinati sumus. Haud enim ineptè qui apud Poëtam est Amphiarus Archemori matrem solari uideri posset, quòd infans filius, & oppidò quam immaturus uitam finisset, sic ctenim ait: Mortalium est nemo in lucem editus, qui non labore, & sepultura mandet liberos, & alius nouos rursus acquirat, ipseque mortem appetat, & ob hæc tristantur mortales, telluri inferentes. Hanc autem necesse haud secus uitam ac frugiferam metere spicam, & hunc quidem esse, illum uerò minime. Quid opus est hæc ingemiscere? quæ ut secundum naturam

Immatura
mors.

turam

turam pertranscant oportet: nam quod necessario con-
tingit, ægrè non est mortalibus ferendum. In summa,
unumquæq; & secum considerare oportet, & alijs diligē-
ter percurrere, non longissimam uitam, sed uirtute prædi-
tam esse optimam. Neq; enim qui plurima ad citharā ce-
cinit, quiq; rhetorum more dixit, uel nauis clauum rexit,
sed qui bene, laude afficitur. * Bonum enim non in tem-
poris diuturnitate, uerum in uirtute, opportunaq; concin-
nitate ponendum est. Hoc etenim felix ac dijs gratum esse
existimatur. Propterea igitur heroum prestantissimos, &
à dijs genitos, priusquam senescerent, uitam reliquisse
poëta nobis tradiderit: neq; enim ille, quem ægida gestans
Iupiter ex corde diligit, omniq; beniuolentia prosequi-
tur Apollo, ad senectæ limen peruenit. Opportunum enim
tempus longæ uæ etati ubique prestare uidemus. Nam ut
inter plantas optimæ habentur, quæ modico temporis in-
teruallo plurimos ferunt fructus, ita inter animantes, à
quibus multam, quæ uitæ intersit, consequimur utilitatem.
Multum utiq; temporis, aut parum minime referre uide-
tur, si ad infinitum respexeris seculum: nulle enim, ut Si-
monidi placet, ac decem annorum milia punctus est qui-
dam indeterminatus, quinimo breuissima quædam puncti
portio. Nam & animalibus illis, quæ, ut ab historijs per-
cipimus, iuxta Pontum genita, unum degunt diem, mane
orientia, meridie uigētia, uesperis senescencia, atq; obcu-
ntia, si humanus animus ac ratio singulis daretur, noscer
hic affectus inesset, eademq; utiq; contingerent, ut quæ
ante meridiem decessissent, luctum ac lacrymas præberent,
quæ uerò integrum uixissent diem, penitus felicia habere-
rentur: modus enim uitæ, non temporis prolixitas bonum
appellandum est, Inanes multaq; fatuitatis huiusmodi
esse

* τὸ γὰρ καλὸν
λὸν οὐκ ἐν
μικρῇ χρόνῳ
βελτίον.

esse exclamationes existimandum est. At non oportebat iuuenem existentem rapi. Quisnam diceret, quòd oportebat? Multa autem & alia, in quibus diceret quispiam, minime fieri oportebat, facta sunt, & nunc quoque fiunt, ac sæpenumero fient: neque enim cõdituri ad uitam leges adsumus, sed à dijs constitutis, qui omnia moderentur, fatiq; ac prouidentia legibus obsecuturi. Quid autem, qui sic mortuos lugent, sui ne ipsorum causa lugent, an eorum qui decesserunt? Si sui ipsorum causa, quòd aliqua in se ab ijs qui mortui sunt proficiscente uoluptate, aut usu, aut senili educatione priuati sint, seipsum amans doloris est pretextus, neque enim illos, sed suas ipsorum utilitates lugere uidebuntur. Sin autem defunctorum causa lugent, quum constituerint in nullo eos uersari malo, omni soluentur dolore, ueteri ac sapiente adducti ratione, quæ admonet, ut bona quidem quammaxima efficiamus, mala uerò contrahamus ac cõprimamus. Quòd si luctus bonus est, quamplurimum ipsum efficere, ac maximum decet: Sin uerò, ut ueritas habet, malum esse fatemur, eundem contrahere, & quamminimum reddere, ac pro uiribus delere oportet. Quòd autem hoc sit facile, ex huiusmodi constat consolatione. Aiunt enim ex uetustis philosophis quendam ad Arsinoën reginam, quæ filium lugebat, profectum, huiusmodi habuisse orationem: Quo tempore Iupiter honores dæmonibus partebatur, accidit ut Luctus non adesset, sed iam distributis accederet. Verum quum & ipse à Ioue peteret, ut aliquis sibi quoque honos daretur, ambigens Iupiter quo ipsam honore afficeret, omnibus iam absumptis, eo tandem, quo defunctos prosequimur donauit honore, lacrymis scilicet ac doloribus. Quem admodum igitur cæteri dæmones eos summopere diligunt,

gunt, à quibus coluntur, eodem pacto & luctus, ò mulier, si eum spreueris, ad te nunquam accedet. Sin autem à te fuerit diligenter honoratus, ijs quos affecutus est honoribus, doloribus uidelicet atque ciulatibus, te amabit, & huiusmodi aliquid tibi perpetuò suggeret, cuius causa à te assidue ueneretur. Mirū itaque in modum sua hic oratione mulieri persuasit, ut omnem luctum lacrymasq; deponeret. In summa autem dicere quispiam lugenti posset: utrum defines unquam angere an perpetuo, ac per totam uitam in dolore uersari oportere arbitraberis? Si enim in hac semper ægitudine permanseris, perfectam tibi ipsi miseriam, amarissimamq; infelicitatem ob animi utilitatem mollitiemq; præbebis. Sin uerò depositurus es quandoque, cur non in præsentia deponis? teq; ipsum ab infortunio abstrahis? Quibus enim rationibus procedente tempore usus te absolues, has nunc proponens ærumnis te libera. Nam & in his quæ corporibus accidunt morbis, præsentanea, ac celerrima remedij uia præstantior. Quod igitur es tempori gratificaturus, id rationi atque eruditioni elargire, teq; ipsum malis exolue. Atqui non sperabam, inquires, me hæc passurum, neq; expectabam. At te expectare oportebat, rerumq; humanarum incertitudinem ac uanitatem fuisse præmeditatum, nec improuisus nunc, ut ab hostibus repente inuadentibus deprehensus esses. Pulchre autem, qui apud Euripidem est Theseus, aduersus huiusmodi se parare, ac munire uidetur: ait enim ille: Ego autem à sapiente quodam edoctus, in sollicitudines ac calamitates coniectus sum, exilia mihi ipsi à patria mea proponens, & immaturos obitus, malorumq; alias uias, ut si eorum aliquid, quæ mente agitaueram, passus essem, non mihi nouum atque inopinatum accidens magis morderet.

Ignobi-

Ignobiliores uerò, ac minimè exercitati, ne ad ea quidem consultanda, ac prospicienda se quandoque conuertunt, quæ & maximè deceant, & plurimum conferant, sed ad extremas conuertuntur miserias, in quo nulla est culpa, corpus ulciscences, & quæ haud egrotant secundum Achæum, simul dolere cogentes. Quocirca & Plato oppidò quam belle admonere uidetur, in huiusmodi calamitatibus quiescere, quum quid bonum sit, quid uel malum minimè constet, nec quicquam lugèti in posterum profit. Tolli enim iubet è medio omnem dolorem super eo quod accidit consultando, & uti in talorum iactu ad ea quæ decidere sua ipsius disponendo, utcunq; optimè habere ratio tenet. Itaq; minimè decere sicubi offenderimus, perinde ac pueros quod percussum est attingentes exclamare, sed assuefacere animum, ut quam celerè remedium petat, quodq; cecidit atq; egrotauit, corrigat, medica arte lugubrem delentes querelam. Lyciorum legum latorem suis præcepisse ciuibus ferunt, ut quoties in luctum incidissent, ueste induti muliebri lugerent, quum indicare uellet, huiusmodi affectum muliebrem esse, & haudquaquam illustribus uiris, liberalesq; disciplinas sibi uendicantibus congruentè. Fæmineum proculdubio & imbecille, ac minime generosum est lugere. Mulieres enim libentius quàm uiri luctibus indulgent, & Barbari quàm Græci, & quàm qui deteriores sunt, qui præstatiores: & inter ipsos quoque Barbaros non nobilissimi Celtæ ac Galatæ, ceteriq; grauiori fastu præditi, sed potius si qui Aegyptij fuerint, Syriq; ac Lydi, & quicunq; corū similes, quorū nonnulli (ut historię monimentis mandatum est) scrobes subcuntes, plures ibi dies immorantur, nec Solis lucem cernere exoptant, quum is qui decesserit, ipsa priuatus sit.

Celtæ Barbarorum nobilissimi, hoc est, Galli & Germani. Nā ueteres Græci Germanos omnes & Gallos uocabant Celtas. Sicut Romani Gallorum uocabulo Germanos etiam complectebantur. Quæ res animaduersa multas lites dirimit de regionū nominibus altercantium.

Ion igitur poeta Tragicus horum fatuitatis haud ignarus, quandam induxit dicentem: Egressa sum nostrorum nutrix liberorum lugubribus relictis foueis. Barbarorum autem quidam partes etiam corporis abscindunt, nares scilicet atque aures, reliquum quoque corpus plectentes, dum se defunctis gratificari arbitrantur, si à naturali modestia in huiusmodi discesserint moerore. At per Iouem quidam sunt, qui non omnium defunctorum causa lugendum esse arbitrantur, uerum eorum qui immaturi rapiantur, quòd eorum nihil assecuti sint, quæ in uita reputantur bona, utpote nuptiarum, disciplinæ, integritatis politiæ, magistratuum. Hæc enim esse, quæ eos maximo afficiant dolore, qui aliquem intempestiue emiserint, quòd sibi præter decentem spem ablatum uideatur, quum ignorent præcocem mortem, si hominum naturam respexeris, nihil à serotina differre. Nam ut proposito ad communem patriam necessario, & quod recusari non ualeat itinere, hi quidem præueniunt, alij sequuntur, omnes uerò ad idem proficiscuntur: sic quum ad fatum tendimus, nihil amplius consequuntur scrius profecti, quàm qui ocys accesserint. Quòd si immatura mors malum est, maximè immatura puerorum esset atq; infantium. & adhuc magis eorum, qui nuper geniti sunt. At horum obitus facile atque æquo animo ferimus, eorum uerò qui in prouectiore iam etate constituti sunt, ægrè ac molestè, propter inanis spei figmentum, quum iam tantorum firmam esse permansionem arbitremur. Quòd si uitæ humanæ tempus uigesimo terminaretur anno, quintum ac decimum natum annum non utiq; immaturum decedere arbitramur, sed sufficientem ætatis modum habentem. Eum uerò, qui præscriptum uiginti annorum numerum compleisset, uel proximè accessisset,

fisset, omnino beatum diceremus, utpote qui felicissimam,
 atque integerrimam peregisset uitam. Sin autem ducento-
 rum esset annorum, qui centum annos natus decessisset,
 eum penitus immaturum esse censentes, ad querelas ac la-
 crymas conuerteremur. Constat igitur tum ex his, tum
 ex superius prædictis, eam quoque mortem, quæ immatu-
 ra dicitur, nos per quam facile solari posse. Minus utique
 Troilus, uel Priamus ipse lacrymasset, si uiginti adhuc
 imperio, & in tantis fortunis, quas lugebat, prius mortem
 obiisset. Qualia igitur sunt, quæ apud filium Hectora dis-
 seruit, monens ut à prælio aduersus Achillem recederet,
 in quibus ait: At ingrediere mœnia fili mi, ut Troianos ac
 Troianas serues, ne magnam Pelei filio gloriam exhibeas,
 tu uerò chara priueris uita. Præterea me miserum
 atque infelicem adhuc sapientem miserare, quem pater Sa-
 turnius in senectutis limine tristi consumet fato, multa cer-
 nentem mala, filios interemptos, tractasq; filias, & diru-
 tos thalamos, infantesq; liberos humi prostratos in gra-
 ui prælio: me autem ipsum omnium postremum in primis
 foribus efferatæ ac scæuæ canes distrahent, quum quispiam
 acuto me petens ferro, è membris abstulerit animum. Sed
 quum interempti senis canum caput canamq; barbam, ac
 pudenda deturpauerint canes, hoc utique miserabile mise-
 ris mortalibus. Sic fatus senex, canos de capite crines ma-
 nibus euellebat, nec tamen Hectoris animo persuadebat.
 Quum itaque quamplurima tibi super hac re exempla sint,
 existima multos magnis atque arduis morte absolui malis,
 quæ si diutius uiuissent, omnino experti fuissent, quæ ut
 orationis modo parcerem, omisi, his quæ dicta sunt conten-
 tus ad persuadendum, ne plus quam & natura & modus
 exigat, ad inanes luctus, ignobilesq;, ac degeneres eiulatus
 ac lamen

ac lamentationes conuertaris. Nam si quis non sponte in in-
 fortunium incidit, non mediocre est, ut Crantor ait, aduer-
 sus fortunam leuamen. Ego autem dicerem maximum id
 esse indolentiæ remedium. Eum autem qui uitam cum mor-
 te commutauit, diligere atq; amare, non in eo est quòd do-
 leas, sed in eo quòd dilectum iuues. Est autem defunctis uti-
 litas, qui per bonam memoriam exhibetur honor. Nullus
 enim bonus fletibus dignus, sed hymnis ac laudibus: neq;
 luctu, uerum inelyta memoria: nec dolorem inferentibus
 lacrymis, sed urbanis primitiis: si quidem defunctus sanctio-
 rem est uitam consecutus, quum præsertim corporis serui-
 tio, hisq; indomitis sollicitudinibus, ac calamitatibus solutus
 sit, quas necesse est, ut qui mortalem sunt uitam fortitè susti-
 neant, donec destinatum uitæ cursum peregerint, quem no-
 bis natura dedit, non in omne tempus, sed ita singulis di-
 stribuit, ut fatorum leges partitæ sunt. Quare minime de-
 cet ut qui rectè sapiunt, plus quam & natura & doloris
 animi modus exigit, ad inanes ac barbaros luctus deferan-
 tur, & quod multis iam contigit, expectent, ut priusquam
 luctus expellant, dolore adhuc affecti uitam finiant, & in
 luctuosis ac lugubribus uersantes infelicissimum tumultum
 consequantur, tristibus & à nulla ratione profectis malis
 unà cum ipsis sepulturæ mandatis, ut Homericum illud
 meritò dici possit: Ad hos autem lugentes niger accessit
 Hesperus. Quocirca ipsis sepenumero dicere oportet:
 Quidnam? desinetis unquam dolere? an in perpetua per
 totam uitam uersabimini calamitate? Nullo enim carere
 sine luctum existimare, extremæ dementiæ est, quum
 præsertim uideant eos quoque qui grauissimo dolore,
 maximoq; luctu affecti fuerint, temporis accessu mitiores
 reddi, & in quibus monumentis uehementer conquere-

L

bantur

bantur, flentes ac pectora plectentes lautissimas epulas, cum Musicis, aliq; luxu constituere. Insanientis igitur est sic suspicari perpetuò permansurum luctum. Sed si cogitarent, quòd desinet aliquo factò, cogitare præterea

* τὸ μὲν γὰρ γε possent, tempore uidelicet aliquid faciente. * Quod enim γεννημένου & factum est, ne à dijs quidem infectum fieri potest. Itaque Δε θεῶν δύνα quod nunc præter spem atque opinionem nostram conti- τὸν ἐσι ποιεῖν git, id indicauit, quod re ipsa circa multos fieri consuevit, ἀγέντων. Cur igitur id nos ratione dictante percipere haud possu-

mus, neq; excogitare, quòd plena quidem malorum est terra, plenum mare, & talia mortalibus mala malorum, circumq; facta feruntur. Inanis autem ingressus ne in æthera quidem. A multis enim ac sapientibus uiris, ut Crantor ait, non nunc, sed iandiu deplorata sunt humana, poenam ar- bitrantibus esse uitam, & primo natum esse hominem, calamitatem maximam. Hoc autem, inquit Aristoteles, & Silenum captum Midæ indicasse. Sed melius est sua ipsius philosophi uerba apponere. Ait autem in eo uolumine, quod Eudemus, siue de anima inscribitur: Omnium optime ac beatissime, non modò beatos, uerum etiam felices esse defunctos arbitramur, & eos accusare, ipsisq; utpote melioribus ac præstantioribus iam factis maledicere impium existimamus. Et hæc adeò uetera atq; antiqua perficere apud nos institutum est, ut neque temporis initium, neque qui primum hæc constituerit, ullus omnino sit qui nouerit, sed infinitum iam seculum perpetuò instituta sunt. Præterea in ore hominum esse uides, antiquo multorum annorum tempore uulgo circumferri. Quid hoc? inquit. & ille respondens: Non nasci, inquam, omnium optimum: mortuum autem esse, longè esse melius, quàm uiuere, multisq; numen ipsum sic testatum fuisse. Ferūt utiq; illi Midæ Silenum iam

iam captum post uenationem percontanti ac sciscitanti, quidnam esset hominibus optimum, quidq; omnium maxime optabile, primum quidem nihil uoluisse dicere, sed silentium tenuisse. Postquam uero omnes machinatus machinas, uix ad loquendum adegit, sic coactum dixisse: Dæmonis laboriosi, fortunæq; arduæ ephemerum, id est, unius diei semen, quid me ea cogitis dicere, quæ uobis melius est ignorare? cum priorum nanque malorum ignorantia lætior ac iucundior est uita. Nasci autem hominibus, non omnium omnino optimum, nec optimæ est particeps naturæ. Optimum est enim omnibus non nasci, quod tamen post hoc aliorum omnium est potissimum ac factu facile, sed secundum hoc est scilicet, genitos quamcelerrime interire. Constat igitur Silcnium his uerbis indicasse, longè esse homini melius mortem obire, quam uitam agere. infinita autem huiusmodi ad hoc caput spectantia addere quispiam posset, uerum prolixa minime necesse est uti oratione. Itaque haudquaquam oportet, ut qui iuuenes decessere, eos luctu prosequamur, quòd his, quæ in diuturna uita existimantur bona, priuati fuerint: hoc enim in obscuro latet, ut sepe numero diximus, siue sint bonis, siue malis priuati. Multò enim plura sunt mala, & hæc quidem agrè, multisque curis ac solitudinibus, mala uerò oppidò quamfacile nobis comparamus. Rotunda enim hæc esse autumant, atque orbiculata, & contigua, multisq; de causis inuicem collata. Bona uerò discissa ac disiecta, nec facile circa ipsos uitæ terminos coeuntia. Obluiscenitium igitur similes sumus: neque enim solum, ut inquit Euripides, pecunias minime peculiare possident mortales, uerum & cætera omnia. Quocirca in omnibus dicere oportet; Nos deorum res habentes, eas curamus: Quum

autem uelint, ipsas rursus auferent. Itaque minimè agrè ferre decet, si que nobis ad breue tempus mutuò dedere, eadem exigant. Neque enim trapezite, quum ab ipsis, ut sepe dicere consueuimus, depositum repetimus, redditionis causa indignantur, si quidem grati ac beneuoli fuerint. Aduersus enim eos, qui non facillè reddunt, meritiò quispiam diceret: Mandasti ne obliuioni, te propterea hæc accepisse, ut redderes? Hoc utique omnibus contigit mortalibus. Habemus enim uitam, utpote necessarium deorum depositum, & huius redditionis nullum est determinatum tempus, ut ne numularijs quidem depositi. Sed minimè constat, quando qui dedit, repetet. Qui igitur uel ipse moriturus, uel liberis defunctis supra modum indignatur ac conqueritur, quo modo non manifestò oblitus est, & seipsum hominem esse, & liberos mortales genuisse? Neque enim est hominis mentem habentis ignorare, hominem animal esse mortale, proptereaq; genitum ut moriatur. Itaque si Niobe secundum fabulas, hanc promptam habuisset opinionem, quòd uita non perpetuò uiuente, liberorum germinibus onusta dulcem cernens lucem morietur, non utique adeò molestè tulisset, ut calamitatis magnitudine uitam relinquere uoluerit, deosq; inuocare, ut ad seuisimam ac grauissimam perniciem ipsa quoque raperetur. Duo sunt ex Delphicis literis maximè ad uitam necessaria: Cognosce teipsum, ac, Nihil nimis: ex ijs enim reliqua pendent omnia. Hæc autem sunt inuicem consona, atque concinna, & utrunque altero uidetur potentia ipsa significari. Nam & in eo quod est, cognosce teipsum, comprehenditur, nihil nimis, & in hoc, cognosce teipsum. Quare & super his sic inquit Ion: Cognosce teipsum, hoc uerbum quidem haud magnum, re uerò quantum

quantum, deorum solus nouit Iupiter. At Pindarus: egregie, inquit, sapientes Nihil nimis, uerbum laudarunt. Hæc itaque præcepta, ut Apollinis oracula quispiam cogitatione complectens, ad omnes uitæ perturbationes se facile accommodare ac concinnare poterit, easq; prudenter ferre, cum suam ipsius naturam respiciens, tum uel maxime, ne plus quàm conueniat in his quæ accidunt, aut ad iactantiam extollatur, aut deprimatur, & ad miseriam plantusq; prosternatur, propter fortunæ aut animi imbecillitatem, & nobis ingenitum mortis timorem, eorum ignorantie causa, quæ in uita accidere consueuerunt, pro necessitatis, aut fati sorte. Bene autem Pythagorici exhortati sunt dicentes, Quod diuina sorte mortales habent dolores, horum quamcūque sortitus fueris portionem, ipsam patere, neque indigneris. Et Tragicus Aeschylus: Virorum enim est uirtute præditorum, ac sapientum, in aduersis rebus minime irasci dijs. Et Euripides: Quicumque mortalium necessitati cessit, sapiens apud nos, & diuina nouit, & in alijs quicquid acciderit, quicumque mortalium æquo animo fert, optimus ac modestissimus tibi esse uidetur. Multi uerò omnia criminantur, quæcunque sibi præter spem contigerunt, ex fortunæ & dæmonum uiolentia fieri arbitrantur. Quocirca in omnibus conqueruntur ingemiscetes, & suum ipsorum infortunium accusantes. Aduersus quos dicere quispiam posset, Deus non tibi est nocumento, sed tu ipse tibi ipsi, & quæ ex imperitia proficiscitur stultitia ac dementia. Et ob hanc deceptam falsamq; existimationem in omnibus mortem insimulant. Si quis enim peregre profectus decesserit, ingemiscetes dicunt: Infelix, neque enim huic pater ac ueneranda mater oculos claudent. Sin uerò in pro-

pria patria coram parentibus, lugent ut è manibus creptum, & propterea dolorem ipsis relinquentem. Quòd si mutus, nullaq; de re quicquam locutus obierit, flentes dicunt: Nullum mihi prudens dixisti uerbum, cuius perpetuò possem meminisse. Sin autem aliquid fuerit locutus, hoc continuè in promptu habent, utpote doloris incendium. Si cito obierit, conqueruntur, raptus est dictitantes. Sin sero, accusant quòd tabescens atq; afflictus decesserit. Omnis prætextus ad luctus ac dolores excitandos satis esse uidetur. Hæc autem nouerunt poëta, & horum maximè primus Homerus dicens: Haud secus ac pater filij sui sponsi ossa comburens luget, qui defunctus miseris dolore affecit parentes, infandumq; genitoribus fletum ac luctum præbuit, quam maximè nondum constet, an meritò lugeatur. Sed uide quod sequitur: Solus unicus in multis opibus. Quis enim nouit, an deus patris more providens, generisq; humani curam suscipiens, prospiciens quæ uentura erant, acerbos quosdam de uita abducat? Vnde nihil euitabile putandum est eos pati. Nihil enim graue est mortalibus, quod sit necessarium, nec si quæ secundum præcedentem rationem, ac consequentiam quandam contingunt. Et quia plurimi obitus alias maiores molestias ac difficultates præueniunt, & quia his ne nasci quidem conferebat, his uerò nasci pariter atque interire, alijs paululum progressis, nonnullis uigentibus, hi utique omnes obitus æquo sunt animo ferendi, quum fatum minimè declinari posse non ignoremus. Eruditorum autem est hominum, præmeditari, breue eos nobis tempus reliquisse, qui acerbi uita priuati uideantur. Etenim longissima uita breuis est, ac fermè punctus, si ad infinitum seculum comparetur: & quòd eorum nonnulli qui diutius luxerunt, aut multò post quos luxerant

rant affecti sunt, quum nihil utilitatis sibi ex luctu uendi-
 cauerint, sed temere potius seipfos molestijs affecterint. Bre-
 uissima autem existente mansionis in uita tempore, non
 squalidis mœroribus, neque infelicissimo luctu absumi atq;
 affigi decet, nosmetipfos doloribus ac corporis uerberibus
 protrahentes, sed in melius atq; humanius mutare niten-
 tes, studentesq; eos conuenire non qui adulatione quadam
 simul mœrentes luctus excitent, sed qui nobili ac graui con-
 solatione dolores auferant, hoc Homericum audientes,
 atque in memoria habentes uerbum, quod Hector Andro-
 machæ, quum ipsam consolari cuperet, sic dixit: Misa-
 ra, ne mihi uehementer angas animi, neque enim quisquam
 me uir præter fatum ad inferos mittet. Fatum autem uiro-
 rum neminem cum timidum, tum strenuum effugere as-
 sero, ut primum in lucem editus fuerit. Hoc autem fa-
 tum alibi poëta ait: Genito neuit stamen, quum ipsum pe-
 perit mater. Hæc si mente conceperimus, futili atq; ina-
 ni soluemur luctu, quum præsertim reliquum uitæ tempus
 breue omnino sit futurum. Studendum est igitur, ut hoc
 lætum, luctuosissq; mœroribus minimè perturbatum de-
 gamus, luctus insignia omittentes, corporisq; & eorum
 qui nobiscum uiuunt, salutis assiduam suscipientes curam.
 Pulchrum est præterea eorum meminisse sermonum, qui-
 bus, ut par erat, apud cognatos aut amicos pari calami-
 tate affectos usi quandoq; fuerimus, solantes ac suadentes,
 communes uitæ casus communiter ferre, & humanos hu-
 manè, & non alijs quidem ad indolentiam posse auxiliari,
 nobis autem ipsis horum memoriam nulli esse utilitati, ne-
 que medicis orationis remedijs animi solitudinem cu-
 rare, quandoquidem omnium potius quàm indolentiæ
 dilationem facere oportet. Atqui in quacunque re dilato-

rem cum detrimentis luctari ait, quod inter omnes uulgatum est uerbum. Multo autem, ut puto, magis, si quis tristis animi affectus, & in futurum tempus occursum perniciosos protraxerit. Respicendum est etiam in eos, qui generoso atque elato animo filiorum obitus placide sustinere, Anaxagoram, inquam, Clazomenium, & Demosthenem Atheniensem, & Syracusanum Dionem, & Antigonom regem, frequentesque alios cum ueteres, tum recentiores. Ex his enim Anaxagoram accepimus philosophantem, ut aiunt, atque inter amicos differentem, quum a nuncio quodam filij mortem audiuisset, paululum se continuisse, hisque qui adierant dixisse: Noueram me mortalem genuisse.

Pericles Olympius. Periclem uero, qui ob orationis ac prudentiae eximiam uim Olympius quoque appellatus est, quum utrumque filium, Paralum uidelicet ac Xantippum (ut Protagoras ait) uitam cum morte commutasse accepisset, ita & ipsum fuisse locutum tradunt. Filij enim adolescentibus ac formosis octo dierum interuallo uita defunctis, citra luctum sustinuit. Tranquillitate namque animi, ac serenitate persusus erat, quae sibi per singulos dies ad felicitatem atque indolentiam, necnon & in multis gloriam plurimum contulit. Nam unusquisque proprios forti animo luctus ipsum ferentem intuens, magnanimum ac fortem esse existimabat, seque ipso praestantior, quum suam ipsius in huiusmodi rebus consilij inopiam optime teneret. Hunc enim statim post utriusque filij obitus nuncium, nihil minus corona patrio more insignitum, candidaque ueste indutum concionari intuebantur, consilia excogitantem bona, ipsosque Athenienses ad bellum exhortantem. At Xenophontem Socraticum, quum sacra quondam faciens, a nuncijs ex bello profectis, filium nomine Gryllum dimicantem uitam finisse audi-

uisset

uisset, coronam sibi primum detraxisse accepimus, percontatum deinde quonam pacto periisset, quum strenue dimicando, hostiumq; quamplurimos occidendo retulissent, aliquantulum temporis commoratum, dum cogitatione luctum cohiberet, coronam rursus imposuisse, inchoatumq; peregisse sacrificium, ac nuncijs dixisse: deos precatus sum, ut mihi filius non mortalis ac longæuus esset: neque enim constat, utrum tale quid conferat, sed qui & strenuus esset, & patriam diligeret, quod utiq; factum est. Dionem uerò Syracusanum cum amicis sedentem, magnæq; uocis tumultu circa ædes excitato, quum rei causam percontatus, filium de tecto delapsum, mortem obiisse audiuisset, nihil perturbatum ac perculsum, defuncti quidem corpus ad legitimam sepulturam ut traderent, iussisse, ipsum uerò que considerabat, & cum amicis deliberabat, minime reliquisse. Hunc Demosthenes rhetor dicitur æmulatus, quum unicam ac sibi charissimam filiam amississet, de qua Aeschines accusare ipsum ratus, hæc inquit: Septimum autem diem de functa sibi filia, priusquam lugeret, ac lege constituta perageret, coronatus candidaq; ueste indutus bouem immolabat, legemq; transgrediebatur, quum unicam miser, & que prima ipsum patrem salutauerat perdidisset. Hic autem quum rhetorico more ipsum criminari proposuisset, hæc percurrit, dum ignoraret ad Demosthenis laudem pertinere, qui luctum abiecerit, patriæq; charitatem communibus necessariorum affectibus præferendam ostenderit. Antigonum præterea regem serunt, quum Alcyonei filij in acie obitum intellexisset, magno atque elato animo in eos qui sibi calamitatem nunciauerant, respexisse: quumque paulum se continuisset, ac subtristis fuisset, dixisse: O Alcyoneu, serius mortem cum uita commutasti, sic

constanter in hostes irruens, & nec tui ipsius salutem, nec mea plurimi faciens monita. Horum utique uirorum animi elationem suspiciunt quidem omnes, atque admirantur, sed ob eam quæ ab inscitia proficiscitur animi imbecillitatem, eos re ipsa imitari nequeunt. Quum autem multa existant eorum exempla ab historia tam Græca, quam Romana nobis tradita, qui in necessariorum obitu egregiè se atque honestè gesserunt, satis tamen erunt quæ memorauimus, cum ad omnem acerbissimum ac tristissimum deponendum luctum, tum ad eos qui in ipso sunt, nulla in re uiles atque inanes sedandos dolores. Nam quòd qui uirtutibus præstiterunt, ut dijs chari iuuenes decesserint, & iam superiore exposui ratione, & nunc quambreuisime fieri poterit, percurrere conabor, hoc pulchre à Menandro dictum attestatus: Quem diligunt dij, iuuenis moritur. Ceterum tu fortassis, Apolloni amicissime, dices, adolescentem Apollonium uehementur fuisse Paris obnoxium, teque uita defunctum ab illo in ætate integra constituto, sepulturæ mandari oportuisse. Hoc enim esse secundum nostram uidelicet, atque humanam naturam, sed haud secundum uniuersi prudentiam, mundi que constitutionem. Illi autem beato diuturniore in hac uita tempore permanere haudquaquam licebat, quàm quod ei tributum fuerat, uerum quum hoc compositè ac constanter expleisset, ad fatum reuertitur, ipso ad seipsum uocante. At acerbè uitam finiuit. Ob hoc igitur felicior est, ac malorum expers. Vita enim, ut Euripides ait, nomen habet, re ipsa labor. Hic autem in florentissima constitutus ætate præcessit, integer, coelebs, circumspectus, & ab his, quorum consuetudine utebatur, inter beatos adnumeratus, parentium ac familiarium studiosus, & philosophus, & ut omnia simul cõplectar, humanus: ex amicis

*Vita, non uita,
sed labor.*

amicis quidem seniores æquè ac patres ueneratione proficiens, coætancos uerò, & quibus familiarissimè utebatur, diligens: his præterea à quibus instituebatur honorificus, externis atque ciuibus mitissimus, necnon & omnibus placidus atque amicus, cum ob indolis uenustatem, tum uel maximè ob affabilem humanitatem. Attamen ille quidem & tuæ, & suæ ipsius pietatis decentem consecutus laudem, imperpetuum tempus perinde atque ex conuiuio ab hac mortali decessit uita, priusquam in aliquam incideret debacchationem, quæ longam assequitur senectam. Quòd si ueterum poetarum ac philosophorum, ut par est, uerus est sermo, esse uidelicet pijs Manibus honorem aliquem, ac præfessionem locumq; illis destinatum, in quo uersentur, non est tibi desperandum, quin beatus filius tuus inter eos recenseatur. Dicuntur autem hæc à suauissimo Pindaro de pijs qui ad inferos sunt: Quibus utique dum nocturnum hic est tempus, solis iubar splendet, rosarijsq; puniceis confita prata ipsorum sunt suburbium, thuriferis arboribus adumbratum aureisq; fructibus onustum, atq; equestribus gymnasijs hi, alij tesserijs, nonnulli tibijs oblectabuntur. Apud ipsos autem omnis florum pullulat opulentia, optabilemq; odor perpetuò per locum diffunditur, uarias imponentium *longè splendenti igni primitias in deorum aris. Et paululum progressus, in alio luctu de anima loquens ait: Beata autem omnes Parca labores soluens finit, & omnium quidem corpus longè potentem sequitur mortem, uiuens autem æternitate deficit. Idololum enim solum est à dijs, dormit autem membris agentibus: Verum dormientibus multis insomnijs, iucundorum adserpens, & difficilem indicat iudicium. Cæterum diuinus Plato multa quidem in libro de anima de ipsius immortalitate dixit, non pauca uerò in Politia Menoneq;

*πλεφαρσι



Menoneq; , & Gorgia, sparsimq; in alijs dialogis: sed quæ in dialogo de anima dicta sunt, quum priuatim commentus fuero, tibi, ut uoluisti præbebo. Quæ uerò in præsentia opportuna atque utilia Atheniensi socio ac discipulo Gorgiæ rhetoris dicta sunt, ita habent: Ait enim qui apud Platonem est Socrates: Audi iam ualde bonam orationem, quam tu quidem, ut puto, fabulam existimabis, ego uerò orationem. Vera nanque tibi, quæ locuturus sum enarrabo. Partiti fuerant imperium Iupiter, Neptunus, & Pluto postquam id à patre acceperunt. Erat igitur hæc de hominibus inter deos lex, & regnante Saturno semper, & adhuc est, ut hominum quicumque iuste ac sanctè uitam egisset, post mortem beatorum adiret insulas, ibiq; procul à malis in omni habitaret felicitate. Qui uerò iniquè atque impiè, iudicij ac supplicij carcerem, quem Tartarum appellant, peteret. Horum autem iudices sub Saturno, & nuper Ioue Imperium obtinente, uiuentes erant uiuentium, ea die iudicantes, qua erant morituri. Postea causæ quodam modo non rectè iudicabantur: itaque Pluto, & qui ex beatis insulis hæc curabant, ad Iouem profecti dicebant, indignos ad se homines utrobique accedere. Quibus Iupiter: Ego igitur, inquit, ne hoc fiat prohibebo. Nunc enim causæ iniquè iudicantur: nam uiuentes iudicantur. Multi autem, inquit ille, scelestas animas habentes, induti sunt corpore pulchro genereq; ac diuitijs: & quum aderit iudicium, accedunt ad eos quamplurimi, quòd iuste uixerint testificaturi. Iudices igitur ab his perterresunt, simul & ipsi induti iudicant suas ipsorum animas oculis & auribus, ac toto adoperti corpore. Hæc itaque omnia ipsis obices sunt, sua scilicet ipsorum, & eorum qui iudicantur indumenta. Primum autem cauendum est ne ipsi prospiciant mortem: nunc

enim

enim prænorunt, sed Prometheo iam dictum est, ut hoc prohibeat, postea hi omnes nudi iudicandi. Defunctos enim opus est iudicari, ipsumq; iudicem esse nudum decet, defunctum anima ipsa, animam ipsam, cum primum quis decesserit, contemplantem, omnibus cognatis destitutam, omneq; illud ornamentum relinquentem, ut æquum sit iudicium. Ego igitur quum hæc priusquam uos cognouissem, filios meos iudices creauit, duos quidem ex Asia Minoën & Rhadamanthum, unum uerò Acacum ex Europa. Hi autem ut primum decesserint, in prato ad triuium iudicabunt, ex quo uiarum altera ad beatorum insulas, altera ad Tartarum ducit. Et eos quidem qui ex Asia uenient, Rhadamanthus, qui uerò ex Europa, Acacus iudicabit. Minoi autem hunc deferam magistratum, ut si quid alteri arcanum ac dubium fuerit, discernat ac diiudicet, ut hominibus quam iustissimum sit itineris iudicium. Hæc sunt, ò Callicles, quæ quum audierim uera esse, haud quaquam diffido, & ex his uerbis huiusmodi aliquid contingere. Colligo mortem uidelicet nihil aliud esse, quam duarum rerum, corporis & animi, inter se solutionem. Hæc tibi quum collegissem, multaq; diligentia composissem, amicissime Apolloni, consolatoriam composuimus orationem, ad præsentem deponendum dolorem, omniumq; acerbissimum sedandum luctum, tibi maxime necessariam. Complectitur præterea filij tui, dijs charissimi Apollonij meritam laudem, ob bonam memoriam, perennemq; in omne tempus gloriam consecratis optatissimam. Bene itaque feceris, si orationi obsecutus, beatoq; filio tuo usus, mutato consilio, ab ista corporis atque animi inutili afflictione, à maceratione, ad tibi consuetam naturalemq; uiuendi rationem traduxeris. Nam ut nobiscum uiuens, haud libenter te ac matrem tristes spectabat, sic ne nunc quidem

quidem dum inter deos agit, ipsorumq; epulis accumbit, huiusmodi uestro uiuendi modo delectatur. Itaque quum probi ac generosi, liberorumq; amantissimi uiri grauitatem receperis, te ipsum, & adolescentuli matrem, cognatosq; atque amicos ab istiusmodi infelicitate ad tranquilliozem, filioq; tuo ac nobis tui, ut par est, studiosis, gratissimum uitae habitum traducas.

F I N I S.

AD LEONEM DECIMUM

Pontificem Maximum Angeli Barbati
pro inopia sua in Plutarchi Exilium supplicatio.



L T S I hoc Plutarchi de exilio opusculum, Summe Pontifex, minime ad te pertinere uidetur, quem Deus optimus maximus in patriam restituit, & in terris principem locum tenere uoluit, id tamen non minus iure, quam necessitate tibi potissimum nuncupamus. Iure etenim Medicum familie præclarissimæ debetur quicquid literarum Græcarum adhuc extat, quarum nullum uestigium reliquum esset, nisi Laurentius pater tuus, uir nunquam satis laudatus, non priuati ciuis, sed summi optimiq; imperatoris opus executus, eas è Turcarum manibus uindicasset, grandi proposita pecunia, ut boni autores, qui impijssimæ gentis armis oppressi inter cadauera urbium quasi sepulti iacerent, prodirent in lucem, & Florentiæ, urbis Italiæ florentissimæ, & per totam Italiam, & quam late Christianorum imperium patet, semina illa omnium liberalium artium omniumq; uirtutum propagarentur, quando in
Græcia

Græcia, ubi diu floruerant, tanto Christiani nominis ho-
 stium incendio deustata, & ad sterilem quendam litera-
 rum squalorem deducta, amplius germinare non possent.
 Quare iure optimo, rei Christianæ præsul sanctissime,
 quod tuum est, in prima statim fronte tuo nomine munitum
 exire debet. Parum id quidē Pontifici maximo: sed & deo,
 cuius uicarium geris, qui aurum uel argentum offerre ne-
 queunt, thus aut ceram offerunt, nec minus quam cæteri
 exaudiuntur. Paramus tamen & alia quædam, Opusculum
 de Iustitia, de Pluto, de Symposijs. Quæ munuscula si &
 ipsa non id genus sunt, qualia offeruntur ab alijs, ignoscas
 quæso, quando literarum studiosis nihil aliud est quod offe-
 rant. Nam & necessitas, quæ ad hoc de Exilio opusculum ti-
 bi dedicandum nos impulit, ea fuit, ut exilium nostrum non
 ullo scelere, sed rerum penuria, & bellorum tumultu, quod
 Plutarchus dum à me quoad fieri potuit Latine loqui doce-
 tur, uerbis solatus est, tu Pontifex sanctissime re aliqua sole-
 ris, & sacerdoti iam in omni rerum inopia consensescenti,
 tua in bonorum morum & literarum studiosos liberalitas,
 tantum ex tot tantisq; ecclesiasticis bonis tribuat, quantum
 ad frigus diramq; famem propellendâ satis sit. Sed quoniam
 iam prologus fâbula longior, quandiutissime & felicissime
 ualeas, Pater beatissime, literatorum decus & præsi-
 dium, & uigeat semper, ac floreat Medicum
 nomen & gloria, quorum patrocinium
 iam pridem literarum studia
 ne pereant, fouet
 & alit.

PLVTAR.

P L V T A R C H I
 CHAERONEI PHILO-
 SOPHI CLARIS-
 S I M I,
 DE EXILIO, LIBELLVS.

Angelo Barbaro interprete.



EX sermonibus, ut ex amicis, optimus ille firmis-
 simusq; habetur, qui in calamitati-
 bus praesens adest, & indigentibus auxi-
 lium affert. Multos enim reperias, qui
 lapsis quidem amicis colloquantur, nec
 eos uerbis saltem deserant. Sed sicuti urinandi imperiti, dum
 percuntibus opitulari conantur, unà complexi demergun-
 tur: ita & hi sua quadam inscitia, tantum abest ut pro-
 sint, ut obsint uel plurimum. Amicorum enim oratio, &
 eorum qui suppetias ueniunt, consolatio, non rei affligentis
 defensio esse debet: quando in rebus miseris nullis lacry-
 mis, nullis eiulationibus, quasi choris quibusdam tragicis
 sit opus, sed qui nos ingenue admoneant, & liberè do-
 ceant. Tristari nanque non modò in omni re inutile, ue-
 rum uanissimum & stultissimum est. Vbi uerò res ipsa ra-
 tione tractata atque detecta, non prohibet quin tecum col-
 loquaris, & dicas: Nihil graue nisi simules passus es, sit
 profectò ridiculum, non corpus percontari quid patiat,ur,
 nec animum, an hoc ipso casu deterior fiat, sed totius tri-
 stitiae externis admonitoribus uti, qui unà nobiscum do-
 leant, unà indignentur. Quare quum soli sumus, unus-
 quisq; de infortunijs, quasi oneribus quibusdam animum
 suum diligentissime examinet & ponderet. Non enim ut
 corpus

corpus rei grauantis pondere premitur, sic semper & animus: qui contra potius rebus ex seipso onus imponit & grauat, quæ per se alioqui tolerabilia erant. Durus quidē natura est lapis, crystallus item frigida, nec extrinsecus uel ille duritiem, uel hæc concretionem ullam habet: exilium uero, ignominia, & bonorum amissio, ut contra corona, magistratus, primūq; confessus, non sua natura, sed nostro ipsorum iudicio affligendi, uel delectandi modum habent: unusquisq; autem hæc sibi leuia uel graua, tolerabilia uel dura toleratu efficit. Hinc interrogatus Polynices:

Quid? patria carere, num grande est malum?

Est maximum, re maius ac uerbo malum.

Contra uerò Alcmanis sententia, ut scribit poeta quidam epigrammatarius, qui ait:

Sardiaci patres uestro sub culmine tecti,

Auratis Celsas uestibus aut Macelas,

Concaua discinctus pulsarem tympana, qui nuic

Spartanis Alcman ciuibus annumeror;

Vatibus & Graijs, me dulcis musa tyrannos.

Mysyleon supra sustulit & Gygeon.

Sola etenim opinio rem eandem his quidem utilem, ceu approbatam monetam, his uerò inutilem & noxiā reddit. Sed esto graue sit exilium, ut multi asserunt & prædicant. Nam & ex cibarijs multa amarulenta sunt & acria, sensumq; mordentia: quibus tamen, si mitium quid aut dulcium admisceas, omnem illam saporis insuauitatem tollas. Sunt præterea & colores, quorum molestiam uisus ferre nequeat, sed eorum duritie, & ui quadam incurabili confundi & perstringi lumina contingat. Si igitur eius incommodi medicamen est umbræ admixtio, uel ad uiridia mitiæ que oculorum de flexio, cur non in aduersis casibus

M facere

facere liceat, hisq; admiscere quæ nunc tibi utilia benignaq; non desunt, copiam rerum scilicet, amicos, negotiorum uacuitatem, & quod nihil eorum indigeas, quæ humana uita necessariò requirat? Non equidem multos inter Sardanios esse puto, qui conditionem istam tuam non sibi uel in exilio esse malint, sicq; peregre uitam agere æquiori animo ferant, quam cochlearum more testis suis semper inharrentium, cæteris bonis priuati, ijs quæ domi sunt citra molestiam perfrui. Quare ut in comœdia amicum infelicem adhortatus quispiam ut bono animo esset, malamq; fortunam ulcisceretur, quomodo ulcisci posset interrogatus, sapienter ulciscendam esse respondit: sic eam nos quoq; sapientiæ studio dignè, ut par est, ulciscamur. Quæ enim ratione pluuiâ nobis Boream uel defendimus? nêpe ignem, balnea, uestimenta querimus, tectaq; subimus: neq; enim diu imbre perfundimur, desidemus aut ploramus. Tibi quoque igitur eam uitæ partem, quam frigus & rerum inopia tentarit, apud unum aliquem recreare & fouere licet: neq; alijs adiuuentis indigeas, si ijs quæ adsunt, ut ratio ipsa dicat, uti uelis. Medicorum quidem cucurbitulæ exhausto uitioso sanguine, ita reliquum alleuant & conseruant. At mœrori & tristitiæ dediti semper ac queruli, quæ apud se pessima sunt, sine ulla intermissione colligendo & reputando, doloremq; inferentibus sese ipsos atterendo, etiam quæ bona sunt & utilia, mala efficiunt, & omni cassâ utilitate, coq; id potissimum tempore, quum auxilio opus erat. Illa enim duo fatorum dolia, quorum alterum bonis, alterum malis plenum scribit Homerus in cælo esse, non Iupiter sedens dispensat, ut his mitia & bono aliquo permixta, his uerò mera malorum fluentia transmittat, sed ex nobis ipsis, qui mentis sunt compotes, ex rebus secundis, ijs quæ

Duo fatorum dolia.

aduersa

aduersa sunt exhauriunt & infundunt, & potabiliorem incundioremq; sibi uitam efficiunt. Contra uerò multis mortalibus ueluti colis quibusdam, quæ deterrima sunt melioribus effusis relinquuntur & permanent. Si ergo in quippiam inciderimus, quod re uera malum sit, hilaritatis aliquid & letitiæ superinduci debet, & peculiari aliquo bono, ex ijs quæ expertis iam rebus reliqua sunt, quod alienum, & aduersum sit, leniendum est. Quum uerò suapte natura res ipsa nihil mali habet, sed id quod affligit, ex inani quadam opinione consistit, tunc ut laruas formidantibus pueris in manibus tradimus, & inuertinus, quo re perspecta uanos terrores contemnere assuescant, ita nos quoque quod fragile, ac tragicis fabulis est persimile, diligentissima consideratione quasi manibus pertractantes detegere oportet. Cuiusmodi presens hæc tibi conditio est de ea quam patriam opinaris, quum natura nobis patriam nullam dederit, sicut nec domum, nec agrum, nec fabrilem, uel medicorum officinam, ut Ariston inquit, sed hæc, & cetera id genus prout quisque incolit, illisq; utitur, subinde illius fiunt, uel nominantur potius & dicuntur. Homo enim, ut Plato ait, planta est quædam non terræ infixæ, nec immobilis, sed & cælestis, & ad cælum ipsum inuersa, cuius corpus ex capite, uelut e sua quadam radice illud sistente & firmante, erectum manet. Hinc Hercules:

Argiuus an Thebanus, haud unam curo

lactare, Græciæ omnis est mi patria.

Longè tamen rectius Socrates, qui se non Atheniensem nec Græcum, sed ciuem mundanum esse dixit, ut si quis, puta, uel Rhodius, uel Corinthius dici uelit. Neque enim Sunio uel Tenaro, aut Ceraunijs seipsum inclusit.

Vides ut hunc immensus æther arduus

Coërcet ulnis undique orbem mollibus?

Hi patriæ nostræ termini sunt, in quibus nec exul, nec hospes, nec peregrinus ullus est, ubi idem ignis, aër & aqua, ijdem principes, rectores & præsidēs, sol, luna & lucifer, eadem quoq; leges omnibus uno ordine, ab uno eodemq; principe late, eadem solstitia & æquinoctia, Pleiades, Arcturus, tempora semētis, & plantarum omnium, unus autem rex & princeps Deus est, principium, medium, ac finem uniuersi tenēs, qui uia recta peragit, & secundum naturam cuncta circuit, quem iustitia sequitur, omnium ultrix qui diuinam legem deseruerint, qua in omnes homines tantquam ciues cuncti natura ipsa dictante utimur. Quod autem Sardis non habites, nihil refert; nec enim Athenienses omnes Colytum, nec Craneum Corinthij, nec Lacones habitant Pytanen. Nunquid ergo ij Atheniensium peregrini externiq; sunt, qui ex Melite in Dionūda commigrarunt, unde & Maium mensem* Metagetnionem appellant, & festum quoddam cognomine transmigrationis illius Metagetnia, hoc est transuicinalia celebrant, quod non inuiti, sed facile hilariq; animo uiciniam apud alios exciperent? Minimè id quidem dixeris. Quenam igitur terræ pars siue tantum habitabilem, siue uniuersam contempleris, alia procul ab alia esse potest, quam mathematici puncti rationem dimensione carentis, si ad coelum respicias, habere euidentissimè ostendunt? At nos quasi formicæ uel apes, si ex una cauerna aut alucri exciderimus, hospites externiq; nobis esse uidemur. Quod idcirco fit, quia omnia propria & familiaria, ut certè sunt, facere ignoremus. Atqui stultitiam eius irridemus, qui lunam Athenis meliorem nitidoremq; esse dicat, quam quæ Corinthi: & tamen in idem quodammodo uitium mentis incidimus, quum peregre profecti

*μεταγετνιον
secundus mensis
apud Athenienses.

profecti, terram, mare, aërem, cœlum, ut diuersa aliaq; à consuetis esse contendimus. Liberi quidem & soluti à natura in lucem prodeuntes emittimur, ipsimet autem nos ipsos colligamus, locorumq; coarctamus angustijs, ac tectis includimus, & in parua tenuiaq; compellimus. Præterea uerò Persarum reges irridemus, quòd (si modò id uerè dicitur) Coassæ unius aquam bibant, cæteræq; mundi partes sibi reddant* irriguas, quum ipsi quoque aliò trans-
 * *trans 100*
 migrantes, Cephisum uel Eurotam appetamus, aut Taygeti Parnasiq; desiderio teneamur. Ita nobis terrarum orbem non modò irriguū, sed & ciuitatibus & tectis casum uanissima opinione reddimus. At Aegyptij regis iracundia & asperitate in Aethiopiam cômigrantes, rogantibus amicis, ne liberos aut uxores deserant, impudentius ostensis uirilibus, nec uxores, nec liberos quoad ea secum habeant, defuturos respondent. Quanquam decentius simul & grauius dici potest, ubi modica, qualia uita nostra postulat, habere contigerit, ibi nemo nec ciuitatibus, nec domesticis laribus carere, nec externus ullo pacto esse poterit, dum ijs mentem quasi ancoram adhibeat, qua regatur & firmetur, omniq; portu quocunque applicuerit, uti queat, Amissæ enim diuitiæ breui facileq; reparari nequeunt, patria uerò quelibet est, si uti scias, radicesq; habeas, quæ ubique coalescere & uiuere ualeant, quales nec Themistocli, nec Demetrio Phalereo defuere. Qui quum post exilium Alexandriæ inter amicos Ptolemæi principatum teneret, non modò in omni rerum copia uixit, sed & Atheniensibus dona misit amplissima. Themistoclem uerò regia liberalitate more principis, uictitantem, uxori liberisq; suis sæpius dixisse serunt: Perieramus omnino, nisi perissemus. Sicut & Diogenes, Canis cognomine,

nunciandi, Te Sinopenfes è Ponto exulem declararunt: Ego, inquit, illos hoc damno supplicio, ut in Ponto extremisq; Euxini littoribus perpetuo mancant & recludantur. Stratonicus autem non infacetus, hospitem percontatus in Scripho, cui crimini apud ipsos exilium indiceretur, audiens homines nequam illic exilio multari: Cur non tu quoq;, inquit, nefarij aliquid patraſti, quò ex iſtis locorum anguſtijs emigrareſ, ubi Comicus ait carycas fundis uindemiari, omniaq; haberi quibus in inſula ſit opus? Nam ſi uana falſaq; opinione remota ueritatem ipſam conſideres, qui unam duntaxat ciuitatem habet, hoſpitè alienumq; ceteris omnibus inuenias. Quòd ſi tibi turpe iniquumq; uidetur, quempiam patria ſua relicta alienam incolere, in eaq; uitam degere, Spartam ſortitus eſ, hanc ornes, licet uilis ſit, cœliq; morboſi, licet ſeditionibus & rerum domeſticarum turbulentia laboreſ: cui propriam fortuna abſtulit, ubicunq; ſibi placeat, certè habitare permittit. Pulchrumq; illud Pythagoræorum præceptum: Vitam optimam elige, hanc tibi non inſuauem conſuetudo efficiet. Ad hanc quoque rem ſapientiſſimè ſimul & prudentiſſimè dici poteſt: optimam iucundiſſimamq; patriam elige, hanc tibi tempus patriam efficiet, & patriam quidem eam, quæ te non diſtrahat, neque perturbet, aut huiuſmodi reſ imperet, ut: Pecunias conſer, legatus Romam pete, ducem ſuſcipe, aut tuiſ ſumptibus publici muneris miniſteriun exhibe. Quæ ſi quis mentis compos, nec omnino obliuiſo faſtu turgidus memoria teneat, exul uel Gyarum, uel ſalebrosam ſterilemq;, nec plantis idoneam Cinarum, nullo mœrore, nulloq; ciulatu optet habitare, nec earum uerba mulierum uſurpet, quæ apud Simonidem conqueruntur:

Purpureum tumidis mare me circumſcriuit undis:

Sed

Sed illud Philippi potius mente habeat, qui quum in palestra lapsus surrexisset, corporisq; uidiſſet ueſtigium, conuerſus: Hercules, inquit, ut partis minima telluris natura participes orbem appetimus uniuerſum. Naxum te aliquando uidiſſe puto: ſin minus, Thuriam ſaltem, quæ non hic procul abeſt, quarum hæc quicem Orionis domicilium fuit, illa uerò cepit Ephialtem ac Otum quamuis corporis eſſent uariſſimi. Alcmaeon iuxta limoſum Acheloi aggerem inhabitauit, quo Eumenides, ut aiunt poëta, effugeret: ego uerò potius, ut ciuiles magiſtratus, ſeditiones, & furiales calumnias declinaret, locum uel anguſtiſſimum delegiſſe puto, ubi citra moleſtiam quiete uitam degeret. Tiberius autem Caſar in Capreis ſeptennium ad obitum uſque uixit, & illud imperiale totius orbis facellum, quaſi in cor aliquod coarctatum tandiu aliò niſquam migravit. Cui tamen imperij ſolicitudines quæ afferebãtur undiq; & affluebant, nec ſynceram, nec fluctuatione carentem, inſularum quietem præbuere. At cui licet in paruulam aliquam egreſſo inſulam magnis calamitatibus liberari, is profectò miſer eſt, niſi ſeiſum alloquens uerſus illos Pindaricos ſæpius quaſi ad remedium canat:

Tenuem cupreſſum dilige,

Cretamq; ſyluæ prodigam niſſam face.

Mihi parum quidem terræ datum eſt, unde & ſine arboribus, at nec luſtus ſortitus ſum, nec ſeditiones, nec imperia principum, nec miniſteria in ciuilibus negotijs, nec publici muneris impẽſas indeprecabiles. Quod alicubi nõ imperitè dicere uidetur Callimachus: Ne metire ſchoeno Perſico ſapientiam: cur enim ſchoenis uel paraſangis dimenſa felicitate lugendo ut infelices nos cruciare debemus, quòd ducentorũ ſtadiorum inſulam, at non quatuor dierum

ambitu effusam, quanta est Sicilia habitemus? Nam quid locorum amplitudo ad uitae tranquillitatem asferre potest? Non ne Tantalum in Tragœdia dicere audis:

Bis sex dierum qua uia est,

Berecynthios agros sero. Qui paulò post inquit:

Cœleste numen animus olim permeans

Nunc serpit inuis, hisce dictis me alloquens,

Condifce modico humana amore prosequi.

Nausithous autem spatiosa Hyperie regione relicta, eò quòd uicini Cyclopes essent, in insulam transgressus procul ab alijs uiris habitansq; impermixtus hominibus, seorsum in undoso undiq; mari, suauißiman ciuibus suis uitam parauit. Cycladas quoque prius Minois filios, deinde Codri Neleiq; habitasse ferunt, in quibus nunc amentes exules se pœnas dare putant. Quamuis quæ exularis insula, agro Sceluntio non amplior: ubi tamen post expeditione Xenophon nitidam senectutē egit. Academia uerò ter mille drachmis emptus agellus, Platonis, Xenocratis atq; Polemonis domicilium fuit, ubi ociarentur, & totam uitam ducerent, uno excepto die, quo Xenocrates singulis annis Bacchanalium nouis tragœdijs, ut aiunt, ornandi festi causa in urbem descenderet. Et Aristoteli Theocritus Chius obiecit sepius, quòd apud Philippum Alexandrumq; degeret, ac Borbori fluentia Academiae preferret. Fluius hic est Pellam ambiens, Borborus à Macedonibus dictus. Insulas autem quasi dedita opera nobis commendat, & diuinis prosequatur laudibus Homerus, sic inquit:

Appulit ad Lemnum diuini & tecta Thoantis,

Et quæcunq; Deum Lesbos domus alma recudit.

Dulichium hi patriam referunt, sed Echinadas illi,

Quæ sacræ longinqua tenent maria, Elida contra.

Ex illu

Ex illustribus præterea uiris dijs charissimum Acolum, sapientissimum Vlysses, fortissimum Aiacem, hospitalissimum Alcinum insulas incoluisse dicunt. Zeno autem quum eam quæ sibi adhuc reliqua esset, nauem cum oneribus mari demersam accepisset: Bene, inquit, agis, ô fortuna, quæ nos ad pallium uitamq; philosophicam compellis. Quare nihil esse censeo, cur uir nec arrogantia sumo, nec populari aura prorsus insaniens, in insulam aliquam coactus, fortunam accuset, sed laudet potius, quod anxietatem mentis, & tedium peregrinationis, errores, pericula maris, foriq; tumultus à se remouerit, uitamq; stabilem & ocij plenam, quæq; distrahi nequeat, ac uerè propriam sibi dederit, puncto & interuallo eorum quæ usus postulat, necessitate circumscripita. Quæ enim insula tectis, quæ ambulacris, balneisq; caret? quæ pisces, lepores non habet? si quis uenatui animi quæ relaxationi indulgeat? Adde, quod maximum, tibi sæpissime licere, quietis esse compoti, quam sitiunt alij, quos dum ludunt alea, dum latet domi, curiosus uel calumniator aliquis perscrutatur insequens, eq; suburbijs hortisq; amœnissimis ad forum aulamq; inuitos trahit. At insulam adnauigat nemo qui te perturbat, aliquid petens, mutuò accipiens, adhortans spondere, aut unà magistratum ambire, nisi è necessarijs & domesticis qui sit optimus, tui desiderio compulsus, cætera uita quasi sacra nulli prædæ obnoxia permittitur, si quis occiari & uelit & sciat. Qui uerò eos in beatorum numero censet, qui circunuagantur, plurimumq; temporis in portorijs ganeisq; perdunt, perinde mihi facere uidetur ac ille, qui errantia sydera fixis & immotis feliciora esse putet, quamuis unumquodq; errantium syderum in una eademq; sphaera quasi in insula quadam circumferatur, &

ordinē suum teneat. Sol enim limites praescriptos non transcendet, ut inquit Heraclitus. Sin minus, furij*s* iustitiae adiutricibus supplicium pendet. Caeterum haec hisq; similia, illis dici & cani debent, quos in insula aliqua relegatos

Inuitos cohibet ponto circumflua telus.

Tibi uerò, cui nullus certus definitur locus, sed qui uno tandem excluderis, omnium urbium copiam facit unius uentatio. Nam quòd non imperes, nec consulas, nullisq; praeficiare ludis, tu illud ex aduerso statue, Ne scditionibus quidem uxor, nihil publicè confero, nec praesidis ianuis inhaereo, nec quis prouinciam meam sortitus sit curo, an iracundus & toleratu difficilis. Verum ut Archilochus Thasi fertiles agros, uineasq; contemnens, ob alia eius insulae aspera & inaequalia loca, totam insulam damnat atq; accusat, eam quasi asini dorsum materia agresti plenam esse affirmans, ita & nos dum ad illam modo exilij partem intendimus quae gloria caret, negotiorum uacuitatem, ocium & libertatem contemnimus. Quanquam Persarum reges idcirco bearint, quòd in Babylone hibernem, in Media aestatem, in Susis uer iucundissimum agerent. Est igitur ei qui è solo patrio migrarit, Cerebris mysterijs Eleusi immorari, Bacchanalibus Argis solennia celebrare, Pythicis ludis Delphos, Isthmij*s* Corinthum transmeare, si spectaculorum studio teneatur. Sin minus, ocia-ri, deambulare, quidpià legere, aut imperturbatum somnium capere. Addas & illud Diogenis: Prandet Aristoteles quum uidetur Philippo, Diogenes quandocunq; Diogeni, neque ullo ab negotio, ullo à principe uel duce consueta sumendi cibi hora distrahitur. Quocirca è sapientissimis & prudentissimis uiris paucissimos in sua ipsorum patria funeratos inuenias. Nullo enim cogente sublata ancora aliò transgressi,

Αριστοτέλης ἀρι-
στὴν ὅταν δουρῆ
φιλίππου. Διο-
γένης ὅταν Διο-
γένη.

transgressi, uitæ stationem mutarunt: alij quædam Athenas, alij uerò Athenis relictis, in aliam orbis terrarum partem migrantes. Quis unquam patriæ suæ tale præconium protulit, quale Euripides, ita inquit:

Aliunde populus noster haud huc appulit,
 Hæc terra nos genuit, alij sedenim ciues
 Sunt comparandi cubicis iactatibus
 Hincinde ducti, nec stabiliter consiti,
 Iactare si quid autem oportet foemine:
 Nos temperati spiritum coeli trahimus,
 Vbi nec æstus, nec rigor hycemis ingruit.
 Tum Græca quæ fert regio, quæ fert & Asia,
 Vt dulce nectar hic habentes carpinus.

Qui licet patriæ tantas protulerit laudes, in Macedoniam tamen totam apud Archelaum uitam egit. Audiisti, puto, & hoc epigramma:

Atticus Euphorione satus, sub mole sepulcri est
 Aeschylus hæc, iuxta pingua culta Gele.

Etenim hic quoque in Siciliam soluit, & eo prior Simonides. Nam illam hanc Herodoti Halicarnassæi inscriptionem, multi Herodoto Thurijs transcripsere, quòd Thurijs commigrasset, & in eorum coloniam adscriptus esset. Musarum autem spiritus ille sacer & diuinus Troiani belli scriptor Homerus, an non idcirco multis ciuitatibus controuersie fuit, cuius earum ciuis habendus, quoniam nullam solam laudari? Hospitalis uerò Iouis cultus, magnus multusq; est. Quòd si quis dicat hos omnes gloriæ honoris que captatores fuisse, ad philosophos ueniat, & sapientiæ scholas gymnasia que consideret, Lycium, inquam, Academiam, Porticum, Palladium, & Odeum. Si Peripateticos enim amplexaris & obstupescis,

è Stagiris Aristoteles, Theophrastus ex Epheso, Stratoni
 è Lampfaci, è Troade Glycon, Ariston è Ceo, è Phaselis
 Critolaus. Sin uerò Stoicos respicias, Zeno Citieus, Cle-
 anthes Lysius, Solensis Chrysippus, Antipater Tarsen-
 sis, Diogenes Babylonius. Atheniensis uerò Archidemus
 ad Parthos usque profectus, Stoicæ sectæ successores Baby-
 lone reliquit. Quos si queras, quisnam infectatus exula-
 re coegerit, inuenias neminem. Sed ipsi sponte quietem se-
 cuti, cuius participare nequeunt, qui domi nominis aliquid
 uel potestatis obtinet. Itaque quum cætera suis nos doceant
 libris, hæc profectò re ipsa etiam docent. Et nunc quoque
 optimus quisq; & probatissimus peregre uiuit, non pulsus,
 sed sponte aliò transgressus, nec fugatus, sed fugiens ipse
 molestias, occupationes, negocia, quæ patria afferre solet.
 Olimq; antiquis illis, ut uidere est, lucubrationes, quæ pul-
 cherrimæ extant, maximeq; approbantur, adiuuante exi-
 lio à Musis peractæ absolutæq; sunt. Thucydides enim
 bellum ab Atheniensibus Peloponnesijsq; gestum, in Thra-
 cia iuxta locum syluam Scapten nomine conscripsit, in
 Elia Scillunte Xenophon, in Epiro Philippus, Timæus
 Tauromenites Athenis, Megaris Atheniensis Androcion,
 in Peloponneso poëta Bacchylides. Qui omnes, & alij
 plures patria exules non animum despondentes seipsos ab-
 iccerunt, sed animi sui excellentia acumineq; usi, exilium
 à fortuna quoddam uitaticum accepere. Quo factum est, ut
 uel mortui uiuant & celebrentur ubiq; , quum contra nul-
 lum eorum nomen supersit, quorum factionibus eiekti sunt.
 Quare ridiculus sit profectò, si quis exilium gloria care-
 re arbitretur. Nunquid enim nominis nullius Diogenes?
 Quem quum uidisset Alexander in sole sessitantem, stetit,
 & an re aliqua indigeret percontatus, accepit nihil aliud
 uelle,

uelle, quàm ut paulisper obumbrare solem desineret. Cuius animi elatione stupefactus ad amicos conuersus dixit: Si Alexander non essem, Diogenes uique essem. An uerò inglorius & Camillus, qui Roma pulsus, Romæ secundus conditor celebratur? Nec Themistocles quidem exul gloriam quam inter Græcos habuit perdidit, sed apud Barbaros etiam auxit. Nemoq; est adeò honoris contemptor, adeò degener, qui Leocrates Themistoclis accusator, quàm exul Themistocles, uel Clodius Cicronis eiektor, quàm eiektus Cicero, aut Aristophon delator, quàm Timotheus patriam relinquere coactus esse malit. Ceterum quoniam mouentur multi uerbis Euripidis, qui exilij uehemens accusator apparet, uideamus quid singillatim roget, quid ue respondeat:

Quid? patria carere, num grande est malum?

Est maximum, re maius ac uerbo malum.

Quodnam est genus, quod exules premit, mali?

Id maximum, quòd eis loqui non licet.

Seruile prorsum est, non loqui quod sentias.

Potentiorum perferenda inscitia est.

Primum hæc nec rectè, nec uerè censet: non enim seruile id tacere quod sentias, sed prudentissimi uiri, quum tempus & res taciturnitatem silentiumque requirit. Quod idem alibi rectius:

Tacere nunc oportet, nunc præstat loqui.

Nam dominorum imperitiam stultitiamq; non minus in patria, quàm in exilio patiari necesse est, & magis etiam domi quàm peregre iniuste potentium calumniam uimq; timemus. Illud uerò maximum, & in primis absurdum, dicendi libertatem exulibus auferri. Admiratione profectò dignum, Theodorum libertate dicendi caruisse, qui dicen

te ei

te ei rege Lyfimacho, te patria quoniam his moribus effes
 eiecit: Certè, inquit, quòd me perinde ac Semele Bac-
 chum ferre non posset, nec exterritus est, licet illi in fer-
 rea cauea Telesphorum ostenderet, cui oculos effoderat,
 nares amputarat, aures & linguam absciderat, illudq;
 adderet: his afficio supplicijs, qui de me malè merentur.
 Quid autem Diogenes, nunquid dicendi libertatem non
 habuit? qui castra Philippi ingressus, quo tempore ho-
 stis Græciam inuadebat, quum quasi speculator ad eum
 duceretur: Nempe, dixit, tuæ auaritiæ & dementiae spe-
 culator ueni, qui breui temporis spatio de principatu si-
 mul & uita ueluti ad aleam periclitaturus accedas. Quid
 Carthaginensis Annibal? non ne Antiocho, quanquam
 exul respondit? qui quum inuitante occasione hostes ag-
 gredi iuberet, quòd fieri sacerdos uiscera prohibere di-
 ceret, regem ijs uerbis increpuit: tu facis quod uictima,
 non quod iur prudentissimus dicat. Quinetiam geome-
 træ & linearum periti, quò minus de disciplinis, & his
 quæ norunt liberè loquantur, non prohibentur exilio,
 nedum probi boniq; prohibeantur. Sed ubiq; degener ani-
 mus uocem impedit, linguam retorquet & angit, ac silere
 facit. Nam illa quæ sequuntur eiusdem,

Alunt bonæ spes exules, ut dicitur,

Quæ sunt futura oculis fauentibus uident,
 stultitiæ crimen sit potius, quàm exilij: non enim qui di-
 dicerunt & sciunt præsentibus uti, sed qui assidue ex fu-
 turis dependent, & semper quæ desunt appetunt, spe quasi
 rate quadam iactantur, quamuis suæ urbis pomerium nun-
 quam excefferint.

Patrij ne tibi non profuerunt hospites?

Bene rem gerito, nam malè gerentem omnes deserunt.

Non te

Non te generis euexit ad summum decus?

Malum carere est, nam genus me non aluit.

Verba hæc ingrata Polynicis accusantis exilium, utpote quod & consanguineis sit contemptui, & amicis careat, qui ex natalium splendore, quamuis exul, regis nuptijs dignus habitus est, tantis'que uiribus & amicorum auxiliarijs copijs suffultus, expeditionem fecit, quantis paulò post ipse fâcatur,

Viri ex Mycenis, atque ab urbibus Danaum

Adsunt mihi, tristem opem, at opportunam ut ferant.

Nec dissimilia matris uerba:

Tibi nuptiales ego fâces non protuli,

Nec affuit Hymen, nec te Ismenus lauit.

Quam letari & bono animo esse oportebat, quum filium habitare in tantis regijs audiret, ipsa uerò dolens inaccensas fâces, nec Ismenum balnea præstitisse lugens, quasi qui Argis ducunt uxorem, aqua & igne careant, fâstus & stultitiæ uitia apponit exilio. At dicas, res est exul ignominiosa. Ignominiosa quidem amentibus, qui & pauperem esse, & caluum, & pusillum, & hospitem, inquilinumq; uituperium esse putant. Ceterum qui his non consentiunt, neque subscribunt, bonos quamuis pauperes, hospites, exules'que sint admirantur. Non ne ut Parthenonem & Eleusinium, sic Thesei templam omnes uenerari uidemus? Atqui Athenis exulauit Theseus, in quas eius opera se homines habitatum receperant, eam'que ciuitatem amisit, quam non aliunde habuit, sed ipse condidit. Eleusini quid pulchri relinquuntur, si nos Eumolpi pudeat, qui ex Thracia transgressus, & tunc Græcos initiauit, & nunc initiat? quid Codrus? quibus maioribus ortus? non ne ex Melantheo Messana exule

Athe

Athenarum sceptrum tenuit? Nam quis non Antisthenem laudet? qui dicenti, Phrygia mater tua est: & deorum eadem mater, inquit. Cur non tu quoq; tibi obijcienti exilium respondes: Herculis quoq; uictoris pater exul, & Liberi patris itē auus, quū ut inuestigaret Europā missus,

Phoenicia ortus, exulem gignit prolem-

Bacchas cientem Liberum,

Gaudentem furiosis coli honoribus,

De his enim quæ Aeschylus innuēs, & substēdens inquit,

Apollinem castum exulem cælo Deum,

Linguis fauendum, ut ait Herodotus. Empedo-

cles autem in suæ philosophiæ initio præfatus:

Urget enim uetus ac stabilis sententia diuūm,

Quem scelerum metus ater agit, trepidumq; fatigat,

Dæmones hunc longæ sortiti tempora uitæ

Pellitis à superiūm facie per secula multa,

Quos ego nunc inter, diuis procul exul aberro.

Non seipsum modò, uerum è seipso nos quoque omnes hic inquilinos, externos, exulesq; esse ostendit. Non enim sanguis, ait, & temperatus spiritus, nobis animæ substantiam & principium præbuit, sed ex his terrenum & mortale corpus fictum & compactum est. Animi uerò huc ortu suo aliunde profecti, peregrinationem quidem nomine mitissimo comminuit blandiendo. Quod uerissimum autem, uagatur exul, diuinis legibus & decretis agitatus, & sic quasi in insula multo maris æstu circumflua, ut Plato inquit, more ostrei corpori annexus, quòd non recordetur, nec recolat

E quantis opibus, quali & translatus honore,

Corporeis animus uinclis religatus inheret.

Non Sardibus cum Athenis, nec Corintho cum Lemno

Sicq;

Sciroq; sed ipso cælo, lunaq; cum terra ac terrestri fragiliq; uita permutatis grauissimè fert, & quasi peregrinus & hospes, modo degeneris plantæ immarcescit, quòd hic ex loco in locum minimi interualli transierit. Quamquam plantæ quidem regio alijs alia commodior est, ubi melius alatur & germinet. Homini autem felicitatem locus nullus, sicut nec uirtutem, nec animi prudentiam aufert. In custodia enim positus Anaxagoras quadraturam circuli scripsit, philosophabaturq; Socrates uenenum hauriens, utq; familiares philosophiæ incumberent adhortabatur, interim illis beatus apparens. Tantalum uero & Phaëthonta, quamquam in cælum ascendissent, poëtæ aiunt sua stultitia in magnas calamitates incidisse.

F I N I S.

PLVTARCHI CHAERONEI

amatorie narrationes.

Angelo Politiano interprete.



N ALIARTO Bœotia urbe puella quædam fuit forma præcellens, Aristoclea nomine, Theophanis cuiusdam filia. Hanc duo amabāt iuuenes, Strato Orchomenius, & Challistenes Aliartius. Ditiore Strato erat, multoq; magis puellæ amore incensus. Namq; eam forte fortuna in Lebadia uiderat, quum sese illa in Ercyna fonte commodum perlueret. Erat enim Ioui regi sacra cistam laura. Incertus quid ageret Theophanes (metuebat enim Stratorem, ut qui & opibus, & genere omnibus fermè Bœotijs antiret) eius optionis Trophonium consulere cogitabat.

Aristoclea.

N At Stra

At Strato quum à uirginis domesticis magis ad sese illam quàm ad Callisthenem uergere persuaderetur, operam enixe dabat, ut puella ipsi coniugis optio daretur. Vt uerò Theophanes palam omnes natam interrogauit, eaq; Callisthenem maluit, continuò apparuit iniquissimo Stratonem animo tulisse. Post biduum igitur Theophanem Callisthenemq; adiit, affirmans uelle se amicitiam aduersus eos initam seruare, tametsi nuptias Deus sibi aliquis inuiderit. Laudant illi, cumq; ad nuptiarum epulas uocant. Magnam uerò is sociorum, ac ministrorum instruit manum, eosq; omniscis inter ipsam turbam alium alibi dispersos ac ueluti latentis esse iubet, donec puella de more ad fontem qui Cisoëssa uocatur, descenderet, ut uidelicet nympharum sacris, quæ Protelea uocent, operaretur. Tum factò impetu, qui in insidijs erant dispositi puellam corripunt. Ibi eam Strato ad se trahere, Callisthenes contrà (ut decuit) retrahere ad se. Idem & utriusq; socij pro se quisque obnixè agere, donec puella inter repugnantium manus dilacerata exanimataq; est. Callisthenes igitur continuò ex omnium sese oculis abstulit, neq; postea compertum cuiquam, interemit ne se, an profugus Bœotia exularit. Srato autem in omnium conspectu supra ipsam uirginem ferro se iugulauit.

Quum Phidon quidam Peloponnesiorum principatui insidiaretur, Argiuamq; urbem quæ sua patria esset, reliquis omnibus imperitare uellet, dolum primo Corinthijs intendit. Misit enim qui ab eis nulle adolescentes cum ætatis uigore, tum fortitudine præstantes peterent. Mittuntur igitur Dexandro duce. Quum itaq; in animo haberet Phidon insidiari ijs, ut Corinthum imbecilliorum efficeret, eaq; suo arbitrio uteretur (id enim unum totius Peloponnesi ueluti propugnaculum esse intelligebat) rem

omnem

omnem cum socijs quibusdam communicat. Inter eos
 & Abron quidam fuit Dexandri hospes: is ei insidias ape-
 rit: quo effectum est, ut ante insidiarum tempus Corin-
 thum omnes incolumes discesserint. Vestigabat Phidon
 eius arcani proditorem, omniq; in id conatu incumbibat.
 Metuens uerò Abron unà cum coniuge ac domesticis Co-
 rinthum migravit, atq; in Melisso, qui uicus est agri Co-
 rinthij, habitauit. Ibi & filium suscepit, cui à loco nomen
 Melisso fuit: huius autem Melissi filius fuit Actæon, for-
 ma pariter atq; modestia inter æquales excellens. Eum
 quamplurimi amarunt, sed omnium ardentissime Archias
 ex Heraclidarum genere, qui cum diuitijs, tum potentia
 Corinthijs omnibus anteibat. Is quum persuadere adole-
 scenti frustra tentasset, ad uim animum adiecit. Profectus
 igitur comedens abundus ad Melissi ædes, amicorum ac do-
 mesticorum magna stipatus caterua, puerum abducere ten-
 tabat. Renitente igitur patre, unaq; secum & uicinis qui
 concurrerant miserum illum ad se retrahentibus, in repu-
 gnatum manibus Actæon discretus est. Ita domum quisq;
 digressi. At Melissus pueri cadauer in forum illatum mi-
 serabiliter ostentare, simul supplicium de secleris autori-
 bus efflagitare. Miserabantur quidem omnes senem, præ-
 terea tamen agebant nihil. Quum itaq; re infecta domum
 redisset obseruato celebritatis Isthmiacæ tempore, conscen-
 so Neptuni templo, Bacchiadas implorabat, patrisq; sui
 Abronis beneficia commemorabat, inuocatisq; dijs præ-
 cipitem sese de templo iecit. Haud multò post æstus qui-
 dam ingens, ac pestilentia urbem inuadit. Consultum igitur
 de ciuitatis salute oraculum respondit, Neptuni illam
 esse iram, non quieturam, donec Actæonis mortem uindi-
 carint. His Archias auditis (nanq; is oraculo intererat)

quos

N 2 Corinthum

Corinthum quidem minime redijt, sed in Siciliam nauim prauectus, Syracusas condidit. Quumq; ibi duas filias suscepisset, à Telepho, cuius florem ætatis decerpserat, quiq; in Siciliam secum nauigarat, per insidias est interemptus.

Scedasi filiæ.

Vir pauper Scedasus nomine habitabat in Leuctris, qui est Thespiensis agri exiguus pagus. Huic filiæ duæ fuerunt, Hippo, & Miletia, siue ut quidam aiunt, Theano, & Euexippa. Erat autem Scedasus uir probus, atque aduersus hospites perhumanus, tametsi ille haudquam multa possidebat. Quum ad eum igitur duo Spartani adolescentes accessissent, perlibenter accepti sunt. Exarserunt illi uirginum amore, quoq; minus quid auderent, Scedasi probitate prohibebantur: perrexerunt igitur in Pythoneum, quò uidelicet iter instituerant, consultoq; (ut res tulit) deo, domum regrediebantur, factoq; per Bœotiam itinere, in Scedasi rursus domum se recipiunt. Is forte fortuna peregre aberat, sed eius filiæ eos de more accipiunt: qui quum puellas incustoditas offendissent, uim in eas faciunt: quas quum supra modum excepta contumelia sese miseris afflictanteis uiderent, ambas interficiunt, iactisq; in puteum cadaueribus, abeunt. Reuersus Scedasus, puellas quidem nusquam uidet, omnia uerò quæ relicta à se forent, salua offendit, incertusq; diutius rerum omnium perstitit, donec admurmurante catella, & nunc ad se cursitante, nunc ad puteum frequentius redeunte, coniecit id quod erat, atq; ita filiarum corpora extrahit. Quum uerò ei uicini dicerent, uidisse se qui eius domum pridie eius diei ingrederentur, Lacedæmonios illos qui & superioribus diebus apud eum ipsum diuertissent, transactum ab ipsdem facinus proculdubio intellexit. Nam & superioribus diebus sæpe ipsas puellas laudabant, quiq; eas desponsa

sponsaturi essent beatissimos prædicabant. Lacedæmonem
 itaque proficisci statuit, remq; omnem ad Ephoros deferre.
 Sed quum ad Argiuorum peruenisset agrum, noctu præuen-
 tus in diuersorio restitit. Ibi & senem alium offendit Orei-
 ciuem, quod in Estiæatide agro oppidum est. Quem quum
 & gementem & Lacedæmonios diris agentem uidet, in-
 terrogauit, ecquonam is malo à Lacedæmonijs esset affe-
 ctus. Narrauit ille subditum se esse Spartanorum ditioni,
 missum uerò in Oreum, qui magistratu fungeretur, Aristod-
 demum, omni prorsus crudelitate atque iniquitate usum esse.
 Nam quum, inquit, filium meum amaret, neque precando
 quicquam pollicitandoq; efficeret, ad uim conuersus, cum
 de palæstra rapere aggressus est, prohibente uerò id pa-
 læstræ magistro, ac nonnullis adolescentibus opem feren-
 tibus, statim quidem Aristodemus digressus est, postridie
 autem instructa triremi, adolescentem rapit, atque in ulte-
 rius littus traiectum uiolare nititur, fortiusq; reluctan-
 tem gladio iugulat. Tum in Oreum regressus conuiuium
 celebrat. Ego uerò interim facinus indignum audio, natiq;
 corpus humi mando. Tum Spartam contendo, remq; omnem
 ad Ephoros defero, cuius illi rationem prorsus nullam ha-
 buerunt. His Scedafus auditis, uehementer perturbatur.
 Nam & sui rationem nullam habitum iri existimabat: ita
 uicissim hospiti suam calamitatem narrat. Cohortatur ille,
 ne ad Ephoros accedat, sed in Bœotiam redeat, liberisq;
 suis tumulum condat. Minimè id tamen Scedaso persuadet.
 Pergit igitur Spartam, atque Ephoros conuenit. Neglectus
 ab his reges adit. Mox populares singulos ambiens, suam
 calamitatem conqueritur. Quæ quum omnia frustra ceci-
 dissent, tum uerò Scedafus mediam per urbem currere, ma-
 nus ad solem tendere, tum ferire humum, furias inuocare,

postq; hæc omnia sibi mortem consciuit. Haud multò igitur post pœnas Lacedæmonij dederunt. Nam quum uniuerse Græciæ imperitarent, omniscq; urbes præsidij firmassent, Thebanus Epaminondas quotquot suæ urbis præsidium tenerent, ad unum trucidauit. Insurgentibus uerò in bellum Lacedæmonijs, occurrunt Thebani ad Leuctra, loci uidelicet auspiciū captantes. Nam & antea eo ipso loco libertatem recuperarant, quo uidelicet tempore Amphictyon à Sthenelo in exilium pulsus in Thebanorum urbem confugit: qui quum Chalcidenses uectigales fecisset, tributi immunes Thebanos reddidit, quippe qui Chalcodontem Eubœensium regem interfecerit. Fusi igitur cæsiq; ad unum Lacedæmonij omnes, ad ipsum natarum Scedasi monumentum. Ferunt autem priusquam in pugnam prodiretur, Pelopidæ uni ex Thebani exercitus militibus, signis quibusdam, quæ aduersa putarentur, exterrito, Scedasum in somnijs uisum, qui bono esse animo iuberet: uenire enim in Leuctra Lacedæmonios, supplicium sibi suisq; natabus persoluturos, simulq; iuberet, ne antè in pugnam prodirent, quam equi candidum pullum, qui paratus afforet, ad uirginum sepulcrum immolarent. Pelopidam uerò militantibus adhuc in Tegea Lacedæmonijs misisse in Leuctra dicunt, qui de eo sepulcro inquirerent. req; omni ab indigenis comperta, optima imbutum spe eduxisse exercitum, atq; ita uictoriam reportasse. Phocus Bœotius quidam genere erat, utpote ex Clisante: Vnicam hic filiam habuit forma atq; modestia præcellentem. Triginta illam Bœotiorum primarij adolescentes uxorem sibi quisq; postulabant. Phocus uero alias ex alijs nuptiarum moras necēbat, metuens uidelicet, nequa uis inferretur. Postremo rogantibus illis, Pythium dixit eius se optionis consulturum. Id illi auditum ægerrime tulerunt

runt, Phocumq; ipsum facto impetu interemerunt. In ipso autem tumultu fugitans puella per agros errabat, sequebantur uerò adolescentes. Sed quum ea in agricolas incidisset, qui triticum in area coadccruarent, salutem per eos consequuta est: occuluerunt enim ipsam agricolæ in tritico, atq; ita à persequentibus transmissa est. Quæ quum euasisset, celebritate, quæ Bœotijs omnibus communis foret, obseruata, Coroncam profecta, ad Itoniæ Mincruæ aram supplex confedit. Ibi procorum iniquitatem narrans, nomen simul cuiusq; ac patriam edocebat. Miserabantur itaque Bœotij puellam, atq; adolescentibus succensebatur. Ei uerò, quum hæc audissent, in Orchomenum confugiunt à quibus repulsi ad Hippotas abierunt, qui uicus prope Heliconem inter Thebas & Coroncam situs erat. Ab his igitur suscepti sunt. Post hæc mittunt Thebani qui Phoci interfectores sibi dedi postulent. Quod ubi minime impetrant, bellum eis Thebani unà cum cæteris Bœotijs inferunt. Eius belli imperator Phædus fuit, qui tum princeps Thebanorum erat. Expugnato igitur uico munitissimo quiq; intra ipsum erant, ad extremam suam redactis, comprehensos Phoci interfectores comburunt, indigenas uerò ipsos in seruitutem abducunt, dirutisq; mœnibus ac domibus, agrum Thebani inter se Coroneiq; diuiserunt. Fertur uerò nocte ipsa, quæ Hippotarum captiuitatem præcesserit, uocem sepius ex Helicone auditam, quæ diceret, Adsum. Procos autem triginta uocem illam, ut quæ Phoci esset, agnouisse. Qua uerò die ad bellum prodierunt, monumentum senis, quod in Clisante foret, croco fluxisse traditur. Phædo autem Thebanorum principi atq; imperatori à pugna redeunti nunciatum, filiam sibi natam, quam ille Alcippi si-
accepto auspicio Nicostratam appellauerit. Alcippus ge-
liæ.
nere

nere quidem Lacedæmonius erat, ducta uerò Damocrita
 uxore binos ex ea fœminei sexus liberos suscepit. Is quum
 & optime ciuitati consuleret, & ea ageret, quæ esse e rep.
 intelligeret, inuidiam in se eorum concitauit, qui aduersas ei
 partis in rep. fouerent: à quibus falsis sermonibus persuasi
 Ephori, uelle Alcippum leges dissoluere, exilio uirū multarunt.
 Exiuit ille quidem Sparta, Damocrita uerò uxor quæ
 se uiro comitem unà cum filiabus præbere uellet, prohibita
 est. Quin & eius bona publicarunt, ne dos uirginibus superesset.
 Sed quum nonnulli puellas sibi ob paternam uirtutem uxores
 postularent, senatusconsulto ab inimicis prohibiti sunt uxores
 illas accipere, quippe qui de ipsarum matre uotum dicerent
 auditum, ut sibi quamocysime liberi ex natibus orirentur,
 qui patrem uindicarent. Quum igitur undecunq; Damocrita
 impugnaretur, communem quandam totius populi celebritatem
 obseruauit, ad quem mos erat, ut unà cum uirginibus,
 domesticisq; omnibus, atq; infantibus mulieres conuenirent.
 Quæ uerò ex nobilitate essent, seorsum ipsæ à cæteris in
 magno quodam Androne pernoctabant. Ibi illa gladio sub
 ueste accincta, comites secum filias educit, noctuq; in
 templū proficiscitur, obseruatoq; tempore quo omnes
 mysterio interfœrent, quū ocluse fœres essent, magnam
 lignorum uim ad eas constipauit: quippe quæ ad manum,
 præstoq; fœrent, ad sacrorum usum conuecta. Tum ignem
 immisit. Accurrentibus autem auxilio uiris, filias ipsa
 suas, tum sese ipsam Damocrita gladio interfecit. Quapropter
 quum minime haberent in quos iram effunderent, extra
 fines Damocritæ natarumq; corpora proijciunt. Quamobrem
 irato deo, ingens ille traditur Lacedæmone terræ motus
 extitisse.

P I N I S.



